HERMANNI

DOCTRINA

METRICA

Hoffmann K.Z. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Berl. Lfs. 1825. 4½ Bogen 3/46.

Über [illegible] Mart. Fried. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
zu Fried. Stag. Wolf. Berl. 1811.

Reinhold Bentley Lehre der Geburt [illegible] [illegible]
[illegible] für [illegible] Hebammen.

Voss. J. H. [illegible] [illegible]

Hufeland's Archiv Lfs. 1806 [illegible] 1807–1808
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Hufeland's Journal der prakt. Heilk. Berl. 1809. [illegible]
über [illegible] Krankheiten.

Hufeland's Journal der prakt. Heilk. Lfs. 1814–1816.
Aus Hufeland's Journal der prakt. Heilk. Festfeiers Entwurf zu [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Hufeland's Journal der prakt. Heilk. Lfs. 1821.

Hufeland's Journal der prakt. Heilk. Lfs. 1822.

Hufeland J. H. Medicinische Bibliothek [illegible] [illegible]
Berl. 1817.

Freese [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

E. Schütte

GODOFREDI HERMANNI

# ELEMENTA

# DOCTRINAE METRICAE

E. Schütte.

LIPSIAE, APVD GERH. FLEISCHERVM IVN.

CIↃIↃCCCXVI.

VIRO ILLVSTRI

# HENRICO BLVMNERO

I. V. D.

DOMINO HEREDIT. GROSSZSCHOCHERI ET WINDORFII POTENT. REGI SAX. A CONSILIIS SVPREMAE CVRIAE CIVIT. LIPS. AEDILI ET BIBLIOTHECAE SENATORIAE PRAEFECTO

S. D.

GODOFREDVS HERMANNVS

Non putaveram, Blümnere, vir illustris, citius mihi, quam constitueram, redeundum esse ad explicationem doctrinae, cuius fundamenta viginti abhinc annis ieci, iuvenili quidem rudimento, verum ut non poenituerit tamen. Speraveram enim fore, ut coniuncta multorum opera ex scenicis Graecorum Romanorumque poëtis, qui fons sunt inexhaustus doctrinae metricae, gravissima saltem impedimenta remota videremus: quod quum factum esset, tum demum resumere hanc materiem volebam. Sed quum superiore anno rogatu aliquot iuvenum disserere de metris poëtarum instituissem, nunciatum est, non satis exemplarium superesse libri, quem Germanice ea de re scriptum in usum lectionum Academicarum ederam: maioris autem libri exempla iam pridem diven-

dita erant. Ita primo summatim paucis omnia complecti destinabam: sed incepto opere quum intellige-rem, multa esse, quae iis, quorum in manus hic liber venturus esset, sine uberiori explicatione vel obscura vel falsa videri possent, mutato consilio plenius omnia persequi aggressus sum. Etsi autem sciebam, ne sic quidem in materia tam late diffusa, tantisque implicita difficultatibus afferri posse, quod satis perfectum atque absolutum iudicaretur: tamen, quoniam neque differre rem licebat, simulque praesens huius doctrinae status flagitare videbatur, ut obsisteretur erroribus quibusdam, a quibus salutem poëtis veteribus quidam sperarent, ego autem exitium metuerem, curandum putavi, ut his, quae quidem parata haberem, praesidiis, quantum in me esset, via ad emendandos scriptores illos planior redderetur. In qua re quod attinet ad partem longe omnium impeditissimam, Plauti dico Terentiique versus, mirifice tua liberalitate, eruditissime Blümnere, sum adiutus: qui ut antea ultro mihi obtuleras Aeschyli codicem ex bibliotheca Senatus huius urbis amplissimi, quae te praefectum habet, ita nuper ex eiusdem bibliothecae copiis alios mihi utendos dedisti codices, quorum duobus, qui Plautum et Terentium continent, quantopere me demerueris, non putavi me rectius tibi significare posse, quam ipso ad te mittendo libro meo: quem tanto magis cupiebam meae erga te observantiae documentum esse, quod is tu es, qui hoc quoque in genere litterarum cernas acutissime. Quum enim, quidquid tibi temporis ab senatorii muneris negotiis reliquum est, litteris, et praecipue Graecis, impendere consueveris, id es scriptis tuis consequutus, ut homines litterati non minus accuratam doctrinam tuam, quam iudicii subtilitatem atque elegantiam admirentur. His rebus autem vera continetur eruditio: quae neque,

ut in venustis quibusdam hominibus videmus, elegantiam sine scientia, neque, ut in quibusdam doctis, scientiam sine libero iudicio consectatur, sed una cum scientia usum quoque scientiae iustamque aestimationem complexa, cum humanitate est et liberalitate coniuncta. Hae vero virtutes tuae, praestantissime Blümnere, faciunt, ut sperem, non iniucundum tibi fore, si de universa hac ratione doctrinae metricae paucis ad te perscribam, quam tu optime nosti ita esse comparatam, ut neque acquiescere possimus in iis, quae a veteribus tradita sunt, neque fingere liceat, quae non et fundamento idoneo, et auctoritate certa exemplorum nitantur. In quo discrimine plerosque vehementer trepidare videmus: quorum alii, veterum praeceptis unice adhaerentes, nihil proficiunt; alii, contemptu veterum vel levitate quadam omnia novis commentis perturbant; sunt denique, qui incerti, quo sese vertant, temere nunc haec nunc illa arripiunt. Qui omnes vereor ut statum rei atque naturam satis perspexerint. Nam in arte, quae plane deperdita est, haec duo, ut ego quidem existimo, quaerenda sunt, primum, quae fuerit eius artis apud illos conditio, qui eam exercuerunt; deinde, utrum, quae illi statuerunt, explicandae rei sufficiant, an aliunde ratio eius repetenda sit. Disciplinam artis enim ars ipsa praegreditur, faciliorque in praeceptis, quam in arte, error est. Sed quum cognoscenda tamen sint illa, si qua exstant, praecepta, age, videamus, quid supersit nobis huius rei. Graeci, Graecos autem Romani sequuti sunt, gens adeo omni expers inveniendi sollertia, ut, nisi Etrusci Graecique fuissent, in barbaris numeranda foret; Graeci igitur quum poëmata vel canere, vel recitare solerent, in recitando quos numeros usurpaverint, ipsi versus docent: in canendo autem utrum iisdem, an aliis numeris usi sint, lis

est. Et quamquam naturalis illa simplicitas, quae propria fuit nationis Graecae, non leve videtur argumentum esse, modos musicos, qui secundarium apud illos locum obtinebant, versuum numeris potius, quam versus rhythmis musicis aptatos fuisse: quorsum enim tanta arte metra stropharum composuissent, si rhythmorum flexu sublati vel obscurati essent numeri isti? tamen neque per se improbabile est, non ubique versuum numeros in modulatione accurate servatos esse, et fidem huic rei faciunt aliquot Plutarchi aliorumque scriptorum loci. At quid prodest, factum id scire, nisi quibus in versibus, et quando, et qua conditione, et quo modo factum sit, sciamus? Hoc vero unde tandem cognoscemus, quum neque de universa illa ratione in libris, qui ad nos pervenerunt, explicatum sit, neque carmen exstet ullum, de cuius rhythmis musicis quidquam, quod operae pretium sit, acceperimus? Quod si qui forte putabunt, ex iis, quae hic illic ab antiquis scriptoribus obiter de his rebus dicta sunt, colligi aliquid posse, magnopere vereor, ne haec spes plane fallat. Quoniam enim ut de rebus notis loquuntur, eo ipso faciunt, ut illae ignotae nobis maneant. Atque, ut mittam antiquissimos, quum epica poësis, et siquid huic vicinum est, principatum tenebat, cuius temporis perobscura memoria est, illo aevo, per quod plurimis formis effloruit poësis Graecorum, coniunctissimam eam cum scientia artis musicae fuisse scimus. Sed adversissimo casu accidit, ut, quum aliquot servati sint scriptores, qui de harmoniae elementis exposuerunt, nullum habeamus, qui de iis partibus musicae, quarum cognitio plurimum nobis profutura esset, explicuerit, rhythmorum doctrinam dico et modulationis rationem, quas illi *ῥυθμοποιΐαν* et *μελοποιΐαν* vocant. De quibus rebus si ea, quae Aristoxenus, peritissimus simul et diligen-

tissimus scriptor, litteris mandaverat, alicubi reperirentur, non est dubium, lucem universae rationi poëseos accensum iri clarissimam. De Psello enim, quem aliquando putabam aliquid saltem ad hanc rem collaturum esse, spes plane me frustrata est, ex quo Thierschii opera prolegomena eius in artem rhythmicam et musicam ex codice Monacensi descripta accepi. Itaque quo in statu nunc res est, nihil amplius scimus, quam diversas fuisse rhythmorum doctrinam et scientiam metrorum; rhythmos enim ad musicam et cantum, metra ad poësin pertinuisse: unde intelligimus, rhythmum aliquam similitudinem habuisse cum eo, quem hodie tactum musici vocant, etsi alia ex parte huic dissimillimus fuerit necesse est. Vtramque, et rhythmicam et metricam doctrinam, primis lineis adumbravit Aristides Quintilianus, sed tam breviter, tamque parum explicate, ut perexiguus inde fructus redundet. Ita praeclusa omni via ad eam artem, qua poëtae usi sunt, cognoscendam, soli reliqui sunt, ad quos confugiamus, metrici. At quinam? Heliodori liber interiit, hominis laudati quidem a veteribus, sed, quantum ex iis, quae Priscianus ex eo retulit, coniicimus, non admodum periti. Hephaestionis vero libellus, qui quum per se brevis esset, nescio an contractior etiam ad nos prevenerit, vel propter brevitatem illam non est rei exhauriendae factus, praetereaque non pauca parum accurate ab hoc scriptore tradita esse, inter omnes constat. Nihilominus fons ille censetur omnis doctrinae metricae, ut et antiquior caeteris, quos de ea re scriptores habemus, et ad quem ab illis non multum novi accedat. Idemque de scholiastis dictum puta, qui hunc ipsum ducem atque auctorem sequuntur. At, inquies, quae tua sagacitas est, praestantissime Blümnere, tanto pluris facienda sunt Hephaestionis praecepta,

quod ea veteris doctrinae reliquias habemus: neque enim nova commentos videri grammaticos, quum antiqua prae manibus haberent. Fateor ita esse: at enim tam pauca illa sunt, tamque rudia, ut nihil nisi fragmenta esse veteris doctrinae videantur, sed ea minime talia, ex quibus naturam ac rationem illius doctrinae cognoscere liceat. Nam ut omittam, plurima versuum genera non modo praeterita esse a grammaticis, sed ne nota quidem iis fuisse, de aliis autem eos adeo imperite disseruisse, ut etiam falsa traderent, quod in ipsis iambicis versibus factum videmus: quid dicemus de eo, quod quidam numeri, quos hi quasi obiter commemorant, nobilissimi fuerunt, ut quem κατ' ἐνόπλιον vocant? aut quod alia, quae non fuisse temere inventa credibile est, ita ab iis afferuntur, ut, quem usum habuerint, non appareat, veluti illa, quae vocatur ἐπιπλοκή? Quae mihi videntur eiusmodi esse, ut satis arguant, grammaticos artis illius, in qua poëtae tanta cum diligentia elaboraverant, vix tenuem habuisse notitiam. Nec mirum. Quum enim, ut ante dixi, poëseos intima esset cum musica coniunctio, metrorumque scientia, quamvis diversa ab arte rhythmica, tamen carere huius artis usu non posset, choris conticescentibus oblivionem insequi numerorum artis necesse erat: unde poësis a cantu ad recitationem, ab auditione ad lectionem revocata, paucorum metrorum finibus, eorumque valde simplicium includi coepit. Postea, quum grammatici se ad explicanda recensendaque veterum poëtarum scripta dedissent, eaque in re aliqua metrorum scientia opus esset, factum est, quod in pluribus doctrinae grammaticae partibus: ex praeceptis antiquiorum, ipsaque poëtarum lectione collectae sunt observationes quaedam, eaeque deinceps scholarum caussa magis magisque in compendium redactae, ut, praeter nomina

antiqua, et aliquam primarum linearum umbram, vix quidquam de veteri disciplina relinqueretur. Sed quamquam imperfecta et manca sit haec grammaticorum doctrina, tamen videndum est illud, quod supra dixi secundo loco quaerendum esse, an haec via nos eo, quo volumus, perducere queat. Volumus autem, ut opinor, quum omnino naturam numerorum perspicere, tum usum cognoscere singulorum generum, et eum ita quidem, ut non modo quid factum sit, sed etiam quid potuerit fieri, intelligamus. Nunc vide mihi, eruditissime Blümnere, quid harum rerum suppeditent grammatici. De natura numerorum nihilo nos certiores faciunt: nam vix attingunt eam, et, si quid afferunt, consistit id in descriptionibus quibusdam, quae nos denique ad sensum quemdam convenientiae ablegant, quem ipsum, ex quo fonte promanaret, explicari volebamus. Sin autem illa saltem requirimus, quae in usus observatione posita sunt, ne hac quidem in re satisfaciunt. Quod si supplere eos atque corrigere instituerimus, in periniqua nos conditione versari intelligimus, quum neque incorruptos poëtarum codices habeamus, et in versibus distinguendis dux nobis aut regula desit. Sensum enim nostrum, et quod in quoque loco aptissimum nobis videatur, si sequi volumus, nemo non videt, quam id ambiguum et periculosum sit, quum, si aliis aliud placeat, non habeamus rationes, quibus ad nostram eos sententiam pertrahamus. Itaque aut cuncta in his rebus incerta sunt, quod tamen secus esse ex eo intelligitur, quod in multis numeris omnes, quid recte, quid perperam fiat, intelligunt, aut ad naturam numeri confugiendum est, quae quum ab antiquis non sit declarata, quid aliud quam ipsi eam explicare suscipiemus? Sed dum hoc facimus, quum omnino videndum est, ut id sobrie et diligenter et ac-

curate fiat, tum cavendum, ne eiusmodi dissensio inter novam et veterem doctrinam oriatur, quae componi explanarique nequeat. In ea re non possum quin commemorem praeclaram Bernhardii disputationem, qui quum ego graviter reprehendissem grammaticos, in censura libri Germanice de metris a me scripti, quae diariis Ienensibus inserta est, horum caussam egregie defendit: neque enim numerum illos, sed sola metra spectavisse, in iisque explicandis hanc iniisse rationem, ut, quoad liceret, eodem pede usque repetendo versus metirentur. Quod uti verissimum est, ita est etiam utilissimum quum ad conditionem veteris doctrinae cognoscendam, tum ad constituendam rationem, quae ei cum illo, quod nobis agendum est, intercedit. Etenim si grammatici, numero seposito, nihil nisi syllabarum compositiones repetitione eiusdem vel consimilis pedis indicare voluerunt, non evertemus eam rationem condenda nova doctrina, quae sit ex numeri legibus petita, sed plane aliud afferemus, veterem disciplinam intactam in medio relinquentes. Nihilominus doctrinam illam, sive a grammaticis, sive multo prius inventa est, non videor mihi iniuria reprehendisse. Nam ut concedam, potuisse adhiberi istam metiendi rationem, at nego tamen fuisse adhibendam, quia absonum est, dividi aliquid in alias partes, quam quas natura constituit. Nam, ut exemplo utar ad hanc rem accommodatissimo, quis, corpus humanum describens, quot cubitos longum sit, dicere, quam ex quibus membris constet, eorumque quae sit inter ipsa comparatio, indicare malet? Hoc ipsum vero metrici illi in versibus faciunt, quum eos non in ordines et membra sua, sed in pedes trium, quattuorve syllabarum dividunt. Quamquam vel sic eos laudarem, si constarent sibi in ista ratione: at est ubi eam deserant, et, unde non

aliquid, sed omnia petere debebant, ad numeros confugiant, ut in multis eorum versuum, qui asynarteti vocantur.

Vides, vir praestantissime, quo haec tendant. Poëtarum illa perfectissima ars ac disciplina plane periit: grammaticorum autem doctrina nulla ex parte satisfacit. Quae si inventa ab his est, cur nobis non idem sit licitum, praesertim quum et aliis in partibus grammaticae hodie multo acutius cernamus, et omnino testium illis potius, quam iudicum auctoritas concedenda sit? sin poëtae quoque eadem ratione, licet aliquanto explicatiore et perfectiore, usi sunt, ne hoc quidem eiusmodi est, ut ab ea improbanda deterrere nos possit. Nam quis ignorat, artem, assiduo monitu magistri, exemplis aliorum, propria denique exercitatione adiutam, non esse ex paucis observationibus, quibus summatim quaedam eius capita comprehenduntur, iudicandam? Omninoque, si habuerunt poëtae Graeci disciplinam illam, quae a grammaticis tradita est, non est mirum, natura numerorum illis temporibus nondum perspecta, doctrinam conditam esse, quam, licet non satis aptam, tamen usus, natura duce verum sequens, innoxiam redderet. Id quod etiam aliis in rebus usuvenire videmus. Exemplo utar, quo neque illustrius ullum, neque cum hac disputatione coniunctius inveniri potest. Tragoediam ad illud fastigium a Graecis evectam esse, ut ab nulla gente, nulloque aevo ea in re superati sint, omnes fatentur: at quam imperfecta sunt, quamque parum exhauriunt rem illam, quae Aristoteles, vir acutissimus, summoque ingenio praeditus, de eo argumento scripta reliquit. Et quis nescit, tu autem, Blümnere, cuius eximia sunt in hoc genere merita, omnium optime scis, non ita pridem demum naturam virtutesque Graecae tragoediae intelligi, rectoque aestima-

ri coepisse? Quae quum ita sint, non vereor, ne quis hominum eruditiorum aut indignetur, aut miretur, si in re metrica grammaticos deserendos putavimus. Quin iam ex longo tempore neminem fuisse arbitror eorum, qui idoneam harum rerum peritiam haberent, quin idem sentiret, etsi plerique, maxime quod laborem fugerent, non eam, quam debebant, viam ingressi sunt. Vide enim, si placet, quid hactenus actum in hoc genere sit. Atque quum diu omnes adhaesissent grammaticis, primus novam inire viam ausus est R. Bentleius, vir divini ingenii, nec servire cuiquam disciplinae, sed, quoquo se converteret, imperare sciens. Is rem difficillimam, comicorum Latinorum metra aggressus, quum facile, qua erat sollertia, illud, in quo summa rei verteretur, deprehendisset, breviter, sed perspicue exposuit de ea ratione in schediasmate, quod scripsit de metris Terentianis: sentiensque, altius repetendas esse huius rei caussas, quum eas explicare non posset, quod non est mirum in illa, quae tum erat, conditione philosophiae, arcanam rationem musices obiectare satis habuit. Factum est, quod exspectari poterat: plerique stupuerunt; alii adversati sunt. Nova enim si proferas, difficilius invenias, qui sapere tecum, quam, si vetera, qui errare velit. Longum inde silentium, usque dum, gliscente tragicorum Graecorum studio, Heathius exortus est, qui prorsus ad grammaticos relapsus, nihil aliud effecit, quam ut metris quibusdam scriptas esse tragoedias viri docti recordarentur: quorum plerique, difficultatem rei metuentes, quoniam hunc didicisse ista opinabantur, credere ei tutissimum rati sunt. Sub idem tempus Dawesius, observator valde diligens, metricos aliquot et prosodicos canones, exemplorum, tamquam testium, numero comprobatos, constituit: qui mos secundum

plures iudicandi, pauciores autem testes ad emendationem condemnandi, inde mirifice placuit popularibus eius. Hunc ducem sequutus est Brunckius, vir multi iudicii, magnaeque elegantiae, qui quum sentiret, quanta virtus sita in numeris esset, pravitatis eorum impatiens, auribus plerumque consultis, nec nisi raro, ubi aliunde nihil auxilii videret, ad grammaticos confugiens, egregiam poëtis Graecis, tragicis potissimum atque Aristophani, licet saepe violentiorem operam praestando, quo imperiosius de his rebus pronunciabat, tanto maiorem et auctoritatem et admirationem consequutus est. Nam audacia et fiducia in litteris non minus, quam in proeliis, ex metu victoriam pariunt. Inde apud nostrates Reizius, praeceptor meus, vir doctrina pariter atque ingenio eximius, idemque summus admirator Bentleii, multum studii rei metricae impendit: eratque ille in hoc genere omnium eo tempore haud dubie peritissimus: sed quum, ut scis, Blümnere, natura valde circumspectus et lentus esset, non tam ad aurem exigebat numeros, quam pedes digitis numerabat: meminique me adolescentulum, quum Plauti Rudentem ederet, eique in erroribus typothetae corrigendis adiutor essem, saepe, si quid in metro offenderem, eique significarem: significare autem ipse iusserat: tanta enim in illo viro erat humanitas, ut ne a discipulis quidem moneri indecorum duceret, quin ea re etiam gauderet: tum igitur memini si recitarem versus illos, quo vel vitium, vel meliorem scripturam indicarem, „lentius, quaeso, lentius“, eum mihi dicere, ac tum exploratis ad digitos singulis pedibus, si recte monuisse viderer, textui inserere, quoniam non fidebat aures solas consulere assueto. Nam ego, quoniam etiam de me ipso mihi dicendum video, a puero naturae quodam instinctu mirifice eram numeris de-

lectatus: ita ut iam illo tempore, quo nihil noram nisi Gellertum et cantica ecclesiastica, versibus, qui vel magis sonori, vel insolentioribus numeris essent, et retinerer valde, et eos alta voce recitare gauderem: quumque aliquando alius puer immemorabilem istam Gottschlingianam editionem Horatii apud me reliquisset: nam ego neque habebam Horatium, multoque minus intelligebam: ubi metra ibi indicata cognoveram, magna cum voluptate dulci decipiebar sono. Post, quum Graecis litteris imbui coepissem, praeceptoresque, quos habebam, Reuchlinianam pronunciationem, qua nihil numeris infestius cogitari potest, sequerentur, ipse mihi aliam, quae fere ad Erasmicam accederet, ex iis, quae conquirere poteram, vestigiis concinnavi, eaque extra scholas, quo numeros legendo exprimerem, usus sum. Ita quum neque Graecum ullum, neque Romanum poëtam aliter, quam ad numeros versuum, legere consuevissem, eaque ex re multum voluptatis perciperem, paullatim doctrina quaedam numerorum mihi subnata est, sed ea talis, ut nullas eius caussas rationesque, praeter sensum quemdam atque usum, in promptu haberem. Ac diu fortasse hae rationes me latuissent, nisi casu, qui dominari in rebus humanis solet, lux mihi affulsisset. Obambulabam forte in hortis cum Eichstaedtio, quumque narrarem ei, velle me libellum edere, quo rem metricam aliter, atque antehac solitum esset, pertractassem, rationes ille interrogavit huius novae doctrinae. Ibi repente advertit me illa caussarum atque effectuum cohaerentia. Itaque iam quidem respondere me non posse dixi, sed brevi non esse defuturam responsionem. Ita domum reversus, rationem illam omnem enodare institui: quod quum multa diuturnaque cogitatione tandem effecisse me animadverterem, neque quidquam, quod adversare-

tur, invenirem, tanto magis mihi visus sum verum vidisse, quod, quae ex his principiis deducerentur, plane consentirent cum illis, quae antea solo aurium monitu non modo a me essent, sed ab ipso etiam Bentleio deprehensa. Ita quum brevis iste libellus, quem scriptum habebam, ad satis magnum volumen increvisset, edidi tres illos de metris poëtarum Graecorum et Romanorum libros, melius ab numerorum pervestigatione, quam vel a scientia aliarum rerum, quibus in hoc genere opus est, vel a necessariis librorum praesidiis instructus. Paullo post, quum lectionum Academicarum caussa Germanice breviorem de re metrica librum emitterem, quaedam clarius, alia rectius exposui. Evenit vero, quod solet in tali caussa. Nam quum plerique, qui litteras antiquas tractant, a philosophicarum disputationum subtilitate alieni sint, plures reperti sunt, qui fidem dictis meis haberent, quam qui rationes eorum intelligerent, qui perpauci fuere: plerique rem in medio positam reliquerunt: quidam, mea partim, partim sua culpa, multa male interpretati, etiam contradixere. Omnium tamen studia commota sunt: ut, si nihil aliud effecerim, certe me non poeniteat, neglectioni rem metricam eripuisse. Postea apud Britannos metra attigit R. Porsonus, vir magnae accurataeque doctrinae, qui, quantum diligenti exemplorum comparatione effici poterat, in iis, quae nota habebat, metris ita praestitit, ut et observationes quasdam egregias, et non paucas praeclaras emendationes attulerit. Omninoque dici vix potest, quantum hic vir exemplo suo studiis Graecarum litterarum profuerit. Idem si etiam aliquid obfuit, non id ipsi, sed aliis tribuendum est. Magnorum enim virorum est, reserare claustra, et monstrare viam, non quo pone quis sequatur, magna impari passu vestigia legens, aut ad

summum ibidem, ubi ipsi, consistat, sed ut longius alii procedant. Porsonus quidem, vir errandi tam parcus, quam Bentleius prodigus fuerat: audentissimus enim ille, quod periculum non formidaret, saepe, sed κεῖτο μέγας μεγαλωστί: Porsonus igitur, sive non habens parem, seu ratus ita, quum id non celaret, hoc est a popularibus suis consequutus, ut, fassi, dissentire ab eo nefas ducant; non aequum neque e re sua facientes, quum exteros quoque idem servitium subire volunt, siquidem eorum demum iusta est atque honesta admiratio, qui mortalem nullum erroris immunem esse memores, ut libere dissentiunt ab aliis, ita ipsi modestiores sunt. Post Porsonum plerique Britannorum nihil ultra audentes, ad grammaticos relapsi sunt. Dignus est tamen, qui multa cum laude commemoretur Gaisfordius, vir doctissimus, qui etsi raro suum interposuit iudicium, tamen et probe se didicisse has res, et libere posse ac sine cupiditate iudicare ostendit. Haec praeclara editio Hephaestionis nuper demum, impressa iam parte aliqua libri, quem nunc accipis, Blümnere, ad me perlata est. Apud nostrates, quorum haec singularis virtus est, quod colligendo non contenti, etiam in caussas rerum inquirere amant, Aug. Seidlerus versibus dochmiacis, re difficillima, explicandis plus, quam quisquam alius ad metrorum scientiam contulit. Qui etsi eo in libro videtur aliquanto, quam debebat, audacior fuisse, tamen intelligentes harum rerum iudices non solum, quam difficile sit, sciunt modum, ubi nova proferas, tenere, sed illud etiam cogitant, praestare utilibus admiscuisse aliquid falsi, quam vacua errore, sed inutilia attulisse. Verumtamen quum ille Porsoni quosdam errores notavisset, contumeliis ab huius secta et conviciis, extremo inermium perfugio, exceptus est: qualia quis non ae-

quo animo ferat, quando neque a quovis, neque quavis conditione laudari iucundum est. Post Seidlerum alii quidam ex musicae, hodiernae potissimum, rationibus novam lucem rei metricae sperantes, hanc doctrinam pervestigare conati sunt. Ex his solus mihi nominandus est Aug. Boeckhius, vir et doctissimus, et studiosissimus inveniendi veri, sed naturae quodam fervore festinantior. Is reiectis potius, quae ego posueram, huius doctrinae fundamentis, quam refutatis: nam quae in primi libri capite secundo tamquam a me prolata commemorat, eiusmodi sunt, ut refutanti ea ipse assentiar, quippe qui nec dixerim umquam talia, neque integra mente dicere potuerim: sed ille visus sibi haec refutasse, sive, ut ego existimo, ad sententiam meam accuratius cognoscendam non satis otii sibi concedens. novam condere metrorum doctrinam aggressus est, cui materiam solus praebuit Pindarus, praeclarus ille quidem auctor huius rei, sed multo tamen angustiore in spatio, quam scenici poëtae, versatus. Quamquam nihil ad rem, unde petita sit doctrina, modo vera sit. De quo quid mihi videatur, si quaeris, eruditissime Blümnere, ego te potius, quid sentias, interrogabo. Accipe enim, quid mihi acciderit: afferendum est enim, ne fastidio quodam tacuisse de Boeckhii placitis videar. Igitur quum ille misisset mihi librum suum, ego, quae mihi cum eo amicitia est, significavi ei, censuram me scribere velle disputationum illarum. Ille, approbans hoc consilium, optabat, ut antea per litteras nonnulla disceptaremus, quo ne mihi aliquid dubitationis de sua sententia relinqueretur. Feci, quod cupiebat: sed quum ultro citroque scribendo nihil promoveremus, ego autem cardinem rei in arseos definitione verti viderem, negavi umquam inter nos convenire posse, nisi illa mi-

hi definitione satisfecisset. Ibi quum ille perseveraret contendere, quod etiam ante semper fecerat, neque arsin sine thesi, nec thesin sine arsi esse; atque ut arsis contrarium esset theseos; ita thesin contrarium esse arseos: in qua re ego tertium quiddam requirebam, unde quid utrumque esset, non autem quid utrumvis non esset, perspiceretur: quum illud frustra me requirere animadverterem, desperavi me umquam doctrinam illam intellecturum esse, et cum spe illa etiam consilium scribendae censurae abieci. Itaque ea tantum ex iis, quae a Boeckhio allata sunt, attingenda mihi in meis disputationibus putavi, quae ex aliis, quam ex illo fonte hausta essent; fundamenta autem doctrinae illius aliis perscrutanda reliqui.

Vides, vir praestantissime, qui factum sit, ut ego, quum eam numerorum doctrinam, quae olim a me proposita est, ab iis tantum impugnari viderem, qui eam aut non intellexissent, aut intelligere noluissent, non mutaverim sententiam meam, nisi in partibus quibusdam, in quibus vel alii meliora attulissent, ut Seidlerus in versibus dochmiacis, vel ego ipse aliquid rectius mihi viderer perspicere. Fundamenta enim, quae posueram huius doctrinae, tantum abest, ut labefactata a quoquam viderim, ut, quidquid novi, quod verum esset, afferretur, id ea magis etiam confirmaverit. Illud vero fateor lubenter, non fuisse ea olim satis dilucide a me explicata: quod gaudebo, si nunc melius mihi cessisse viri a philosophiae ratione non alieni iudicabunt: in quibus tuum iudicium, Blümnere, multorum loco ducam. Bene autem sentio, hunc quoque librum multa excusatione indigere. Quum enim, ut supra dixi, aliquanto prius, quam destinaveram, hoc opus aggressus

sim, in tanta et rerum varietate, et exemplorum copia, et schedularum, in quas observationes meas conieceram, multitudine, urgentibus insuper operis, praeter plurima, quae consulto omisi, multa fortasse me fugerunt, quae vel poteram, vel debebam afferre; alia autem esse puto, quae vel brevius, vel rectius dici potuerint; omninoque magis inchoata omnia, quam quidquam perfectum esse intelligo. Id quod praecipue in ea cadit, quae de Terentii Plautique metris disputavi. Nam in Terentio quidem etiam post eximiam illam et admirabilem Bentleii operam non pauca supersunt, quae multis sint dubitationibus obnoxia: in quibus tamen aliquoties egregie mihi subvenit veterrimus codex, cuius tu mihi, Blümnere, potestatem fecisti. Multo autem maiores in Plauto superandae sunt difficultates, non solum propter magnam scripturae depravationem, quae ex parte antiquis quibusdam correctoribus deberi videtur, sed etiam propter metrorum miram varietatem, coniunctam cum incredibili licentia prosodiae. Accedit ad haec aliud, quod novum reperisse mihi videor, antistrophicis usum esse Plautum: quae res etsi ad constituenda metra adiumentum est minime contemnendum, tamen, donec incertum erit, quousque progressus sit Plautus in illa ratione, mirum quantum dubitationis obiicit. Quod si quid in hoc genere rectius a me nunc explicatum est, debeo id maxima ex parte praestantissimo illi codici, quem a te utendum accepi. Qui quum, in candidissima membrana omnes Plauti fabulas summo nitore scriptas continens, saepe ab editis libris, nonnumquam etiam a MSS. discrepet, duplicem mihi usum praestitit, unum, quod scripturam ante oculos habebam ab editorum mutationibus vacuam, alterum, quod, etsi hic quoque codex fortasse non

immunis est ab recensione aliqua grammaticorum, tamen saepe optimas lectiones non modo confirmavit, sed etiam primus ac solus exhibuit. Sed vel sic tamen neminem qui Plautum tractaverit, nescire arbitror, quam plena periculi res sit, certi quid de metris huius scriptoris, praesertim in canticis, pronunciare. Quo minus, quae de Plauti quibusdam locis disputavi, sic a quoquam accipi velim, ut ea non rectius fortasse constitui posse sperem. Non minor dubitatio est in fragmentis Latinorum poëtarum, sed ea fere a brevitate eorum repetenda. In his mihi auxilio fuere Prisciani quattuor codices membranacei, ex quibus ut duorum Zwiccaviensium, qui vetustissimi sunt, lectionibus uti mihi liceret, Goerenzii, viri doctissimi, amicitia providit: alteros bibliotheca nostra Paullina possidet, quorum unum a monasterio, in quo olim servatus est, librum D. Iacobi appellavi. Hephaestionis etiam duo codices commemoratos videbis, alterum Monacensem, cuius lectiones Thierschii humanitate, qui eas ipse ex codice illo enotavit, accepi; alterum, cuius collationem Werferus mihi miserat, quem nuper immatura mors medio in cursu vitae praeclare institutae abstulit, Heidelbergensem vocavi: sic enim putabam, quoniam ea in urbe tum degebat Werferus: sed nuper Creuzerus, vir celeberrimus, me certiorem fecit, ex alia urbe acceptum videri codicem illum; Heidelbergae autem alium asservari: eiusque mihi lectiones missum iri pollicitus est. Ille quidem, quem Werferus contulerat, finitur in extrema p. 33. ed. Turnebi et Pauwii.

Habes, vir praestantissime, quae mihi dicenda videbantur, quo et quid consilii sequutus essem, intelligeres, neque exspectationem conciperes, quam

explere hic liber non posset, praesertim quum verear, ne, qui mihi ipse satisfacere non potuerim, multo minus sim aliis satisfacturus. Sed quum nihil mihi in scribendo hoc libro tam exoptatum contigerit, quam codices illi, quorum usum tuae humanitati debeo, quidquid de ipso libro iudicaveris, hoc certe gaudebo, si tui me studiosissimum esse putabis. D. prid. Cal. Iun. CIↃIↃCCCXVI.

# INDEX CAPITVM.

## LIBER I.

### De numero et versibus in universum.


Cap. I. De natura numeri p. 1
– II. De arsi, thesi, et anacrusi – 6
– III. De ordinibus – 12
– IV. De mensura – 18
– V. De permutatione numerorum – 21
– VI. De versibus et systematis – 25
– VII. De numero sermonis – 31
– VIII. De caesura – 32
– IX. De syllaba ancipite – 38
– X. De prosodia – 42


## LIBER II.

### De metris simplicibus.


Cap. I. De generibus metrorum simplicium p. 67
– II. De arsi nuda et basi – 68
– III. De numeris parium temporum – 71
– IV. De numero trochaico – 73
– V. De metro trochaico – 77
– VI. De trochaicis monometris, dimetris, et trimetris – 79
– VII. De trochaicis tetrametris catalecticis – 81
– VIII. De trochaico tetrametro claudo – 89
– IX. De trochaicis tetrametris acatalectis – 90
– X. De versu trochaico pentametro – 92
– XI. De versu ithyphallico – 94
– XII. De metro iambico – 96
– XIII. De iambicis dimetris – 100

Cap. XIV. De iambicis trimetris acatalectis p. 104
– XV. De iambico trimetro claudo – 142
– XVI. De iambico tetrametro catalectico – 146
– XVII. De iambicis tetrametris acatalectis – 158
– XVIII. De continuatione numeri trochaici apud Romanos – 162
– XIX. De versibus Creticis – 191
– XX. De numero antispastico – 222
– XXI. De versibus dochmiacis – 240
– XXII. De paracataloge – 278
– XXIII. De versibus Bacchiacis – 291
– XXIV. De numero dactylico – 317
– XXV. De versibus dactylicis – 318
– XXVI. De versu heroico – 331
– XXVII. De hexametro μειούρῳ – 354
– XXVIII. De versu elegiaco – 356
– XXIX. De versibus Aeolicis – 360
– XXX. De dactylicis logaoedicis – 365
– XXXI. De versibus anapaesticis – 369
– XXXII. De anapaesticis dimetris – 371
– XXXIII. De anapaesticis tetrametris – 397
– XXXIV. De anapaestis cycliis – 416
– XXXV. De anapaesticis logaoedicis – 418
– XXXVI. De versibus choriambicis – 421
– XXXVII. De Ionicis a maiore – 438
– XXXVIII. De Ionicis a minore – 464
– XXXIX. De versibus Anacreonteis – 473
– XL. De versu Galliambico – 504
– XLI. De versibus paeonicis – 506
– XLII. De quartis paeonibus – 513
– XLIII. De parapaeonicis et aliis longioribus numeris 514

## LIBER III.

### De metris mixtis et compositis.

Cap. I. De generibus metrorum mixtorum et compositorum p. 517

Cap. II. De versibus Glyconeis p. 520
– III. De versu Priapeo – 574
– IV. De metro Eupolideo – 578
– V. De metro Cratineo – 582
– VI. De choriambico polyschematisto – 584
– VII. De epionico polyschematisto – 585
– VIII. De versibus asynartetis – 586
– IX. De versu Saturnio – 606
– X. De versibus secundum antipathiam compositis – 640
– XI. De numeris concretis – 644
– XII. De compositione numerorum universe – 653
– XIII. De orthio et trochaeo semanto – 660
– XIV. De strophis – 664
– XV. De generibus stropharum – 670
– XVI. De strophis minoribus – 674
– XVII. De strophis maioribus – 696
– XVIII. De stropharum in membra sua distributione – 701
– XIX. De usu antistropharum summatim – 714
– XX. De responsionibus metrorum in diverbiis – 718
– XXI. De parabasi – 720
– XXII. De carminibus choricis – 724
– XXIII. De systematis antistrophicorum – 735
– XXIV. De interpellatione antistrophicorum – 740
– XXV. De canticis solutis – 747

# LIBER I.

## *De numero et versibus in universum.*

### CAP. I.

### *De natura numeri.*

1. Numerum, quem Graeci ῥυθμὸν vocant, ordinata successione temporum contineri, apertum est et ab omnibus concessum. Ei quum in spatio respondeat symmetria, quae spatiorum est ordinata continuitas, hanc simul considerare non erit inutile.

2. Vtriusque notionis quae tres partes sunt, ex iis primum locum in numero successio, in symmetria continuitas tenet. Quarum successio numerum tempori, continuitas symmetriam spatio vindicat.

3. Secunda pars in numero tempora sibi succedentia, in symmetria spatia continuata complectitur. Nam etsi in sonorum vel motuum successionibus numerum, in corporum autem continuitatibus symmetriam cerni constat, tamen natura sua neque sonos motusve ad numerum, neque ad symmetriam corpora pertinere, in promptu est. Nam non modo iidem numeri aeque sonis ac motibus exprimi possunt, sed etiam, sive motus sive soni sibi succedant, nullum animadvertimus numerum, nisi temporibus apte distinctis: verum tempora quum notari nequeant nisi in rebus sibi succedentibus, sonos motusve adhiberi necesse est, quorum in succes-

sione mensurae temporum atque intervalla auribus vel oculis discernantur. Eodemque modo corpora non quod corpora sunt, sed propter spatiorum, quae ab iis implentur, certas descriptiones symmetriam habent.

4. Tertia pars illud continet, quo ordinata vel successio temporum vel continuitas spatiorum efficitur. Id autem apertum est non nisi in lege quadam inesse.

5. Ea lex non potest subiectiva, quam philosophi vocant, esse: cuius fons in sensu quodam concinnitatis et convenientiae positus est. Nam aliis alia placent et apta videntur, prout vel ingenium cuiusque, vel cultus et eruditio fert. Itaque huiusmodi lex nullam necessitatem conderet, ac potius ne esset quidem lex, quum, quem esse numerum vel symmetriam alii contenderent, alii non esse iudicaturi essent.

6 Porro lex ista non potest materialis esse: qualis esset, quae ad res, in quibus numerus vel symmetria est, spectaret. Nam quum in numero perinde sit, utrum soni an motus sibi succedant, modo tempora, quibus continetur successio, certa quadam ratione distincta sint; in symmetria autem eodem modo non de corporibus, sed tantum de spatiis eorumque proportionibus quaeratur: apertum est, ad perceptionem numeri et symmetriae neque prodesse rerum illarum cognitionem, neque obesse earum ignorationem.

7. Denique lex illa non potest empirica esse: qualis esset, quae cuiuspiam vel hominis, vel gentis, vel aevi arbitrio esset constituta. Talis lex enim non modo nemini, nisi qui eam didicisset, cognita foret, sed etiam apud alios alia esset, et condita rursum posset abrogari. Atqui horum omnium nihil esse, nemini obscurum est.

8. Quod si numeri symmetriaeque perceptio neque a sensu cuiusque regitur, neque ex rebus, in quibus numerus et symmetria cernitur, pendet, neque doctrina aliqua, quam quis ante didicerit, opus habet: lex ea,

qua vel numerus vel symmetria definitur, non subiectiva, sed obiectiva, non materialis, sed formalis, non empirica, sed innata nobis sit necesse est.

9. Igitur primo, quod ad fontem eius attinet, obiectivam eam esse oportet, i. e. ex ipsa rei natura petendam. Quod si numerus ordinata successione temporum continetur, facile intelligitur, legem eius neque ex ordine, neque ex temporibus peti posse, quia et ordo et tempora definiri demum illa lege debent. Itaque sola superest successio. Est autem obiectiva omnis successionis caussa efficientia, quo nomine nexum, qui est inter caussam atque effectum, intelligi volumus. Nam quidquid natura sua et necessario sibi succedit, id non potest aliter succedere, quam ut priora quaeque caussae sint subsequentium, subsequentia autem effecta priorum. Itaque lex numeri pendet ex efficientia. Vnde fit, ut, incepto aliquo numero, reliquas eius partes ut necessario consequuturas, atque ex prioribus tanquam effecta earum produturas mente praecipiamus.

Eodem modo symmetriae lex neque e spatiis, neque ex ordine eorum, sed ex continuitate deducenda est. Est autem obiectiva omnis continuitatis caussa cohaerentia. Nam quidquid in spatio natura sua et necessario coniunctum est, id non potest aliter quam cohaerendo esse coniunctum. Atque hoc quoque ipsa statim experientia comprobat. Nulla enim nisi in eo symmetria est, quod ut cohaerens consideratur: cuius data parte aliqua, mens, quales reliquae partes esse debeant, sponte consequitur.

10. Secundo, quod attinet ad rem, ad quam definiendam lex spectat, formalem esse legem necesse est. Quod si numerus in successione, symmetria in continuitate cernitur, ea autem, quae sibi succedunt vel continuantur, ut soni, motus, corpora, fortuita in numero et symmetria sunt: successio illa vel continuitas

non versabitur alia in re, quam quae formam omnis vel successionis vel continuitatis continet, i. e. in tempore ac spatio. Iam vero successionem niti ostendimus efficientia. Itaque tempora quum ipsa non cohaereant per efficientiam, neque alia ex aliis tamquam effecta ex caussis suis prodeant: efficientia non potest aliter in temporibus conspicua esse, quam discretis ea proportione temporibus, quae in efficientia inter caussas est atque effecta. Ad quam proportionem discreta tempora manifestum est, etsi ipsa non cohaerent nexu aliquo efficientiae, tamen formam speciemque praebere seriei mutationum per efficientiam productarum; i. e. quarum quaeque caussam contineat proxime subsequentis. Itaque lex numeri spectabit ad seriem effectuum per tempora repraesentandam.

Continuitatem niti diximus cohaerentia. Spatia vero quum ipsa inter se non cohaereant, eo quidem modo, quo nunc cohaerentiam dicimus, neque partes sint contiguorum spatiorum, non aliter cohaerentia cerni in spatiis poterit, quam ea ratione descriptis spatiis, quae in cohaerentia est partium cohaerentium ratio. Qua ratione si descripta sunt spatia, etsi ipsa per se non cohaerent, tamen formam speciemque cohaerentiae exhibeant necesse est. Vnde lex symmetriae spectabit ad cohaerentiam per spatia repraesentandam.

11. Tertia denique lex illa, quod attinet ad rationem, qua constituit atque ordinat tempora vel spatia, innata nobis sit necesse est, quam a priori definitam philosophi vocant. Quod si lex numeri, ut dictum est, efficientia nititur, non potest ea alio modo a priori definita esse, quam quo omnis efficientia a priori definita est, i. e. per notionem mutuae efficientiae, ac proinde caussarum atque effectuum aequalitatis. Quam notionem ita coniunctam cum efficientiae notione esse, ut ab ea abesse nequeat, quum id pluribus

modis demonstari possit, eo modo ostendemus, qui maxime simplex et omnium captui accommodatus videtur. Omnis mutatio conflictu opus habet virium sibi oppositarum. Oppositae autem vires si aequales sunt, altera alteram reprimit et cohibet: quo fit, ut, neutra alteram vincente, quies sit, mutatioque non habeat locum. Quod contra si fiunt inaequales, alteram vincere, vinci alteram necesse est: ex quo fit mutatio. Tantum autem vincitur altera, quanto altera maior est. Nam nec plus potest, nec minus: quorum utrumvis sine caussa fieret. Ex quo planum est, caussam effectumque aequales esse, contrariumque ne cogitari quidem posse. Quod si quando effecta caussis vel maiora vel minora videntur, nemo non videt id eo fieri, quod modo diversa rerum genera iustam comparationem non admittunt, modo vel incrementa virium, quibus quid effectum est, vel impedimenta nos latent. Vnde miratio consequitur, testis ut ignorantiae nostrae, ita etiam necessitatis, qua effecta requirimus caussis aequalia. Confirmant hoc eae res, in quibus simplices uniusque generis vires considerandae veniunt, ut in ponderandis movendisve corporibus: in quo genere quoniam aperta sunt omnia virium momenta, fieri non potest, ut fallat ista aequalitatis lex et necessitas. Id vero in numero ita esse tanto magis necessarium est, quod ille nihil nisi universe speciem exhibet efficientiae, eamque uno in genere, temporibus, expressam. Itaque haec tempora quum caussarum atque effectuum imaginem referre debeant, non possunt alia, quam aequalitatis lege determinari. Ex quo consequitur, legem numeri, quatenus ea innata nobis est, versari in efficientia per temporum aequalitatem repraesentanda.

Eodem modo symmetriae lex si, uti dictum est, cohaerentia nititur, a priori non potest aliter definita esse, quam per eam notionem, qua omnis cohaerentia

a priori definita est. Ea est autem notio communitatis et proinde partium aequalitatis. Nam quidquid cohaeret, non potest aliter cohaerere, quam sic ut his, quae cohaerent, aliquid commune sit. Commune autem illud est, quod in diversis idem est, sibique ipsi par. Quod si qua in spatiis cohaerentia, ideoque etiam communitas exprimenda est, non potest ea aliter, quam per aequalitatem spatiorum exprimi. Vnde lex symmetriae, quatenus ea innata nobis est, continebitur cohaerentia per aequalitatem spatiorum repraesentanda.

12. Quae quum ita sint, apparet, quomodo intelligendum sit, quod initio diximus rudi adhuc definitione, numerum ordinata successione temporum contineri. Est enim numerus imago seriei effectorum, expressa per aequalitatem temporum. Eodem modo symmetriam, quam spatiorum ordinatam continuitatem esse diximus, intelligitur imaginem esse communitatis, sive necessariae cohaerentiae, expressam aequalitate spatiorum.

---

## CAP. II.

### *De arsi, thesi, et anacrusi.*

1. Si numerus imago est mutationum per efficientiam productarum, efficientia autem necessario aequalitatem caussarum atque effectuum requirit: tempora, quae in numeris caussarum atque effectuum speciem referunt, aequalia esse oportet, ut quo solo id ipsum efficiatur, ut imago exhibeatur efficientiae. Itaque primaria lex numeri haec est, ut tempora sint aequalia. Isque omnium maxime simplex est numerus, et omnis numeri quasi fundamentum, qui aequalibus tem-

poribus decurrit, ut is est, quem perpendiculi motus in horologiis facit. Huic in spatio similis est descriptio aequalium spatiorum, qualem in serie arborum columnarumve videmus, altitudine, forma, intervallis parium.

2. Hic autem aequalibus temporibus decurrens numerus neque initium, nec finem habere, sed pars esse infiniti cuiuspiam numeri videbitur. Nam animadverti quidem aliquod tempus primum, aliquod postremum necesse est; sed ex ea re non sequitur continuo, ut etiam sit primum vel postremum: quia esse primum vel postremum illud tantum tempus dici potest, quod, etiam si alia tempora vel praecedant vel sequantur, tamen suapte natura initium numeri vel finis esse intelligatur. Eodem modo quod in spatio exemplum posuimus arborum vel columnarum, ita est comparatum, ut, etsi aliqua arbor vel columna prima, aliqua extrema sit, tamen neque haec pro initio, neque illa pro fine haberi queat, quia neutra per se talis est, sed vel utraque demi, vel addi utrique aliae possunt.

3. Quod si qui sunt numeri, qui initium finemque habeant, quales numeros inveniri experientia docet, in ipsis aliquid esse debet, quod initium eorum finemque demonstret. Pariterque in spatii descriptionibus, ut integram esse aliquam descriptionem appareat, in ipsa aliquid inveniri necesse est, quo fiat, ut nec deesse quidquam, neque abundare cognoscamus. Atqui efficientiae haec est natura, ut, quoniam neque effectus caussa, neque caussa effectu carere potest, nusquam neque caussa inveniatur, quam primam, neque effectus, quem ultimum esse contendamus. Eodemque modo in figura ex serie partium aequalium composita nulla pars est, quae necessario vel primum vel ultimum teneat locum. Quod si nihilo minus et in serie effectorum et in figura tali aliquid, quod absolutum sit, ideoque utramque certis finibus circumscribat, requirimus: omnino extrinsecus illud

assumendum erit, verum ita, ut, cur sit assumendum, ex ipsa effectorum serie vel descriptione figurae intelligatur. Erit igitur primo quaerendum, quale sit, quod absolutum dici possit; deinde, qua in re positum id sit; denique, unde esse id assumendum cognoscamus.

4. Considerabimus autem primo initium. Atque in serie effectorum caussam absolutam, i. e. quae recte prima dici possit; in figura autem partem absolutam, i. e. quae regulam descriptionis monstret, quaerimus. Apparet vero, hanc totam absoluti notionem ex iis notionibus esse, quas relativas philosophi vocant. Nam si nulla est caussa, quae recte prima dici possit, propterea quod ipsa quoque caussam habere debet; nullaque figurae ex partibus aequalibus constantis pars, quae pro absoluta regula sit, propterea quod ipsa quoque ad caeterarum partium comparationem descripta est: apertum est, si qua nihilominus vel prima caussa, vel absoluta regula dicatur, eam non per se ita dici, sed sic tantum, ut ad datam aliquam vel seriem effectorum, vel figurae descriptionem, ad quam aliunde accedat, referatur. Data enim aliqua serie effectorum vel descriptione figurae, si quid aliunde ad eam accedit, id quia non comprehensum est ea serie vel descriptione, et tamen accessu suo aliquid in ea mutat vel definit, non potest illud non, quatenus datae seriei vel descriptionis rationem habemus, absolutum iudicari, ideoque in tempore initium, primaque mutationis caussa, in spatio principium regulae et norma constituendorum finium haberi. Veluti si ad corpus, quod impulsum recta linea movetur, vis alia ex obliquo accedit, ibi, ubi accedit ea vis, a priore via declinat corpus: quae vis quia ad priorem illum corporis motum nova accedit, necessario, si hunc motum spectamus, absoluta, ideoque mutationis in eo motu factae, i. e. declinationis, prima caussa est. Eodem modo in figura ex partibus aequalibus constante, quamdiu illae partes omnes

aequales sunt, nulla earum pro absoluta regula est: sed simulatque ad unam earum aliquid singulare accesserit, exempta e comparatione caeterarum, his absolutam praebebit regulam, aptum sibi inter eas locum postulans.

5. Iam videndum est, qua in re positum esse debeat illud, quod vel in serie effectorum, vel in figura absolutum sit. Et in effectorum serie quum prima atque absoluta caussa ea sit, quae illa serie non continetur, sed aliunde accedit, ideoque non ut effectus, sed tantummodo ut caussa apparet; caussa autem omnis, quae tantum ut caussa, non etiam ut effectus consideratur, in vi aliqua sit posita: apertum est caussam absolutam non nisi in vi aliqua cerni posse. In figura autem regulam habente quum absolutum sit id, quod regula non continetur, sed singulare est, ideoque non ut pars pariter a caeteris partibus definita atque illas definiens, sed hoc tantummodo solum, ut definiens illas, consideratur; pars autem, quae definit caeteras partes, quum ipsa ab iis non definiatur, ad partes illas omnes spectare, iisque ex aequo communis esse debeat: apparet, partem figurae absolutam in eo esse puncto, quod in figura aliqua omnium partium commune est.

6. Quod si qui sunt numeri, qui initium, aut si quae figurae, quae absolutam regulam habere videantur, in ipsis aliquid reperiatur necesse est, quod indicium faciat initii vel regulae istius minime ambiguum. Itaque in numeris illis vis aliqua absoluta, in figuris illis punctum aliquod absolutum reperiatur necesse est. Ita est autem. Nam numeros ita demum videmus initium habere, si, quem ictum vocamus, in iis animadvertimus, quo manifesta fit in una aliqua numeri parte vis quaedam, quae a caeteris partibus abest. Figuras autem non aliter ad absolutam regulam factas esse intelligitur, nisi si punctum in iis commune invenitur, quod non potest alibi quam in medio esse, qui locus solus

in figura symmetrica uti unicus, ita partium omnium communis est.

7. Invento initio de fine quaeri potest. Quae res nihil habet difficultatis. Nam quum per ictum punctumque medium, quae res ad experientiam pertinent, et numerus, qui ab ictu incipit, et figurae ex medio aliquo puncto descriptio ad experientiam translata sit: planum est, finem numeri, terminosque figurae non posse a priori describi, sed cognoscendos esse experientia.

8. Sed est tamen et numerorum et figurarum descriptio, quod ad finem attinet, duplex, una quae ob simplicitatem omni regula caret, ut in numeris hi sunt,

⏑⏑, ⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑,

similiterque in figuris partium iteratione carentibus, ut in circulo, in pyramide; altera quae habet quidem regulam, sed eam empiricam, ductam ex comparatione partium. Ita in numero per dipodias instituto, ubi haec regula neglecta fuerit, vel deesse aliquid videbitur, ut

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑

vel abundare, ut

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑

Eodemque modo figurae describi possunt, quas propter neglectionem institutae semel partium comparationis vel non integras esse, vel alienis additamentis auctas iudicemus. Sed hoc totum iudicium in eo, quod aptum est, versatur. Vnde et omissiones nonnullas probamus, ut

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

et accessiones, ut

– ⏑⏑ – | – ⏑⏑ – | – ⏑⏑ – –

quoniam eae finem certius indicare videntur.

9. Illud tempus, in quo ictus est, R. Bentleius arsin, tempora autem ea, quae carent ictu, thesin vocavit, ducibus Prisciano p. 1289. et Martiano Capella p. 191. ed. Meibom. qui ab elevatione et remissione vocis haec nomina ducta dicunt. Caeteri musici et metrici veteres, a depositione atque elevatione pedis vel manus ea nomina derivantes, tempus ictu notatum thesin, destitutum ictu arsin vocari voluerunt, quam rationem ille ipse Martianus Capella sequitur, qui, ut dictum est, definitione illa sua contrarium dicit. Sed omnino alium istae appellationes usum apud musicos et rhythmicos videntur habuisse, quam qui cum doctrina numerorum a musicis rationibus seiuncta conciliari possit. Certe illi saepius, pede quoque in duas partes divisa, totam partem eam, in qua ictus est, thesin nominant, etiamsi ea pars tempus aliquod complectatur destitutum ictu. Similiterque faciunt in arsi. Quare maluimus usum a Bentleio probatum servare.

10. Potest autem ictus, quo vim aliunde accedentem, ideoque absolutam indicari ostendimus ad seriem temporum iam inchoatam accedere, ut

Quod quum fit, apertum est, quae inde ab ictu sunt tempora, vi ea, cuius indicium est ictus, determinari; quae autem ante ictum est pars, quoniam ab ictu non potest determinata esse, partem esse infiniti cuiuspiam numeri. Eam partem, quia neque arsis est, ut ictu destituta, neque thesis, ut non ex ea vi, quam indicat ictus, pendens, anacrusin vocamus, propterea quod quasi introductio quaedam est ad numerum, quem deinde ictus orditur. Anacrusis autem etsi animadvertitur prima, tamen, ut vel sensus quemque docet, non est initium seriei, sed pars, quam quae praegressa sunt, quia in animadversionem

non cadunt, praecessisse sumuntur. Similes in figuris sunt eae, quae quum medium habeant, in utriusque lateris extremo non sunt finibus circumscriptae: quarum descriptio etsi a medio utrobique aequa proportione progreditur, tamen quoniam desinit, priusquam conclusa sit, in infinitum proferri potest.

---

## CAP. III.

### *De ordinibus.*

1. Numerus aut infinitus est, qualem supra diximus omnium primum maximeque simplicem numerum esse, in quo quoniam ictus conspicitur nullus, non habet ille initium: qualis numerus in artibus, quae numeris utuntur, nullum habet usum, quia varietate caret; aut finitus est, qualis est, qui ictum, eoque et initium et finem habet. Huiusmodi numerum ordinem vocamus.

2. Qualem autem ordinem producat vis ea, cuius indicium est ictus, quum, ut supra dictum est, non possit nisi ex effectu, i. e. ex ordine ipso cognosci: videndum est, quot omnino cogitari formae ordinum possint. Sunt autem ordines aut simplices, qui unum habent ictum. Hi aut in eo ipso tempore, in quo est ictus, consistunt, ut

ˊ,

aut ex arsi et thesi constant, ut

ˊ˘, ˊ˘˘.

Sed quemadmodum singula tempora sese deinceps excipientia caussarum atque effectuum speciem praebent, ita nihil impedit, quin etiam integri ordines inter se illo efficientiae vinculo possint coniuncti videri.

Quod fit, quum vis ea, quae ictu indicatur, ita sese composuit, ut efficaciam suam saepius iterare debeat, veluti in equis tolutim incedentibus videmus. Cuiusmodi ordines, qui ex eiusdem ordinis repetitionibus constant, periodicos vocamus. Non possunt autem aliter plures ordines uno ordine periodico comprehendi, quam ut eidem illi caussarum atque effectuum aequalitati adstricti sint. Itaque vis illa, quae saepius prodit efficaciam suam, non potest id non facere aut eodem, aut simili modo. Atque eodem modo facit, pro diversitate ordinum simplicium supra indicata, repetendo eodem ordine simplici, ut

vel



Simili autem modo, quum vis remittitur. Hoc enim ordines periodici proprium habent, quod effectus etiam minor caussa sua esse potest. Nam quum efficientiae ratio alia sit in ordinibus periodicis, quam in singulis temporibus: quippe in singulis temporibus unum quodque tempus pro effectu praecedentis et pro caussa insequentis est, ex quo paria necesse est tempora esse; in ordinibus periodicis autem eadem vis semet ipsam iterans saepius in conspectum prodit: consequens est, ut, quemadmodum quaeque vis remitti potest, ita haec quoque possit remissior fieri, et proinde debilior ordo ex fortiore prodire. Augeri autem non potest: quia si augeretur, alia ad eam vis accedere deberet, unde iam non eadem maneret. Remittitur autem vis in ordinibus in ipsa arsi consistentibus ita, ut prior arsis fortiorem, posterior debiliorem ictum habeat,

in iis vero ordinibus, in quibus thesis accedit, huius id magnitudine minuenda efficitur, ut

⏑⏑⏑⏑⏑⏑,

vel

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑.

Ordines periodicos posthac ita significabimus, ut primam tantum arsin apice notemus, quam rationem praeivit Bentleius, ut

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

*ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἃ πίτυς.*

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

*pinifer Olympus et Ossa.*

Simul in hoc postremo exemplo qui invertere ordines volet, sentiet iam non posse eos uno ordine periodico comprehendi,

*rex Olympie caelicola.*

Nam quum hic in quovis ordine augeatur vis, apparet, fieri id non posse iteranda ea vi, quae in primo ictu fuerat, quia haec minime sufficeret, sed adhibenda nova. Vnde horum ordinum nullus ex praecedente prodit, sed singuli suum proprium habent ictum, neque cum reliquis cohaerent. Itaque singuli suo sunt ictu notandi:

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

3. Videndum nunc est de temporibus ordinum. Ac primo thesis, quoniam ictu caret, eaque re quotcumque tempora complectatur, ea omnia seriem repraesentant caussarum atque effectuum nulla aliena accessione interruptam, prima illa omnis numeri lege tenetur, quae est in aequalitate temporum posita. Hinc fit, ut in tali numero,

⏑⏑⏑,

tres posteriores partes nullo modo pro thesi haberi possint, sed quae media earum est, necessario sibi ictum postulet: quod non est in hoc numero



in quo recte tria posteriora tempora thesin constituunt.

4. Anacruseos eadem quae theseos ratio est. Nam quum a thesi non differat, nisi quod arsin ante se nullam habet, pariter, quotcumque habeat tempora, aequalia ea habeat necesse est. Vnde quum recte procedat talis numerus

non poterunt in hoc,



priores tres partes anacrusin constituere, sed secunda earum ictum accipiet, atque in arsin mutabitur.

5. Alia est arseos ratio. Quae quum suapte quadam vi nata censeatur, quanta illa vis est, tantum sibi tempus poscit. Aestimari autem vis illa, ut supra dictum est, non potest nisi ex effectu suo, id est ex ipso tempore. Sed etsi propter illam vim arsis exempta est comparatione illorum temporum, quae carent ictu, tamen quoniam cum iis cohaeret, et quidem cum thesi ut caussa, cum anacrusi ut effectus, rursum etiam comparari cum iis certa ratione debet. Ea ratio talis est, ut non debeat fieri, quod fieri nequeat; non etiam, ut debeat fieri, quod possit etiam non fieri. Itaque primo quod ad anacrusin attinet, arsis non potest in minori tempore esse, quam sunt tempora anacruseos, ut



Nam quum arsis anacrusin habens nihil sit aliud, quam pars illius seriei, cuius pars etiam anacrusis est, etsi illa novo virium incremento aucta: apertum est eam aequa-

lem esse debere temporibus anacruseos, nec posse minorem esse. Itaque recte se habet hic numerus

$$\overset{\backslash}{\smile}\smile\smile.$$

Augeri vero eam nihil impedit, quum aliunde ad eam nova vis accedat. Vnde hic quoque numerus iure probatur

$$\overset{\backslash}{\smile}\smile\overset{\backslash}{—}.$$

Eadem est ad thesin arseos ratio. Nam quum thetica tempora ex arsi nascantur, prima maximeque simplex proportio haec est, ut tempora sint paria,

$$\overset{\backslash}{\smile}\smile,\ \overset{\backslash}{\smile}\smile\smile,\ \overset{\backslash}{—}—.$$

Deinde vero quum maior effectus a minore caussa produci plane non possit, quia non adest tanta vis, quanta opus est: prorsus repugnaret talis numerus,

$$\overset{\backslash}{\smile}—.$$

Sed minor effectus ex maiore caussa nasci omnino potest: adest enim, quae eum procreet vis, etsi non omnis adhibetur. Id ergo in arsi recte admittitur, quae eatenus tantum, ut ne fiat, quod nequeat fieri, exempta est caeterorum temporum comparatione. Potest enim arsis ita esse comparata, ut non tota, sed aliqua tantum parte sua thesin procreet: quae pars omnino par esse theticis temporibus debet, hoc modo:

$$\frac{\overset{\backslash}{\smile}}{\smile|\smile}\smile,\ \frac{\overset{\backslash}{—}}{\smile|\smile}\smile\smile,\ \frac{\overset{\backslash}{—}}{\smile|\smile}\smile\smile\smile$$

Sic moles minori, quam opus est, ac debiliori fundamento imposita sustineri nequit; maiori autem et firmiori, quam opus est, fundamento etiam minorem molem sustineri nihil impedit. Ac metrici quidem duorum modo temporum arsin norunt. Musici autem plurium:

qui hodie punctis ad notas musicas appositis saepe sesquiplum ad dimidium comparant, hoc modo:

6. Ordines diximus aut simplices esse, aut periodicos. Simplices aut in ipsa arsi consistere,

aut thesin habere, eamque aut ex temporibus arsi aequalibus,



aut ex temporibus minoribus arsi,

Periodicos aut solam arsin repetere,

aut ex ordinis thesin habentis repetitionibus constare,



aut ex ordinibus descrescentibus componi,



Anacrusin autem, quae his ordinibus omnibus potest accedere, pariterque thesin ex temporibus esse debere et inter se aequalibus, et non maioribus illo tempore, in quo arsis est. Sed ex his ordinibus quidam raro aut numquam usurpantur. Ac rari sunt simplices. Quoniam enim ipsi in versibus elementorum instar sunt, maior concinnitas in consociatione eorum est, ex qua fiunt ordines periodici. Ex periodicis autem, quorum multiplex compositio est, haud scio an ii, qui sola arseos repetitione constant, nusquam reperiantur, nisi quis eos in quibusdam epiphonematis admissos censeat.

## CAP. IV.

### *e mensura.*

1. Mensuram intelligimus temporum inter ipsa comparationem. Ea alia est apud metricos, alia apud musicos. Ac metrici proprie duo tantum tempora agnoscunt, unum simplex seu breve, quod Graeci *χρόνον* et *σημεῖον*, Latini tempus et moram vocant; alterum duplex seu longum, quod ex duobus brevibus compositum est. Ex musicis autem hodierni multis temporum divisionibus utuntur; veteres, ut videtur, praeter simplex et duplex etiam quadruplex atque octuplex tempus adsciverunt; et quadruplex quidem, nisi fallimur, in eo pede, quem Aristides Quintilianus p. 36. spondeum maiorem vel duplicem nominat, qui ex duabus quattuor morarum partibus compositus videtur; quadruplex et octuplex autem in orthio, qui in priore parte quattuor, in posteriore octo tempora habet, et in trochaeo semanto, qui inverso ordine harum partium fit, de quibus pedibus idem Aristides dixit p. 37. seq. et 97. seq.

2. Pes a musicis et rhythmicis, plerumque etiam a metricis ita dicitur, ut non solam temporum comparationem, sed etiam, qui in iis temporibus numerus inest, spectent. Nos, de numeris ordinum appellationem usurpantes, pedem vocamus solam temporum comparationem absque numero. Sunt autem pedes usitatissimi hi; bisyllabi quattuor:

⏑⏑ pyrrhichius,
—— spondeus,
⏑— iambus,
—⏑ trochaeus, interdum choreus,

trisyllabi octo:

⏑⏑⏑ tribrachys, sive choreus,
——— molossus,

⏑⏑— anapaestus,
—⏑⏑ dactylus,
⏑—⏑ amphibrachys,
—⏑— Creticus, sive amphimacer,
⏑— — Bacchius, aliis palimbacchius, hypobacchius.
——⏑ palimbacchius, aliis Bacchius.

quadrisyllabi sedecim:

⏑⏑⏑⏑ proceleusmaticus,
———— dispondeus,
⏑—⏑— diiambus,
—⏑—⏑ ditrochaeus,
⏑——⏑ antispastus,
—⏑⏑— choriambus,
⏑⏑—— Ionicus a minori,
——⏑⏑ Ionicus a maiori,
—⏑⏑⏑ paeon primus,
⏑—⏑⏑ paeon secundus,
⏑⏑—⏑ paeon tertius,
⏑⏑⏑— paeon quartus,
⏑———— epitritus primus,
—⏑——— epitritus secundus,
——⏑—— epitritus tertius,
———⏑— epitritus quartus.

De his vide, quae congessit Gaisfordius ad Hephaestionem.

3. Dipodiam et syzygiam metrici vocant pedum duorum coniunctionem. Et syzygiam quidem Aristides p. 36. ex duobus simplicibus, i. e. disyllabis vel trisyllabis pedibus, sed iis imparibus fieri dicit: cuiusmodi compositionem Atilius Fortunatianus p. 2688. dipodiam, syzygiam autem, quae ex duobus simplicibus, sed paribus pedibus fiat, appellari vult. Plerumque dipodiam de duobus disyllabis, syzygiam de duobus trisyllabis vel disyllabo et trisyllabo

coniunctis dici videmus. Praeterea duorum pedum consociatio saepe etiam basis a grammaticis vocatur: v. Diomed. p. 501. Mar. Vict. p. 2489. Eadem significatione etiam nomen metrum intelligitur, quum versum trochaicum, iambicum, anapaesticum dimetrum, vel trimetrum, vel tetrametrum dicunt. A quo usu in solis dactylicis numeris disceditur, in quibus dimetrum non qui quattuor, sed qui duorum pedum est, appellant, eodemque modo trimetrum et quae reliqua sunt huiusmodi nomina.

4. Praeter simplex et duplex tempus duae commemorantur aliae mensurae, una, quam Graeci ἀδιάφορον, Latini ancipitem syllabam dicunt; altera quae Graecis ἄλογος, Latine irrationalis vocatur. Earum ἀδιάφορος sive anceps dicitur, quae brevis an longa sit nihil interest. Hanc nemo non videt non ad numeros, in quibus nihil potest ambiguum esse, sed ad prosodiam pertinere. Quare alio loco de ea dicemus. Ἄλογος autem ab rhythmicis dicitur, quae brevior longa, longior autem brevi est: quam quum metrici in quibusdam vocalium et consonantium consociationibus inveniri volunt, sine fructu argutantur: vide Aristid. Quintil. p. 45. schol. Hephaestionis p. 78. Verum habent sane metra quoddam tempus irrationale, quod et in brevi et in longo tempore imminutione mensurae censetur. Eo retulerim disyllabam thesin vel anacrusin pro monosyllaba in trochaicis numeris, et dactylum minore longa in quibusdam dactylicis. De his dactylicis libro II. dicetur; de thesi illa atque anacrusi autem in capite sequente.

## CAP. V.

### *De permutatione numerorum.*

1. Vnus quisque numerus suam habet certam atque immutabilem naturam, neque commutari per se quidem cum alio numero potest, quia sic nihil usquam certi in numeris foret. Quod si tamen commutantur inter se quidam numeri, arbitrio id fieri censendum est eorum, qui utuntur numeris. Verum ratio subesse idonea huic arbitrio debet, quia aliter temere quidvis pro quovis substitui posset. Ea ratio duplex est. Primum enim, qui inter se permutantur numeri, pares sive eiusdem mensurae esse oportet, veluti si pro trium vel senum temporum numero alius totidem temporum numerus substituitur. Nam quum cuique numero per mensuram quasi cursus quidam, quem peragere debeat, determinatus sit, consentaneum est, si in eius numeri locum alius succedit numerus, ut is illum aequet. In qua re meminisse oportet, nullam rationem haberi posse syllabarum ancipitum, quod hae, uti dictum est, quod ad numerum attinet, nullae sunt. Deinde autem, si ipsius numeri conformationem spectes, similem substitui numerum necesse est, quique non contrariam, ac prior ille, vim habeat, sed modica cum variatione idem efficere videatur.

2. Permutantur autem numeri his modis. Primo per receptionem temporum irrationalium. Ita enim explicanda videtur trochaicorum quorumdam numerorum licentia, disyllabam thesin vel anacrusin pro monosyllaba admittentium, quae licentia usitatissima est in versibus comicorum. Qui versus quoniam ad communis sermonis imitationem facti sunt, dactylum atque anapaestum pro trochaeo atque iambo recipiunt. Is dactylus vel anapaestus aperte temporum mensura

minor est iusto dactylo vel anapaesto, ita ut duae syllabae breves non sint uni longae pares, sed potius non multum unius brevis mensuram excedant.

3. Secundo permutantur numeri per solutionem arseos vel contractionem theseos. Horum alterum in trochaicis, alterum in dactylicis numeris fieri solet, quum pro trochaeo tribrachus, pro dactylo spondeus ponitur:

Nam numeros, qui hic secum commutantur, plane diversos esse, ex iis, quae supra disputavimus, clarum est. Sed quoniam et mensura aequales, et propter incessum suum simillimi sunt, permutantur sine offensione, potiusque variatio illa aliquid venustatis habet.

4. Tertio permutantur numeri per solutionem arseos coniunctam cum theseos contractione. Id fieri solitum est in his maxime dactylicis, qui anapaestorum nomen habent, estque ad eam rem trium numerorum commutatione opus. Nam dactylis mensura pares, numero autem similes sunt spondei et proceleusmatici,



Sed quum spondei et proceleusmatici proprie non aliter commutari cum dactylis possint, quam aut hoc modo,



aut hoc,

quod his modis solis salva manet lex, quae tempora thetica arsi maiora esse vetat: tamen etiam hoc modo copulantur,





Quae ratio quum aperte legi numerorum repugnet, non potest illa aliter defendi, quam ut meminerimus, in hoc genere non tam commutari diversos numeros, quam coniungi, simulque percipi. Nam ut hunc numerum

recte se habere sentias, necessario simul metiendus est alius numerus, aut hic,

aut ille,

Idem fieri in musica hodie videmus, in qua quaecumque invenitur numerorum varietas, uno principali regitur numero, qui simul cum istis numeris omnibus percipitur, qui numerus is est, quem tactum vocant.

5. Quarta numerorum permutatio fit per transpositionem temporis. Ea in dactylicis invenitur iis, qui choriamborum atque Ionicorum nomen habent. Posita est autem in eo, ut pars theseos vel anacruseos recidatur, et ante arsin vel ut anacrusis, vel ut thesis collocetur:

*

Monosyllaba anacrusis autem, itemque finis ordinis quum anceps sit, ut infra ostendetur, etiam pálimbacchius pro amphibracho ponitur. Ita permutatio numerorum, quae in choriambo et Ionicis numeris usitata est, una est eademque: i. e. si solas syllabas respicis, dactylus in amphibrachum mutatur:




6. Quinta denique numerorum permutatio fit per transpositionem partis numeri. Ea propria est versuum Glyconeorum ac Pherecrateorum, quique ex his compositi sunt. Nam versus isti quum proprie videantur choriambici dimetri esse, ex choriambo et dipodia iambica,



ultimo pede in principium traiecto, quo ille in loco magnam accepit mensurae libertatem, hos praebuerunt numeros:



Est certe, ubi hae formae cum illis, quas supra posui, commutari videantur. Illud vero certum est, versum Glyconeum, qui est hic ipse,



aliam subire numerorum commutationem, ultimo pede rursus in principium eadem cum licentia mensurae traiecto, quo facto ille pes, qui choriambum praecedit, stabilem trochaei formam accipit, hoc modo

## CAP. VI.

### *De versibus et systematis.*

1. Versus numerus est ex uno vel pluribus ordinibus factus. Grammatici parum utili subtilitate versum non paucioribus quam tribus, nec pluribus quam senis syzygiis concludi volunt. Minores tribus syzygiis partes: si integrae sint syzygiae, *κῶλα*; sin minus, *κόμματα* dici volunt. Quamquam minime in hoc usu sibi constant. Vide de his rebus Hephaestionem p. 65. et Marium Victorinum p. 2497. seq.

2. Numeri cuiusque versus continui sunt. Itaque non debent impediri iis rebus, quae continuationi obstant: quae res positae sunt in hiatu, et syllaba ancipite, de quibus infra dicetur.

3. Excipiuntur a grammaticis versus asynarteti; qui quidem si, ut illi volunt, versus essent ex duabus vel pluribus partibus nulla numerorum continuitate iunctis facti, rectius diversi versus esse dicerentur, scribendo tantum in unum coniuncti. Itaque ii potius versus vocandi sunt asynarteti, in quibus quum verba continuentur, non continuatur tamen numerus, ideoque et hiatui et syllabae ancipiti locus conceditur.

4. Versus polyschematistos grammatici vocant, qui plures diversas numerorum formas admittant,

Sed ea appellatione illi saepe perperam usi sunt. Quum enim non numeros versuum, sed rationem syzygiarum ab se constitutarum respicerent, non raro, qui diversissimi versus sunt, visi iis sunt unum genus esse, licenter in varias formas mutatum. Apte si polyschematistos dicere volumus, illi versus intelligendi sunt, qui ex numerorum transpositione varias formas habent, de quibus in praegresso capite dictum est.

5. *Μέτρα κατ' ἀντιπάθειαν μικτὰ* a grammaticis vocantur, in quibus oppositi pedes, ut iambi et trochaei coniuncti sunt. Hac quoque illi appellatione non satis apte utuntur. Saepe enim si numeros, non syzygias a grammaticis introductas respicias, nulla plane est *ἀντιπάθεια*.

6. Carmina sic dividuntur a grammaticis, ut ea aut *κατὰ στίχον* scripta dicant, in quibus unus semper versus repetitur, aut *κατὰ σύστημα*, in quibus plures versus totum quiddam efficiunt, quod vel repetatur, vel etiam non repetatur; aut *μικτὰ γενικὰ* esse, quae partim *κατὰ στίχον*, partim *κατὰ σύστημα* facta sint; aut *κοινὰ γενικά*, quae aeque *κατὰ στίχον* ut *κατὰ σύστημα* distingui possint.

7. Systematum faciunt genera sex.

I. *Κατὰ σχέσιν*, in quibus idem systema repetitum est. Haec sunt

1. *μονοστροφικά*, in quibus idem systema continuo repetitum est, quod litteris ita indicamus, A A A. Quum bis tantum idem systema positum est, carmen vocatur *ἀντιστροφικόν*, ut A A. Eo pertinet etiam in parabasi comicorum *ἐπίῤῥημα* et *ἀντεπίῤῥημα*, de quo Hephaestion p. 71. (131. seq.) ubi v. Gaisfordium, quae partes ut plurimum ex XVI. versibus constabant.

2. *ἐπῳδικὰ* latiore significatu, in quibus ad plura aequalia systemata unum vel plura ab his diversa accedunt. *Ἐπῳδικὰ*, quae latiore significatu dicuntur, sunt

a) *ἐπῳδικὰ* proprie dicta, A A B.

b) *προῳδικά*, B A A.

c) *μεσῳδικά*, A B A.

d) *περιῳδικά*, B A A C.

e) *παλινῳδικά*, B A A B.

Quae in systematis *παλινῳδικά* vocantur, in singulis versibus appellantur *ἀντιθετικά*, ut Simmiae alae, et ovum, et bipennis.

3. *κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ*,

A B C. . . A B C. . .

4. *μικτὰ κατὰ σχέσιν*, quum plura horum generum mixta sunt.

5. *κοινὰ κατὰ σχέσιν*, quae pluribus simul modis dividi possunt, ut Anacreontis carmen LX. quod vel *μονοστροφικὸν* est, vel *κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ*.

II. *Ἀπολελυμένα*, in quibus nullae certae repetitiones sunt, sed omnia ex arbitrio poetae pendent. Horum Hephaestion parum accurate has formas ponit:

1) *ἄστροφα*, quae non integram stropham constituunt.

2) *ἀνομοιόστροφα*, quae ex pluribus diversis strophis constant. Eaque esse dicit

a) *ἑτερόστροφα*, ex duobus diversis strophis,

b) *ἀλλοιόστροφα*, ex pluribus. Finem autem stropharum ex *καταλήξει*, mutatione personae, ephymnio, epodo, epiphonemate intelligi.

3) *ἄτμητα*, quae possunt quidem in plures strophas dividi, sed his tamen, quae diximus, finitarum stropharum indiciis carent.

III. *Μετρικὰ ἄτακτα*, quae ex notis et usitatis metris sine repetitione composita sunt, ut Simonidis epigrammata LXX. et LXXI. in Analectis Brunckii.

IV. *Ἐξ ὁμοίων*, quae uno genere pedis decurrunt, ut Horatii carminum III. 12. Haec sunt

1) *ἁπεριόριστα*, quae uno systemate continentur.

2) *κατὰ περιορισμοὺς ἀνίσους*, ex pluribus diversae magnitudinis systematis, ut multi tragicorum sermones anapaestici.

V. *μικτὰ συστηματικά*, quae ex pluribus generibus horum systematum composita sunt.

VI. *Κοινὰ συστηματικά*, quae ad plura horum systematum genera perinde referri possunt.

8. *Ἐπῳδοὶ* genere masculino vocantur versus breviores longioribus subiecti: iidem quum longioribus antecedunt, *προῳδοὶ* dicuntur.

9. *Ἐπιφωνήματα* exclamationes sunt, inter duos versus positae, ut *φεῦ*, *ἰού*. His etiam Romanorum tragici et comici usi sunt, teste Mario Victorino p. 2531. Vide quae diximus in praefatione ad Plauti Trinummum p. 24. Histriones his saepe usos esse, ubi non erant a poëtis posita, ex Demetrii Phalerei libro de eloq. segm. 58. discimus.

10. *Ἐφύμνια* sunt exclamationes ex uno vel pluribus vocabulis constantes, quae in fine strophae adiiciuntur, ut, *ἰήϊε Παιάν, ὦ διθύραμβε*. Si sunt in mediis strophis, *μεσύμνια* vocantur. Exemplum ponit Hephaestio hoc Sapphus, quod etiam apud Demetrium de eloq. segm. 148. legitur, qui tamen mesymnium omisit.

*ὕψοι δὴ τὸ μέλαθρον,*
*Ὑμήναον,*
*ἀείρατε τέκτονες ἄνδρες·*
*Ὑμήναον·*
*γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηϊ.*

Ac recte forsitan Bentleius post Horatium p. 710. priores duo versiculos unum esse dactylicum existimat, quem sic scribit:

*ὕψι δὴ τὸ μέλαθρον ἀείρετε τέκτονες ἄνδρες,*

fortasse hoc quoque recte, quum codex apud Gaisfordium *ἀείρετε* praebeat, *ὕψι* autem apud Vrsinum exstet.

Nam apud Demetrium *ὕψι* pro *ὕψω* reposuit Victorius.

11. *Ἐπιφθεγματικὰ* sunt integrae enunciationes strophis additae, quae non eadem cum strophicis versibus complexione verborum comprehenduntur. Vt apud Bacchylidem:

*ἦ καλὸς Θεόκριτος, οὐ μόνος ἀνθρώπων ἐρᾷς.*

Vulgato *ὁρᾷς* recte *ἐρᾷς* ex Vrsino praetulisse videtur Gaisfordius, qui etiam *μοῦνος* pro *μόνος*, nescio unde, exhibuit. Quum nec de metro nec de sensu constet, nihil ausim mutare: nam quis dicat, *οὐ* sincerumne sit, an pro eo *σὺ* scriptum fuerit? Aliud exemplum ex eodem Bacchylide posuit Hephaestio:

*σὺ δ' ἐν χιτῶνι μόνῳ παρὰ τὴν φίλην γυναῖκα φεύγεις.*

Hic ed. princeps *μούνῳ*. Haec *ἐπιφθεγματικὰ* utrum, ubi lubebat poetis, an servata aliqua aequalitatis ratione inserta fuerint, dubitari potest. Apud scenicos poetas si quid huiusmodi invenitur, aequalitas servari solet. Ita apud Aristophanem in Vespis v. 290.

*ὔπαγ', ὦ παῖ, ὔπαγε*

positum videtur inter stropham et antistropham, ita ut, si hoc *ἐπιφθεγματικὸν* est, mesodi loco sit.

12. Revertimur ad singulos versus. In his *ἐπιπλοκὴν* sive connexionem vocant grammatici pedum eorumdem iterationem, quae talis est, ut detrahenda addendave parte eorum per vices iidem numeri prodeant. De ea dixere scholiastes Hephaestionis p. 83. seqq. et Marius Victorinus p. 2506. Eius quum plura fuisse genera ex scholiasta Hephaestionis colligatur, tria fuerunt usitatissima, primum, quod *ἐπιπλοκὴ τρίσημος δυαδικὴ* vocatur, positum in coniunctione iamborum, quibus vel dempta vel addita ab initio syllaba trochaeos praebet:

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —  ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

— ⏑ — ⏑ — ⏑ —  — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Secundum, quae est *ἐπιπλοκὴ τετράσημος δυαδική*, quae est in coniunctione dactylorum, quibus si ab initio duo tempora vel addantur vel detrahantur, numerus fit anapaesticus:

—⏑⏑—⏑⏑— —⏑⏑—⏑⏑—
⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑— ⏑⏑—⏑⏑—

Atque hae *δυαδικαὶ* vocantur, quod utraque in duorum generum connexione est, trachaeorum vel iamborum, dactylorum vel anapaestorum. Tertia est, quae dicitur *ἐπιπλοκὴ ἑξάσημος τετραδική*, ex iambi trochaeique consociatione quattuor edens genera detrahendis deinceps vel addendis singulis syllabis, choriambicum, Ionicum a minori, antispasticum, et Ionicum a maiori:

—⏑⏑—⏑⏑—
⏑⏑—⏑⏑—⏑
⏑—⏑⏑—⏑⏑—
—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑

Eadem ratione in paeonico genere, quod nullam habere *ἐπιπλοκὴν* dicit scholiastes Hephaestionis p. 12, 1. certe primi quartique paeones, et Cretici ac Bacchii huiusmodi connexionem admittunt:

—⏑⏑⏑—⏑⏑⏑ —⏑—⏑—
⏑⏑⏑—⏑⏑⏑— ⏑—⏑—⏑—

Sed omnis ista *ἐπιπλοκὴ* perexiguam habet utilitatem, nisi forte ea utare, ut numeros quosdam, qui diversi esse videantur, unius generis esse doceas. Quod in quibusdam ex his numeris recte fiet, sed non in omnibus.

13. *Ἀπόθεσιν* grammatici eam rationem vocant, qua versus finiuntur. Atque *ἀκατάληκτοι* dicuntur versus, quorum ultima dipodia, vel, si in pedes singulos, ut quidam dactylici, dividantur, ultimus pes integer est:

—⏑—⏑|—⏑—⏑ ⏑—⏑—|⏑—⏑—
—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑ ⏑⏑—⏑⏑—|⏑⏑—⏑⏑—

*Καταληκτικοὶ* autem, quorum ultimus pes imminutus est:

—∪—∪|—∪— ∪—∪—|∪—∪

In dactylicis hi aut *καταληκλικοὶ εἰς δισύλλαβον* vocantur, si unum dactylo tempus deest,

—∪∪—∪∪—∪∪—∪

aut *καταληκτικοὶ εἰς συλλαβήν*, si duo,

—∪∪—∪∪—∪∪—.

Vtraque *κατάληξις* in paeonibus locum habet, in quibus nihil impedit, quin tertia quoque admittatur, quae sit in trisyllabum, etsi hanc ignorant grammatici, ultimum pedem Creticum numerantes,

—∪∪∪—∪∪∪—∪∪∪—∪∪

*Βραχυκατάληκτοι* dicuntur, qui in dipodias divisi, integro pede truncati sunt,

—∪—∪|—∪ ∪—∪—|∪—

*Ὑπερκατάληκτοι* denique, in quibus ad integras dipodias pars pedis accedit;

—∪—∪|—∪—∪|— ∪—∪—|∪—∪—|∪

Hi quoque in dactylicis sunt *ὑπερκατάληκτοι εἰς συλλαβήν*, et *εἰς δισύλλαβον*, pariterque in paeonicis, in quibus etiam tertia *κατάληξις*, quae est in trisyllabum, si ita videatur, addi potest. Hypercatalecti, si ultimo pedi, quod ei deest, restituitur, brachycatalecti fiunt. Hae terminationes omnes, excepta ea, quae est versuum acatalecticorum, *καταλήξεις* nominari solent.

---

## CAP. VII.

### *De numero sermonis.*

1. Oratio omnis etiam sola per se numerum habeat necesse est, quia sine numero syllabae non cohaererent, nec plures syllabae in unum vocabulum, aut plura voca-

bula in unam orationis complexionem coniungi possent. Eius rei in singulis vocabulis accentus, in coniunctionibus verborum vocis intensio indicium est.

2. Quod si unumquodque vocabulum numerum suum habet ideoque ex uno vel pluribus ordinibus constat, oportet numerum vocabulorum, si ea versibus comprehendantur, cum versuum numero ita consociari, ut neuter alterum tollat. Fit hoc autem tribus modis, per caesuram, per syllabam ancipitem, per prosodiam.

---

## CAP. VIII.

### *De caesura.*

1. Caesura sive incisio, quam τομὴν Graeci vocant, is locus in versu dicitur, quo ordo aliquis finitur. Vnde proprie tot caesuras habet versus, quot in ipso versu ordines finiuntur. Vltimi enim ordinis finem, ut quo simul versus ipse finiatur, non posse caesuram vocari, apertum est.

2. Quod si numerum vocabulorum cum versuum numero recte consentire volumus, ordines vocabulorum iisdem locis, quibus versuum ordines, finiri necesse est, ne alteruter alterum longius procedendo perturbet. Vnde caesura distinctius dicetur finis ordinis metrici coniunctus cum fine ordinis in vocabulis. Et quum ordines, qui sunt in vocabulis, nusquam certius finiantur, quam cum fine ipso vocabulorum, caesura censetur finiendo vocabulo in ipso fine ordinis metrici. Vnde quum caesuram neglectam esse dicimus, hoc significamus, non esse cum metrico ordine finitum vocabulum.

3. Quoniam autem in pronunciando non modo singula vocabula, sed etiam integrae verborum com-

plexiones distinguuntur, harum quoque finis caesurae faciendae inservit. Quumque potior sit totius orationis, quam unius alicuius vocabuli finis, iis in versibus, in quibus utrovis modo incidi potest, non ex vocabuli, sed ex orationis fine aestimatur caesura. Itaque hunc versum Homeri,

πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα,

non sic distinguimus:

πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα | κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα,

sed sic:

πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, | αὐτὰρ ἔπειτα.

4. Sponte vero intelligitur, si cum ordinibus metricis in medio versu finiri vocabula convenit, multo magis id fieri in postremo cuiusque versus ordine debere. Ineptum esset enim, finito totius versus numero non finiri numerum verborum, sed media vocabula in duas partes distrahi. Versum autem hic intelligimus, quidquid una numerorum perpetuitate coniunctum est, quamvis illi vel multi vel varii numeri sint, ut in systematis. Partes autem systematum qui nolunt distingui in versiculos quosdam, ne forte distrahi aliquando vocabula inter duo versus videantur, de nomine, non de re ipsa litem movent.

5. Sed tenendum est, elisionem syllabae neque apud Graecos neque apud Romanos caesurae officere. Finiri enim iudicatur vocabulum ea syllaba, quae est ante elisionem. Raro tamen hoc fieri solet in fine totius versus, ubi non aliter admittitur elisio, nisi si sensus arctissime verba cum sequente versu coniungi postulet. Ita Pindarus Ol. III. 45. in ipso strophae fine syllabam elidere ausus est. Alia exempla in trimetris iambicis inveniuntur et in versu heroico.

6. Caesura aut necessaria est, aut non necessaria. Necessaria est ea, quae maiorem pau-

sam requirit, quam ut negligi sine totius numeri detrimento possit: qualis est in pentametro elegiaco, in quo sive ante, sive post eam syllabam, in qua caesura est, incidas, reliqua versus pars iam non erit dactylica, sed anapaestica, eaque talis, quae non similitudine ulla, neque apta connexione cum praecedente parte congruat. Huiusmodi caesura si quando necessitate cogente violanda est, illud certe curatur, ut id fiat in commissura vocabuli compositi, cuius singulae partes pro diversis vocabulis sint, ut apud Callimachum,

ἱερὰ νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή.

Non necessaria caesura quae sit, ex his sponte intelligitur.

7. Praeterea caesurae aliae sunt immutabiles, aliae mutabiles. Atque immutabiles sunt, quum ordines versuum uno tantum modo distingui possunt. Quod etsi est in his, quas necessarias appellavimus, tamen, si qua immutabilis caesura est, non est propterea etiam necessaria. Vt in versu Sapphico,

ποικιλόθρον᾽ | ἀθάνατ᾽ Ἀφροδίτα

immutabilis est caesura, quia non ex aliis, quam ex his ordinibus constat versus, sed non est necessaria, ut quam et licitum sit negligi, et repudiatam de industria a quibusdam esse videamus. Mutabilis autem caesura est, si ordines versus sine numeri totius detrimento pluribus modis distingui possunt, ut in trimetro iambico:



*Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.*
*καταθαλώσω πυρφόροισιν ἀετοῖς.*
*Ἀχαρνικοί, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι.*
*δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς.*

v. Aristoph. Nub. 686. Av. 1248. Ach. 180. Aesch. Prom. 798. Alia exempla praebebit hexameter heroicus.

8. His tertium accedit genus, quod est caesurae adscitae, quae novum introducit numerum, sed eum talem, qui cum proprio versus numero conciliari possit, neque eum nimia dissimilitudine perdat. Eius caesurae omnis ratio ex sensu verborum pendet, idque duobus modis. Vno, quum vocabulum, in quo praecipua quaedam vis est, eo loco collocatur, ubi quum ex metrico numero nullam vim habeat, mutari eum numerum necesse est, ut accedere ea vis possit. Id fieri videmus in fine versus heroici, ultima thesi in arsin mutanda, quo ne vox monosyllaba, eo loco posita, singulari illa vi privetur, ob quam in finem orationis reiecta est,

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – | –

Vt apud Homerum in re gravi,

*γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ,*

et apud Horatium in re ludicra,

*parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*

9. Alter modus a distinctione totius orationis petitus est. Eum praecipue in trimetris tragicorum observari licet, in quibus interpunctio ordines metricos primo ita mutat, ut oratione in tertio trochaeo finita, reliqua versus pars, postulante id recitationis concinnitate, ab novorum ordinum initio incipiatur:

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ –

*οἷον τέ μοι τάχ' ἐστί· θνητοῖς γὰρ γέρα.*

Quo factum est, ut pausa in recitando facta, novo-

que spiritu sumpto, trochaeus, qui finalem Creticum praecedit, longa syllaba finali terminari posset. quod aliter in tragico trimetro non est concessum, nisi forte in nomine proprio, vel in descriptione rei magni molimnis plena, qua ratione inductum Euripidem in initio Ionis scripsisse puto,

*Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανόν.*

Exempla aliquot huius caesurae vide in Porsoni supplemento praefationis ad Hecubam p. 31. seqq. qui tamen non attendit ad eam.

10. Deinde ita mutat interpunctio ordinum metricorum rationem, ut eos cum sequentis versus ordinibus una perpetuitate coniungat, ex quo elisiones in fine trimetri explicandae sunt, aliter nullam habiturae veniam. Est autem haec interpunctio plerumque in fine quinti pedis. Sophocles Oed. R. 29.

*ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον, μέλας δ'*
*Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.*

Sic in eadem fabula v. 332. 785. 1184. 1224. in Electra v. 1017. Interdum etiam in medio quinto pede, ut in Euripidis Iphig. Taur. 968.

*ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἦκον, ἐς δίκην τ'*
*ἔστην.*

Quin etiam in fine quarti pedis, ut apud Sophoclem in Oed. Col. v. 16.

*χωρὸς δ' ὅδ' ἱρός, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων*
*δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'*
*ἔσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.*

Alio modo non ob praegressam, sed ob statim sequentem interpunctionem mutata ordinum ratio elisioni isti veniam facit, ut in eadem fabula v. 1164.

*σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'*
*αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.*

Caeterum ista ultimae syllabae elisio primum usurpata est ab Sophocle in Oedipo Rege, Calliae cuiusdam ex-

emplo, ut Athenaeus docuit lib. X. p. 453. de quo loco disputavi in dissertatione observationes quasdam de Graecae linguae dialectis continente, edita a. CIↃIↃCCCVII.

11. Vsitatae caesurae neglectio etiam in versu trochaico ab interpunctione excusationem habuit, ut videtur. Certe, quae ex trimetris exempla attulimus, faciunt, ut in Sophoclis Philoct. v. 1402. lectionem omnium librorum sinceram esse iudicemus:

*N. εἰ δοκεῖ, στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.*

12. Sunt qui caesurae nomine sic utantur, ut verborum in mediis pedibus finem intelligant. Quae nobis non satis accommodata appellatio videtur. Nam haec nihil est nisi apta verborum collocatio, qua efficitur, ut ne numerus, qui in vocabulis est, nimia ordinum similitudine molestus fiat. Vt quum hexameter heroicus hos ordines habere soleat,

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑

ineptum est in vocabulis hosce ordines exhibere,

– ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ⏑⏑ | – ⏑

*has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli.*

Sed melius verba ita collocantur, ut, etiamsi non prorsus eos, quos versus, ordines habeant, tamen et hos iusta caesura exprimant, et in caeteris partibus apta quadam ordinum varietate istam eiusdem ordinis repetitionem devitent, ut

– – – | ⏑⏑ – ‖ – – – | – ⏑⏑ | – –

*fortunam Priami cantabo et nobile bellum.*

Nam etiam si non singulis pedibus finiantur singula vocabula, tamen nihilo minus, si idem numerus semper recurret, turpis erit versus, ut,

*sole cadente iuvencus aratra reliquit in arvo.*

## CAP. IX.

### *De syllaba ancipite.*

1. Secundus modus, quo vocabulorum numerus numeris versuum accommodatur, positus est in syllaba ancipite. Atque quum in numeris tempora omnia certa esse ac definita debeant, facile intelligitur, in numeris ipsis nihil usquam posse anceps esse; itaque, si quae inveniuntur ancipites syllabae, i. e. quae breves sint, quum longae esse debeant, vel longae, quum debeant breves esse, eas, quod ad numerum attinet, pro talibus numerari, quales debeant esse, etsi non sint tales. Id autem nemo non videt sic tantum fieri posse, si qui sint in numeris loci, in quibus pravitas ista mensurae nihil aut parum offensionis habeat.

2. Huiusmodi loci duo sunt. Vnus est in anacrusi ex una brevi syllaba. Haec enim anacrusis quoniam neque ante se quidquam habet, unde de eius mensura certiores fiamus, neque ex partibus constat pluribus, quarum altera alteri pro norma sit, post eam autem arsis est, quae ei vel propter ictum dissimilis est: facillime iusta mensura potest excidere, ut, si longa sit, nihil offendamur. Alter locus est in fine ordinis, ubi quoniam nihil sequitur, quod terminum ponat certum, ac potius pausa quaedam succedit, pariter delitescit mensurae pravitas. Vnde vel brevis syllaba longae locum tenere potest, vel longa pro brevi esse. Ita in versu iambico et anacrusis et finalis ordinum thesis, etsi ex numeri lege brevem syllabam habent, longam admittunt:

$$\breve{\sigma} \,|\, \acute{\breve{}} \,\breve{}\, — \,\breve{\sigma} \,|\, \acute{\breve{}} \,\breve{}\, — \,\breve{\sigma} \,|\, \acute{\breve{}} \,\breve{}\, —$$

*σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.*

In Doricis autem epitritis finalem ordinis syllabam, quae

longa esse debebat, corripi posse sequente alio numero videmus,



*τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμωσεν μάκαιραν ἑστίαν.*

Ideoque etiam versus cuiuscumque, modo numerus cum versu finiatur, ultima syllaba anceps est, sive ea in arsi sive in thesi sit. Idemque dictum volo de partibus asynartetorum, qui ob id ipsum sic vocati sunt, quia numerus eorum interruptus est.

3. Sed quod ad extremas ordinum syllabas attinet, plures notandae sunt regulae. Ac primo syllaba anceps non habet locum in medio ordine periodico. Nam quum ordo periodicus, etsi ex pluribus ordinibus compositus, tamen uno numero decurrat, unaque ex arsi, quae prima est, pendeat: omnia in medio ordine periodico tempora suam sibi invicem mensuram constituunt, praeterquam in postremo tempore, quod, nullo sequente alio, pausam post se habet, eaque re facilius aliquam mensurae ambiguitatem admittit. Itaque in dipodia trochaica vel iambica finali non nisi postrema syllaba anceps est,

non autem quae in medio ordine sunt syllabae. In versu ithyphallico autem, qui ex tribus trochaeis uno ordine periodico comprehensis constat, ob id ipsum non, ut in iis trochaicis versibus, qui ex dipodiis compositi sunt, quarta, sed sexta demum syllaba anceps est,



Contra vel unus trochaeus habet syllabam ancipitem, ubi ordo ex eo trochaeo solo constat, ut in versu Eupolideo:

4. Deinde aliae syllabae ancipites tantum in fine versus, aliae etiam in medio versu, et hae quidem aut in solo fine vocabuli, aut etiam in medio vocabulo, locum inveniunt.

5. Atque in solo fine versus arsis trochaica, et ultimum theseos dactylicae tempus anceps est:

*τὸ γάρ παλαιὸν Ἄργος ὑπόθεις τόδε.*
*καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους.*

Nam arsis trochaica, ordinem finiens, ne in medio versu anceps sit, et debilitas prohibet arseos trochaicae, et pausa, quae in his numeris in thesi potius, quam in arsi fieri solet: nisi Plauto secus visum est. In dactylicis autem volubilitas numeri nimium quantum impediretur, si Creticus decursui eorum moram obiiceret.

6. In medio versu autem medioque in vocabulo ancipitem admittit thesis vel anacrusis numerorum trochaicorum, pariterque thesis Doricorum epitritorum, etsi haec quidem certis tantum conditionibus:

*Διοςδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον.*
*μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατόν.*

His addenda est arsis utraque, quam in basi esse videmus, de qua dicetur libro II. cap. 2.

7. Porro in medio versu quidem, sed in fine tantum vocabuli arsis dactylicorum et interdum eorumdem thesis spondiaca syllabam ancipitem recipiunt. Et arsis quidem, quum sit multo fortior in his, quam in trochaeis, satis idonea ad productionem existimatur praesertim pausa accedente:

*ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.*

Eamque ob caussam plerumque in iis pedibus, qui caesurae faciendae apti sunt, et post purum dactylum, quo celeritas et vis numeri augetur, usurpari solet. Thesis spondiaca autem in quarto pede versus heroici interdum anceps est. Eo enim in loco quum insignem caesuram,

longioremque pausam versus iste recipiat, idoneus visus est ille locus, in quo ultima vocabuli syllaba sine numeri detrimento anceps esse posset. Sic Iliad. λ. 56.

*τῇ δ' ἔπι μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.*

Et apud Ennium in I. Annal.

*omnis cura viris, uter esset endoperator.*

Haec anceps hic illic etiam restituenda erit, nisi fallor, ut Odyss. γ. 293.

*ἔστι δέ τις λισσὴ αἰπεῖά τ' εἰς ἅλα πέτρη.*

Caeterum non est praetereundum, semel eam etiam non in fine vocis inveniri, Iliad. ε. 487.

*μήπως ὡς ἄψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου.*

Nam *λίνοιο*, quod apud Etym. M. p. 183, 33. legitur, Sylburgii videtur correctio esse, deterior illa vulgato.

8. Denique quod ad solutiones syllabarum attinet, tenendum est, quum duobus modis syllaba possit anceps esse, semel, ut longa pro brevi, deinde ut brevis pro longa sit, non omnes ancipites tales esse, quae solvi in duas breves possint. Etenim quum longa pro brevi ponitur, exclusa omnino est solutio, quia ea syllaba, quod ad numerum attinet, brevis habetur: brevem autem unam duabus brevibus parem esse, repugnat. Disyllabam anacrusin iamborum nemo, opinor, huc advocabit. Hanc enim non solutionem esse ancipitis, senarii comicorum ostendunt, etiam in iis locis anapaestum habentes, in quibus nullus ancipiti locus est. Quum vero brevis pro longa ponitur, ideoque longae loco esse censetur, potest ea solvi in duas breves, si quidem id in eiusmodi numero fiat, in quo legitima sit vel usitata solutio. Itaque in hexametri heroici pede quarto hae mensurae reperiuntur,

— ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ | — ⏑ — ⏑

Praeterea singularis ratio eorum est numerorum observanda, in quibus dactylus, ultimam ancipitem habens,

contractionem brevium admittit: quo fit ut pro duabus brevibus non modo una longa, sed etiam brevis et longa recte ponantur, ut in Ionicis a maiori,



Quin analogiam si sequare, etiam longa ista, quae pro ambabus brevibus ponitur, anceps, ideoque brevis esse posset, ut pes iste has formas reciperet:



Verumtamen palimbacchio, ut videtur, abstinuerunt veteres, nimiam hanc fore licentiam rati.

## CAP. X.

### *De prosodia.*

1. Tertius modus, quo verba numeris aptantur, in prosodia positus est. Eam latissimo significatu dicimus, omnem intelligentes pronunciationem, quibuscumque ea in vocis conformationibus cernatur. Cuius rei, quae latissime patet, et in plurimas partes diffusa est, eatenus tantum mentionem faciemus, quoad ea cum numeris arctius coniuncta est, et hoc quoque sic, ut adumbremus magis hanc doctrinam, quam pertractemus. Continetur ea autem his partibus, commoditate metri, accentu vocabulorum, vocis intensione, interpunctione.

2. Ex his metri commoditatem ita dicimus, ut ea pateat latissime. Referimus enim ad hoc genus

omnes illas mensurae rationes, quae non ex reliquis, quas posuimus, partibus, accentu, vocis intensione, interpunctione oriuntur. Eae rationes positae sunt in productionibus et correptionibus propter metrum, in hiatu, in elisione, in crasi, in synizesi.

3. Ac productionum correptionumque aliae ad solas vocales pertinent. Quo in genere multo usitatior productio est, quam correptio. Et primo quidem, quum verba, in quibus plures, quam metrum patitur, breves syllabae connexae sunt, non aliter quam producenda una earum aptari metro possint, epici veteres, quorum haec licentia propria est, primam ex his syllabis producendam existimarunt, ita quidem, ut id in arsi dactylorum fieret, quae in hoc pede, qui citatior est, aptissima est efficiendae productioni. Hinc *ἐπίτονος, θυγατέρες, ἀκάματος, ἀπονέεσθαι*, et multa huiusmodi vocabula, quoniam aliter abstinendum iis foret, primam apud epicos longam habent. Idemque fit quum composita sunt, ut *ἐξαπονέεσθαι*. Quibusdam horum verborum ex multo usu ita adhaesit haec mensura, ut ea in communem abierit consuetudinem: ut factum est in nomine *ἀθάνατος*, de quo vid. Porson. ad Eurip. Med. 139. I. p. 16. Sed aliae syllabae, quam prima, si productae reperiuntur, de emendatione cogitandum est, ut Od. *κ*. 169.

*βῆν δὲ καταλοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν,*

ubi grammaticis, comparationem similium nominum respicientibus, deberi haec scriptura videtur: nam codices plerique, Eustathio teste, habebant *καταλοφάδεια*, quae dubitari vix potest quin genuina scriptura sit.

4. Praeter epicos etiam tragici, sed hi quidem in solis nominibus propriis, eiusmodi productionibus usi sunt. Nominum propriorum enim, quae neque evitari,

nec mutari licet, maior ubique libertas est. Et in his tragici interdum, quum anapaestum possent admittere, productionem praetulerunt, ut gravitati numerorum magis congruentem. Sic Aeschylus in Sept. ad Theb. 494. 553.

*Ἱπομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος,*
*Παρθενοπαῖος Ἀρκάς· ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ,*

et Sophocles,

*Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.*

Vide Priscianum p. 1328. Neque contenderim, non usum hac licentia Sophoclem esse in Aiace v. 210.

*παῖ τοῦ Φρυγίου Τελεύταντος.*

Quamquam facilis est et elegans coniectura Porsoni ad Hec. 123. *σὺ* inserendum putantis. Non enim omni ex parte hic locus cum illis comparari potest, ut infra segm. 21. indicabitur.

5. Correptiones longarum vocalium, quae non aliam, quam ex metri commoditate, excusationem habeant, perrarae sunt, et fere in nominibus propriis consistunt, ut in epigrammatis *Θουκυδίδης, Ῥουφίνιος,* vel *Ἀθέναθεν* apud Pausan. V, 19, 1. in versu indocti artificis. Eo retulerim etiam *Ἐλευσινίδαο* in Hom. hymn. Cer. 105. Atque haud scio, an ipsum nomen *Ἐλευσίνιος* in his numerandum sit. Nam formam *Ἐλευσῖνος*, quam tueri studuit V. D. in Museo critico Cantrabrigiensi P. II. p. 181. recte, nisi fallor, Salmasius ad Scriptt. H. A. p. 202. propriam esse Latinorum putabat. Poterit vero ad has correptiones referri nomen *χρυσέος* prima brevi, de quo dictum in diss. de dialecto Pindari p. 9. v. Boeckhium ad Pind. Pyth. IV. init. Alia huius generis exempla suspicionem habent vitii, ut illud Iliad. o. 29.

*τὸν μὲν ἐγὼν ἔνθεν ῥυσάμην, καὶ ἀνήγαγον αὖτις.*

6. Sequuntur productiones et correptiones eae, in quibus consonantium vis spectatur. Ac veteres epici,

quorum mollissima oratio est, non solum geminare consonantes liquidas amant, sed etiam ante mutam cum liquida productionem usurpant ut legitimam, sectatores nacti iambographos: qui usus apud recentiores epicos, Atticorum maxime exemplo, paullatim neglectus est, usque dum Nonnus eum reduceret, ut in dissertatione de aetate Ophei Argonauticorum ostendi, p. 755. seqq. Apud Atticos enim, de quibus primus quaerere instituit Dawesius in Miscellaneis criticis, comici, ubi communem sermonem imitantur, prorsus ab hoc genere productionis abstinuerunt: tragici autem, in antiquiori maxime tragoedia, medium inter epicos veteres et comicos tenuere. Similis, sed propior epicis lyricorum usus est: ideoque hi et geminant consonantes, quod tragici non faciunt in iambis trochaeisque, etsi in melicis non plane detrectant: vide Erfurdtium ad Soph. Ai. 184. et 37. et vocalem in fine vocabuli propter mutam cum liquida in sequente vocabulo producunt, quod tragici in iambis et trochaeis raro aut numquam fecisse putantur: v. Erfurdt. ad Soph. Ai. 1109. et in libro, cui index est *Königsberger Archiv*, 1812. P. III. p. 442. Seidler de verss. dochm. p. 21. 409. quum ne in compositis quidem vocabulis nimium frequens sit productionum copia: v. Porson. ad Orest. 64. Erfurdt. ad Oed. R. 635. Adde, quem consulendum esse res ipsa indicat, Gaisfordium ad Hephaest. p. 217. seq. Quod autem de lyricis dictum est, pertinet etiam ad iambographos. Ita *μάρτυσσιν* Hipponax ap. Tzetz. ad Lycophr. 579. et ad Hesiod. p. 82. Quin epici veteres lyricique producendarum syllabarum causa interdum litteram inseruerunt, ut in *ὑπεμνήμυκε* Iliad. *χ*. 491. in *δίδυμος* apud Pindarum Ol. III. 63. (37.) XIII. 30. (21.) et saepius in *νώνυμος* et *ἀπάλαμος*. Sed haec antiqua sunt, et non nisi certis in vocabulis usurpata, ut non videantur adhiberi posse ad defendendum *ἑλεδμανὰς* apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 83.

Frequentior est adiectio litterarum μ, ρ, τ, ut in ἄμβροτος, ἀμπλακεῖν, προτὶ, πτόλις, πτόλεμος. Quae pronunciatio in quibusdam vocabulis postea legitima habita est, ut in τύμπανον, μενεπτόλεμος, Νεοπτόλεμος. Denique de littera φ producendi vi praedita v. Gaisford. ad Heph. p. 219. Monk. ad Hippol. Eurip. 461. Ac vere observavit Gaisfordius, tragicos in melicis saepe neglígere hanc vim huius litterae. Id inprimis etiam in compositis fit, ut ἀγνόρυτος, πολύρυτος. Omninoque, nisi fallor, non eadem in omnibus vocabulis huius litterae potestas fuit.

7. Correptiones ante duplicem consonantem, uti dictum est, Atticis, et omnino recentioribus, usitatissimae fuerunt. Inveniuntur etiam apud lyricos, et epicos didacticos. Nusquam tamen correpta vocalis invenitur ante ξ et ψ, raro ante ζ, nec nisi in fine praecedentis vocabuli, si ζ initialis est nominis proprii, sine correptione ista metro repugnaturi, ut

οἱ δὲ Ζάκυνθον ἔχον,
οἵκαδε νοστήσας ἱερῆς εἰς ἄστυ Ζελείης.

Nisi recentissimi, et in his quoque deteriores tantum poëtae etiam ubi vitari poterat correptio, minus religiosi fuerunt, ut Cynegeticorum scriptor, de quo dixi in diss. de aetate Orphei Argonauticorum p. 761. Apud Atticos, de quibus vide Porsonum ad Hec. 302. rarior est correptio ante βλ, ut apud Sophoclem Oed. R. 717.

παιδὸς δὲ βλάστας,

et in ἔβλαστε Electr. 440. Et ante γλ, ut apud Aeschylum in Persis 593.

οὐκ ἔτι γλῶσσα φίλοισιν

et in Xantriis ap. Phot. et Suid. in v. ὀκτώπους,

κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.

Et ante μν, ut apud eumdem in Agam. 999.

τὸν δ' ἄνευ λύρας ὕμως ὑμνῳδεῖ,

et apud Epicharmum, commemoratum Hephaestioni p. 5. qui quaedam ex hoc genere rariora attulit. Euripides in Bacchis v. 72. in Ionicis a minori,

*Διόνυσον ὑμνήσω.*

Finiunt haec verba antistrophàm: in stropha scribendum videtur *ἄζομένα* pro *εὐαζομένα*. Fallitur in hoc loco et aliis quibusdam Erfurdtius ad Aiacem v. 1066. *Ἀγαμέμνων* tamen correpta penultima, quod Porsonus in Advers. p. 257. ferendum existimarat, reiectum ab eo est in Suppl. praef. ad Hec. p. 22. Inter rariora est *ἔπεφνε* media brevi apud Pindarum Ol. II. 74. (46) etsi *ἄφνω* atque alia saepius inveniuntur. Ante *σκ* et *στ* et *πτ* correptio aut necessitati debetur, ut propter nomen proprium,

*ἔσται ταῦτα Σκάμανδρε διοτρεφές, ὡς σὺ κελεύεις,*
*Χαλκίδα τ' Εἰρετρίαν τε πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν,*

et in *Αἰγυπτίους*, vel propter aliud nomen, quod evitari non potest, ut *σκέπαρνον* Odyss. ε. 237. ι. 391. aut negligentiae, ut apud Hesiodum O. et D. 589.

*εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ Βίβλινος οἶνος.*

*Ἐολὸς* vel *ἐσθλὸς* prima correpta proprium est Doriensium, de quo dixi in diss. de dialecto Pindari p. 8. Adde Boeckhium ad Pind. Ol. I. 99. In quibusdam eiicitur littera metro incommoda, neque ad radicem verbi pertinens, ut in *τύπανον* pro *τύμπανον*, de quo multa Naekius in Schedis criticis p. 19. seqq. In Leonidae Tarentini epigr. 25. in Anal. Brunck. Salmasius *εὐκαπὲς* scribendum putabat, probante Dorvillio, pro *εὐκαμπὲς*, in quo, ut in Aeschyli *ἀμπύκων* Suppl. 458. qui locus tamen huc non pertinet, Seidlerus de verss. dochm. p. 25. ingeniosam iniit viam, qua correptionem non destitutam esse defensione ostenderet. Adde Erfurdt. ad Soph. Aiac. 127. Eupolis in *Βάπταις* apud Priscianum p. 1328. qui, ut ille ex Heliodoro testatur, in aliis iambis huius fabulae recta observatione metrorum usus, hos posuit in fine habentes spondeos:

*ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας,*
*πολλοὶ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας,*

consulto dedit versus Hipponacteos, respondentes sibi, ut opinor, ipsumque imitatus Hipponactem sive Ananium, ex quo Athenaeus p. 370. B. haec affert:

*καί σε πολλὸν ἀνθρώπων*
*ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην.*

7. Hiatus, proprius ille dialecti Ionum, a quibus orta est poësis Graecorum, tamen etiam antiquissimis poëtis improbatus est, etsi ab iisdem, sed singulari temperamento adscitus. Improbatum eum fuisse, vel *ν* paragogicum, quo illi utuntur, ostendit. Praeterea plurimis in locis, in quibus nunc hiatus esse videtur, digamma, cuius varias potestates ac pronunciationes nondum satis explanatas habemus, interpositum fuisse constat. Sed haud pauci tamen reliqui sunt loci, in quibus admissum esse hiatum appareat. Atque si ulla ex re intelligi potest, quod aegre credunt philologi, poëtas, ut nunc quoque fit, non tam disciplinam quamdam, cuius leges migrare non liceret, quam sensum suum atque aurium approbationem sequutos esse, profecto id ex hiatu certissime colligitur. Nostrum est quidem, quum artem quamdam doctrinamque harum rerum condimus, ubique regulas et leges circumspicere: sed qui obliviscuntur, totum hoc genus in eo versari, quod placeat ipsumque se auribus commendet, non animadvertunt, dum morosas regulas excogitant, plus se scire velle, quam ipsi poëtae sciebant, risuri profecto, si viderent, quam obscura eos et inutili diligentia usos putamus, dum nihil nisi sensum suum sequebantur, aliquando etiam aliquid, quod non satis placeret, sibi indulgentes. Et quod ad epicos attinet, de hiatu satis explicatum est in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum. Ad epicos proxime accedunt lyrici, modestius usi hiatu et fere in formulis epi-

corum usu comprobatis, sed ut eum etiam in trochaicis numeris admitterent, longa in syllaba, et in arsi: thesis trochaica autem si hiatum habet, est is in fine numeri, in quo quum pausa fiat, non multum offendimur hiatu. Vid. diss. de dial. Pind. p. 5. seqq. Et in arsi quidem etiam iambographi hiatum, sed raro admittunt: neque id prorsus defugerunt tragici. Sed hac quoque in re sensui, apta ab ineptis discernenti, eos obsequutos esse videas, qui fere graves tantum et sonoras et satis longas vocales diphthongosque ad eam rem adhibuerint. Quin ne a thesi quidem trochaica ab iambographis prorsus exclusum fuisse hiatum credibile est, dum modo in vocali esset, quae elidi non potest, ut apud Archilochum p. 101.

*φίλτερ' ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἡδὺ ἦ ὄρος.*

Sed *ζωοὶ ἀνθρώπων* apud eumdem p. 116. quod Grotii inventum est, prorsus a trochaici numeri elegantia abhorret. Vide diss. de aetate Orph. Arg. p. 721. In solutionibus trochaici numeri, quod hae propius ad dactylorum naturam accedunt, etiam cum correptione hiatus invenitur, ut in dochmiacis saepissime, de quibus v. Seidler. p. 96. sqq. Rarius in versibus proprie trochaicis, ut apud Eurip. Iph. Taur. 197. de quo idem Seidlerus p. 58.

*φόνος ἐπὶ φόνῳ, ἄχεα τ' ἄχεσιν.*

Neque hoc unicum est huiusmodi exemplum. Quin haud scio an in Sophoclis Electra 818.

*ξύνοικος ἔσομαι· ἀλλὰ τῇδε πρὸς πύλῃ,*

ab emendandi conatu abstinere praestet, quum hic hiatus non modo in tribracho, sed etiam in caesura, et quidem in fine sententiae sit. In dactylicis, anapaesticisque numeris, omninoque in melicis hiatum in correpta longa vocali vel diphthongo non fugiunt tragici, quem etiam in arsi, ubi producitur vocalis ista vel diphthongus, admiserunt, de qua re vid. Erfurdt. ad Oed. R. 507.

De comicorum anapaestis dixit Porsonus in suppl. praef. ad Hec. p. 46. ss. Saepe etiam hiatus in arsi anapaestica est, ubi persona mutatur: cuius generis exempla v. apud Seidlerum p. 81. Omnino autem non curari hiatum in interiectionibus, res est notissima. Eamque rationem sequuntur alia quaevis verba, quae interiectionum loco sunt, ut apud Sophoclem in Philocteta v. 832.

ἰὼ ἰὼ μοι παιών,

et in Aiace v. 194.

ἀλλ' ἄνα, ἐξ ἑδράνων.

Et in ipsis trimetris: Sophocles in Acrisio ap. Stobaeum serm. VIII.

βοᾷ τις; ὦ ἀκούετ' ἢ μάτην ὑλῶ;

Ita scribendum videtur. Apud Stobaeum est ἢ μάτην ὑλακτῶ. Vnde Brunckius, quem sequutus est Seidlerus p. 82. ἢ ὑλακτῶ μάτην. Vulgaris sermo in voculis τί, ὅτι, περὶ hiatum legitimum habet apud comicos. Tragici an τί posuerint sequente vocali, dubitatum est. Negavit Porsonus ad Phoen. 892. quem sequuntur alii, ut Monk. ad Hippol. 975. Blomfield. ad Sept. c. Theb. 193. 701. nescio an non satis recte. Quamquam tragici περὶ non ponunt cum hiatu, qui, ut idem Porsonus observavit ad Med. 284. ne compositis quidem, in quibus περὶ a vocali exciperetur, in iambicis vel trochaicis versibus usi sint.

9. Accedit his cognata quaedam ratio, quae est in correptione diphthongi in mediis vocabulis, sequente alia vocali. Ea correptio in quibusdam vocabulis, ut in οἷος, τοιοῦτος, ποιεῖν, usitatissima est, in aliis non insolens, ut in γεραιός, δείλαιος, πατρῷος, in aliis rara vel non usurpata omnino. Exempla vide apud Hephaestionem in capite de communi syllaba, et apud Gaisfordium p. 216. Adde Seidlerum de verss. dochm. p. 32. 101. Monkium ad Eurip. Hippol. 170. Exemplis a Gais-

fordio allatis accedat φιλαθήναιος ex Aristoph. Vesp. v. 282.

10. Sequitur elisio, quae hiatui vitando inventa, tamen non ubique usurpatur. Non eliditur ι dativi tertiae declinationis in singulari, de qua re infra in synizeseos explicatione dicetur; neque, apud Atticos quidem, in plurali, de qua re dixit Porsonus in Append. ad Toupii Notas in Suidam p. 450. Non eliditur ι in περὶ, nisi apud Aeolenses: v. Bentl. epist. ad Hemsterh. p. 104. et nostram diss. de dial. Pind. p. 22. Vnde hi etiam in compositis hac elisione utuntur, περίαχε dicentes, ut Hesiodus Theog. 678. a quo id verbum Q. Smyrnaeus accepit: v. diss. de aetat. Orph. Arg. p. 820. Non eliditur ο genitivorum in οιο et αο desinentium, de quibus dictum eadem in dissertatione p. 722. Ex diphthongis sola αι brevis in primis tertiisque personis verborum et infinitivis eliditur apud comicos; v. adnot. ad Greg. Cor. p. 171. apud epicos raro in infinitivis: v. quae adnotavi ad Hom. h. Merc. 133. Epicos sequuntur lyrici. Tragici an omnino usi sint elisione diphthongi, dubitatum est. Et sane pleraque exempla corrupta sunt: v. Erfurdt. ad Aiacem v. 190. Rectius, opinor, statuemus, sequente longa vocali vel alia diphthongo, quae commodam synizesin admitteret, sive synizesin sive elisionem interdum usurpatam esse, quum etiam οἵμοι, monente Koenio ad Greg. Cor. p. 171. tantum sequente ω ultimam elidat. Quin recentior tragoedia, ut aliis in rebus magis ad vulgarem usum accessit, ita videtur etiam elisionem diphthongi αι non plane detrectasse.

11. Crasis, quae in primis ab Atticis probata fuit, in multis nunc rectius constituta est, quum τἄν, ὦνδρες atque alia scribimus, quae olim parum accurate tractabantur. Nondum tamen haec ratio omni ex parte explanata est, quod facturum esse Seidlerum speramus. Certe monstra sunt, quae hic illic, quoniam augmentum non

videbatur omitti a tragicis posse, a criticis introducta videmus, ut apud Aeschylum in Persis v. 490.

ἔνθα δὴ πλεῖστοι Ἅιδαν,

multoque magis illud in Brunckii editione Oed. Col. 1605.

κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
ἔκτυπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
ἤρίγησαν, ὡς ἤκουσαν.

Sed praeclare observavit Seidlerus, in nunciorum narrationibus, ut quae epici carminis quamdam similitudinem habeant, et fortasse etiam aliis quibusdam in sermonibus, qui ad illud genus referri possint, ut in gravibus sententiis, cuiusmodi in locis solis istae augmenti neglectiones reperiantur, minori severitate in retinendo augmento usos esse tragicos. Et videntur sane veteres ipsi has tragoediarum partes, ut peculiare quid habentes, a caeteris partibus distinxisse, si quidem ex nomine coniecturam facere licet. Vocabantur enim ῥήσεις ἀγγελικαί: vide Bekkeri Anecdota Graeca, vol. I. p. 26. Craseos primae personae verborum passivorum cum sequente vocali brevi exempla vide apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 222. Quaedam in hoc genere singularia sunt, ut καὶ cum εὖ, nisi in compositis, neque cum ἀεὶ crasin facere: de qua re v. Porson. ad Phoen. 1422.

12. Sequitur synizesis, quam etiam συνεκφώνησιν vocant. Ea creberrima est in littera ε, ut quae omnium maxime tenuem celeremque pronunciationem habeat. Correpta syllaba synizesin istam habens suavior est in secunda dactyli syllaba, ut

δενδρέῳ ἐφεζόμενοι,

durior in tertia, ideoque rarior, ut apud Hesiodum O. et D. 640. nisi hic crasis est.

Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Valde notabilis est synizesis litterarum *εο*, syllabam correptam esse sinens, ut in Corinnae versu apud Hephaest. p. 9. et Eustath. p. 12, 23. 805, 21. 1372, 8.

*ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.*

Ita nomen *θεός* positum videtur a Pindaro Pyth. I. 109. (56.) Ex caeteris vocalibus *α* privativum cum synizesi pronunciatur in *ἄιστος* apud Aeschylum Eum. 568. et in *ἀιστῶσαι* saepius apud Lycophronem. Vocalis *υ* synizesin faciebat in illo Od. *λ*. 568.

*χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν,*

ubi nunc ex Strabone editum est *νέκυσσιν*, et Iliad. *π*. 321. si vera est cod. Harl. lectio *προπάροιθε νέκυος*. et in *Ἐρινύων* apud Euripidem Iph. T. 931. 970. 1456. sed non in Phoeniss. 1327. ed. Pors. ut ostendit Seidlerus de verss. dochm. p. 41. Huc referendum etiam *γενύων* apud Pind. Pyth. IV. 401. (225.) pro quo Boeckhius, suum sequutus iudicium, *γνάθων* dedit. Idem illud *γενύων* sic pronunciari apud Aeschyl. Sept. ad Th. 124. volebat Seidlerus p. 195. *Ἰδύσμος* trisyllabum invenitur in Ammiani epigr. XX. Neque mutatum nunc velim illud Sophoclis in Oed. R. 640.

*δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν,*

in quo quam Gaisfordius ad Hephaest. p. 222. de synizesi disputans, praefert Elmsleii coniecturam, *τοῖνδ' ἀποκρίνας κακοῖν*, ea ob id ipsum; quia non potest non cuivis in mentem venire, non videtur contra omnium librorum auctoritatem admittenda esse, ubi defendi vulgata potest. Dubitari potest, an synizesis adhibenda sit apud Aeschylum in Persis v. 559.

*ὁμόπτεροι κυανώπιδες,*

praesertim quum in eadem fabula v. 81. *κυάνεον* trisyllabum sit. Hic tamen facile *κυανὸν* reponi poterit. Litteram *ι* synizesin facere negat Porsonus ad Phoen. 1651. haud dubie tragicos respiciens. Et sane, quae Bruncki-us exempla attulit ad Aeschyli Persas 35. corrupta sunt,

nec satis accurate hanc rem nuper tetigit Meinekius in Curis crit. in comicorum fragm. ab Athenaeo servata p. 22. Sed ut in nomine proprio interdum ea synizesis admissa est, ut in *Φειδίας* apud Pausaniam V. 10, 2. in *Ἀπολλωνίας* apud eumdem V. 22, 2. in *Πηλιάδα* apud Sotadem ab Hephaestione p. 8. aliisque citatum, in *διανεκῶς* apud Corinnam, ibidem commemoratam ab Hephaestione: ita minime dubium videtur, etiam aliis in nominibus et quidem apud ipsos tragicos eam contractionem non prorsus improbatam esse, ut in *καρδίας* et *καρδίαν* apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 294. et in Suppl. 75. in *ὄργια* et *Ὀλυμπίου* apud Eurip. in Bacch. 996. et Herc. fur. 1295. Fortasse huc pertinet etiam *δίαινε* apud Aeschylum Pers. 1043. *δι' ὑδρηλὰ* in Suppl. 800. et *οὐρανία* apud Sophoclem Oed. Col. 1466. et *κεραύνιον* apud Eurip. Phoen. 189. Latent adhuc quaedam huiusmodi. Sed in Aeschyli Suppl. 642. scribe *Πελασγάν*. Corinnae versus, cuius mentionem supra feci, hic est:

*ἦ διανεκῶς εὕδεις· οὐ μὰν πάρος ἦσθα, Κόριννα.*

Quo in versu, quoniam *διανεκῶς* non videbatur secundam syllabam corripere posse, Arnaldus *διακενᾶς* scribendum putabat, quam coniecturam non improbare videtur Dorvillius in Vanno crit. p. 513. probat Toupius ad Suid. III. p. 288. *Διανεκές* Hesychius, et ex Platonis Hippia maiore, ubi v. Heindorf. p. 175. ut Atticum Moeris afferunt. Corinnae versum non ausim sollicitare, quum de origine vocis non ita constet, ut certum sit, *η* non ex brevi *α* ortum esse. *Ἠνεκές* et *ἠνεκέως* nescio an a novatore Empedocle introducta putem. Si verum est, quod in Porsonianis p. 20. narratur, Porsonum *ἦ διὰ νεῖκος ὕδεις* scribendum censuisse, mirum sit, a tali viro coniecturam factam esse, quam res ipsa, ob quam allatus est ab Hephaestione hic versus, falsam esse arguat. Caeterum *ἦσθα* non mutandum. Omisit enim, ut videtur, grammaticus vocem, quo plena fieret sententia, ut, *οὐ*

μὰν πάρος ἦσθα, Κόρινν', ὑπναλέα. Recentiora et quae imperitorum sunt, ut διακοσίους in Ammiani epigr. II. et κόνιος Dionysii Hal. de compos. verborum c. 4. p. 50. ed. Schaeferi, praetereo. Λάϊος, disyllabum, littera ι pene consonantis vicem tenente, ut in λῴων, πατρῷος, aliisque, apud Pindarum invenitur Ol. II. 70. (42). Ad eamdem vim litterae ι referendi sunt dativi singularis nominum tertiae declinationis,

χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσεύς,
ἀστέρι ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον,

in quibus, ut grammatici docent, non elidebatur ι. Vide Gaisford. ad Hephaest. p. 221. Itaque multo minus ab Atticis ι illud dativi umquam elisum esse credibile est, ut videbatur Porsono in suppl. praef. ad Hec. p. 22. quem vide etiam ad Orest. 584. 1427. Secus videtur Lobeckio ad Aiac. 801. Elmsleio ad Eurip. Heracl. 693. quos sequitur Blomfieldius ad Aesch. Pers. 855. Synizesin tamen quare ex Atticis expelli velimus, nullam caussam video. Quare, nisi lectio non satis certa aliquam dubitationem iniiceret, in re ipsa nihil est, cur negemus Aeschylum in isto Persarum loco, v. 852. scripsisse,

ὑπαντιάζειν παιδὶ ἐμῷ πειράσομαι.

Ἰάσων tamquam a consonante incipiens invenitur apud Pausaniam V. 18, 1. In longis vocalibus et diphthongis synizesis, ut certis in vocibus usitatissima est, quales sunt ἢ οὐχ, μὴ οὐ, μὴ εἰδέναι, μὴ ὥραισι, ἐπεὶ οὐ, ita in aliis non prorsus repudiatur, cuiusmodi sunt Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ apud Homerum, et quaedam alia. Rectequ hoc genus nuper Pindaro restituit Boeckhius, quem vide de metris Pindari III. 18. p. 29. et ad Ol. XIII. init. p. 420. Sed ut ἄτᾳ εἰ per synizesin contrahi Pyth. XI. 84. (55) credam, tamen difficilius adducar, λαοῖσι Pyth. XII. 12. disyllabum esse: οἳ ὄψιν autem Nem. X. 27. (15) vereor ut cuiquam approbari possit.

13. Progredimur ad accentum, qui quoniam arsis est numeri ipsorum vocabulorum proprii, non uno illo modo in veterrima poësi, quae nondum plane a communi pronunciatione recesserat, ad constituendam mensuram syllabarum adhibebatur. Nam vel brevis syllaba habens accentum producebatur, vel longa, quam aut praecederet accentus, aut sequeretur, corripiebatur. Atque hoc quidem iam ab antiquis interpretibus Homeri observatum est, qui tamen interdum graviter errant in hac re, ut ad Iliad. *α*. 4.

14. Syllaba propter accentum, quo acuitur, producta aut penultima est, aut antepenultima. Vltima enim quoniam etiam propter alias caussas produci potest, hic non venit in considerationem. Igitur penultima, si ultima natura longa est, tantum in thesi numeri metrici producitur, quia sic abest offensio, ut Od. *κ*. 36.

*δῶρα παρ' Αἰόλου μεγαλήτορος Ἱπποτάδαο.*

Sic in eodem nomine v. 60. Ita *ὑποδεξίη* Iliad. *ι*. 73. *ἀκομιστίη* Od. *φ*. 284. *κακοεργίης χ*. 374. *ἀεργίης ω*. 250. *ἰστίη ξ*. 159. *ρ*. 156. *τ*. 304. *υ*. 231. *Ἰλίου* Iliad. *ο*. 66. *χ*. 6. *ἀγρίου χ*. 313. *ὁμοιΐου* saepe. In nominibus propriis hanc sibi veniam postularunt etiam recentiores epici: unde apud Dionys. Perieg. *Κασπίη* v. 706. *Κασπίης* 53. 696. 719. in epigrammate apud Pausan. IX. 40, 3. *Ἱππόιην*, eodemque fortasse referenda apud eumdem *Κλεοσθένης* VI. 10, 2. et *Θεαγένην* VI. 11, 2. Ex Homero his addenda videntur *Ἀσκληπιοῦ* et *ἀνεψιοῦ* Iliad. *β*. 731. *ο*. 554. Nam *Ἀσκλήπιος* certe etiam Demostheni proparoxytonon fuisse ex Plutarcho prodidit Eustathius p. 463, 37. 1447. extr. quem vide etiam p. 860, 9. Scriptumque ita in cod. Iliadis Vindob. CCXLI. et in scholiis Apollonii Rhodii Parisiensibus p. 297. ubi monuit ea de re Schaeferus. Itaque quum solum relictum sit *ἀνεψιοῦ*, in quo productio illa non habeat ratio-

nem idoneam, hoc quoque ab Homero *ἀνεψίου* pronunciatum fuisse coniicimus.

15. Si brevis est ultima, facile quisque sentiet, difficilius produci penultimam posse, nec nisi in ictu metrico, quo ea duplici ictu intendatur, ut Iliad. *π*. 145.

*ἵππους δ' Αὐτομέδοντα θοῶς ζευγνύμεν ἄνωγεν.*

Sed et hoc, et illud *μ*. 208.

*Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν,*

etiam duplicatione consonantis adiuvari videtur. Atque Hipponax quoque, teste Tzetza ad Lycophr. 234. et 424, hac productione usus est,

*ἣν αὐτὸν ὄφις τὠντικνήμιον δάκνῃ,*

ubi quidem Gaisfordius ad Hephaest. p. 253. *ὄὖφις* scribendum putat, qui vellem, quo iudicari de hac re posset, sensum fragmenti declarasset. Tzetza certe *ὄφις* legit.

16. Antepenultima, si penultima brevis est, in ictu metrico producitur, ut *ὄϊες* Od. *ι*. 425. *ἴμεναι* Iliad. *ν*. 365. *ἀρόμεναι* in Hesiod. O. et D. 22. quibus quidem in locis non negligenda vis est, quam vel digamma vel duplicatio consonantis habebat. Sin longa est penultima, productio fit in thesi metrica, ut *τετράκυκλοι* Od. *ι*. 242. si quidem haec sincera scriptura est, in *ὑπεροπλίῃσι* Iliad. *α*. 205. atque alibi, in *Κασπίοισιν* apud Dionys. Perieg. 738. Sed apud eumdem v. 1039. quod legitur,

*ἀλλ' ἤτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιάων,*

nullam habet excusationem. Recte codd. *Κασπιαδάων*, terminatione rariore, de qua v. Dorvill. ad Charit. p. 684. (618. ed. Lips.) Ernest. ad Callim. h. Del. 66. Heyn. ad Iliad. *τ*. 1. Heinrich. ad Hesiodi Scut. Herc. 7.

17. Correptae propter sequentem accentum exempla tantum in oxytonis trisyllabis sunt, ut *ἐπειή*, *μεμαώς*, *Ἀχιλεύς*, *Ὀδυσεύς*, et hinc in declinatis, *μεμαῶτες*,

*Ἀχιλῆος*, *Ὀδυσῆος*. Accentui enim debetur abiectio consonantis.

18. Frequentissima sunt exempla correptae propter praecedentem accentum syllabae, et quidem praecipue penultimae. Quae exempla in solis, quod sciam, coniunctivis verbi activi et passivi inveniuntur, excepta tertia persona numeri pluralis, ut *βούλεται*, *ἀγείρομεν*, *μίσγεαι*, *ἀποθείομαι*, pro *βούληται*, *ἀγείρωμεν*, *μίσγηαι*, *ἀποθείωμαι*, Iliad. *α*. 66. 142. *β*. 232. *σ*. 409. Sed horum exemplis adeo plena sunt Homeri carmina, ut enumerando finem vix inventurus sis. Raro ista correptio etiam ibi usurpatur, ubi praecedens syllaba, quae accentum habet, brevis manet, ut Iliad. *λ*. 192.

*εἰς ἵππους ἄλεται.*

Recentior poësis deseruit hanc viam. Non praetereunda hic est correptio penultimae in forma *ασι* perfectorum, quam grammatici certe agnoscunt: v. Draco Straton. p. 33. 88, 5. 108, 23. Regulae prosod. a me editae p. 444. Bastius ad Gregor. Cor. p. 166. Vera si tradiderunt grammatici, tanto magis hic usus mirus est, quum, ut diximus, in tertia pluralis coniunctivorum nusquam ista correptio inveniatur. Atque ex Homeri Hesiodique carminibus recentiores critici eam expellendam censuere, ut Odyss. *λ*. 304. ubi olim erat,

*τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν,*

nunc autem *λελόγχασ'* editum, quod si quis propter digamma non ferendum putabit, meminerit, quam pauci sint in Homero versus, de quibus certum quid pronunciari possit.

19. Raro ultima syllaba propter praegressum accentum corripitur: cuius rei non alia exstant exempla, quam *ἕως* et *τέως*, ut

*ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε,*

Iliad. α. 195. κ. 507. ρ. 106. σ. 15. Od. δ. 120. ε. 365. 424.

*ἕως ὁ τῷ πολέμιζε,*

Iliad. ο. 539.

*ἕως ὁ τὸν πεδίοιο,*

Iliad. φ. 602.

*ἕως ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων,*
*ἀλλ' ἀναχασσάμενος νῆχον πάλιν, ἕως ἐπῆλθον,*
*ἥμενοι, ἕως ἐπῆλθε νέμων,*
*βὰν δ' ἰέναι προτέρω διὰ δώματος, ἕως ἵκοντο,*
*ὅσσα σὺ τῷ ἐδίδως, ἀρώμενος, ἕως ἵκοιο,*
*ἕως ἕθ' ἥβην εἶχεν, ὕφελλε δὲ κούριον ἄνθος,*

Od. δ. 90. η. 280. ι. 233. ο. 109. τ. 367. fragm. Iliad. V. Quibus in locis omnibus non potest dubitari, quin poëta alteram formam, *εἵως*, sed ultima correpta, usurpaverit: ut proinde scribendum sit *εἷος*, si, ut in caeteris solitum est, scribendo exprimenda est pronunciatio. *Τέως* ita usurpatum est Iliad. τ. 189.

*μιμνέτω αὖθι τέως, ἐπειγόμενός περ Ἄρηος,*

ubi scribendum,

*μιμνέτω αὐτόθι τεῖος, ἐπειγόμενός περ Ἄρηος.*

20. Denique simul et producitur tertia a fine syllaba, et corripitur penultima, ut saepe in *ἴομεν*, quo verbo sic etiam recentiores epici interdum usi sunt. Horum quoque exemplorum nonnulla scribendo oblitterata sunt, ut quum *τεθνεῶτες*, *μεμαῶτες* pro *τεθνηότες*, *μεμαότες* scribitur. Omninoque multa, quae initio ob solum accentum ab epicis usurpata erant, deinde in communem usum recepta, scripturae regulam praebuere. Ita quum nomina comparativa et superlativa correptam vocalem natura sua haberent, servarunt eam, ubi id sinebat productio praecedentis syllabae, ut *μακρότερος*, *πικρότατος*; ubi autem brevis syllaba praecedens inutile reddidisset vocabulum, accentui concessa est vis pro-

ducendi, dicique placuit *κακώτερος, νεώτατος*, et quae sunt horum similia.

21. Praeter accentum etiam vocis intensio aliquam in constituenda syllabarum mensura vim habet. Est enim haec quoque numerus quidam, non ille idem cum eo numero, qui in singulis vocabulis inest, sed alius, ad totam orationem spectans, et proinde unum aliquod verbum praecipua quadam vi pronunciari postulans. Quae vocis intensio ita propria est initii, ut etiam si in medio vel fine sententiae sit, tamen, si mentem sensumque verborum spectes, semper aliquod novae sententiae initium indicare videatur: de qua re hic dicere nimis longum est. Hinc factum est, ut in initio sententiae vocis intensio cum metri prima arsi coniuncta brevem syllabam recte producere visa sit, ut Iliad. *χ*. 379. *ψ*. 2.

*ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.*

et *δ*. 155. *ε*. 359.

*φίλε κασίγνητε.*

et apud Hesiodum O. et D. 436.

*δρυὸς ἔλυμα, γύην πρίνου, βόε δ' ἐναετήρω.*

et apud Theognidem v. 1075.

*βρόχον ἀπορρήξας.*

Non inepte coniicias, huic vocis intensioni aliquid tribuendum esse in illis productionibus apud Aeschylum et Sophoclem, quas supra segm. 4. commemoravi, *Ἱππομέδοντος, Παρθενοπαῖος, Ἀλφεσίβοιαν.* Sunt enim in huiusmodi locis, (Sophocleus quidem, ut videtur, ex prologo est) in quibus nomina illa praecipuum in sententia locum tenent.

22. Denique etiam interpunctio consideranda est. Quae quoniam pausam in pronunciando fieri postulat, non mirum est, si, quemadmodum caesuram, ut supra dictum est, interdum mutat, ita etiam ad mensuram aliter constituendam aliquid confert. Itaque producitur

nonnumquam brevis syllaba, ubi interpunctio pausam fieri iubet: quod fieri maxime post compellationem, exclamationem, interrogationem, Seidlerus animadvertit, qui primus de hac re disseruit in epistola ad Lobeckium, Aiaci huius addita p. 435 seqq. et de verss. dochm. p. 79. seqq. Quamquam non omnia, quae ille attulit exempla, ad hanc observationem firmandam idonea sunt: quorum ea potissimum, quae ex dochmiacis petita sunt, ut minime contemnenda sint, at nulla tamen necessitate veritatem rei evincunt.

23. Diximus de Graecis. Romanorum duplex prosodia est, altera, ut nostra Germanorum, maximam partem ex solo accentu pendens, de qua praeter Ioach. Camerarium, I. C. Scaligerum, Gabr. Faërnum, Chr. Wasium aliosque, unus omnium optime meritus est Bentleius: etsi hic quoque reliquit, quae ab aliis perfici optaremus, ut ostendi in praefatione ad Plauti Trinummum. Altera, cum versu heroico primum ab Ennio culta, quae inde ab interitu reipulicae sola videtur in usu fuisse, Graecorum imitata est severitatem. Et haec quidem plerisque satis nota est, etsi ne in hac quidem deerit materia, si quis, quid aptum atque elegans sit, quaerere instituet.

24. Recentiore prosodia qui usi sunt, eorum antiquiores, ut Ennius et Lucilius, interdum s finale post brevem vocalem abiiciebant, ut

*vita illa dignu' locoque,*

de qua re dixit Quintilianus IX. 4, 38. Sed Ciceronis aevo id iam subrusticum visum esse, ex huius Oratore c. 48. constat. Numquam tamen *s* abiectum est ante vocalem. Syllabam littera *m* terminatam etiam elegantiores poëtae interdum non eliserunt, ut Lucretius III. 1095.

*Sed dum abest, quod avemus, id exsuperare*
*videtur.*

Horatius Serm. II. 2, 28.

*cocto num adest honor idem.*

Ad quem locum Bentleius contendit, in secunda dactyli syllaba hanc dari veniam, non in tertia. Quod de Horatio, et quicumque ab illo tempore poëtae fuerunt, iure dictum videtur; non etiam de antiquioribus. Ennius X. Annal. ap. Priscian. lib. I. p. 556.

*insignita fere tum millia militum octo.*

Lucretius II. 465.

*nam quod fluvidum est, e levibus atque rotundis.*

Ita alibi apud hunc *corporum*, *papaverum*, atque alia non semel ab librariis male mutata sunt. Omnino autem Latini non elisione, sed synizesi usi videntur, quum in vocalium concursu, tum si littera *m* syllabam finiret. Quam litteram Quintilianus, ubi de hac re praecipit, IX. 4, 39. 40. non eximi, sed obscurari, et tantum aliquam inter duos vocales notam esse, ne ipsae coëant, dicit. Magna autem in elisionibus ars est atque elegantia, cuius qui usum scientiamque non habent, dum elidendi necessitatem diligentissime observant, saepe faciunt, quod vix quisquam Romanus facere ausus esset. Quoniam enim istae omnes non tam elisiones, quam *συνεκφωνήσεις* sunt, curabant veteres, ut ea tantum coniungerentur, quae commode et cum suavitate quadam pronunciationis coirent. Hinc factum, ut longas vocales fere ibi tantum placeret elidere, ubi in syllabam vel natura vel positione longam reciperentur, non etiam, ubi brevi syllaba sequente prorsus perituae essent. Itaque in his,

*lamentis, gemituque, et femineo ululatu,*
*insulae Ionio in magno,*

tantum abest, ut neglectio elisionis licentiae cuidam debeatur, ut ne admitti quidem elisio recte potuerit. Sed in his, *Ionio in*, recte facta est elisio, quum consistat et requiescat vox in longa syllaba. Eadem elegantiae observatio cernitur in hiatu, quem brevis syllaba facit,

quod genus rarissimum est, ut apud Virgilium Aen. I. 405.

*et vera incessu patuit dea: ille uti matrem.*

Est enim hic hiatus et in quarto pede, et in pausa ex interpunctione nata. Eodem modo, quum detrectarint poëtae vocalem brevem in fine vocabuli ante *sc*, *sp*, *st* corripere, de qua re videnda sunt, quae Gaisfordius ex Terentiano Mauro et docta Zinzerlingii disputatione attulit ad Hephaest. p. 209. seqq. tamen Virgilius Aen. XI. 509. scripsit,

*spem si quam accitis Aetolum habuistis in armis,*
*ponite: spes sibi quisque.*

excusationem aliquam ab interpunctione accedere intelligens. Denique non est praetereunda synizesis in litteris *u* et *i* interdum etiam a clarissimis poëtis usurpata, ut quum *tenuis* trochaeus, *abiete* dactylus est, quae minime rara sunt, aut quum *connubio* molossum facit, ut apud Virg. Aen. I. 73. ubi errat Servius. Sic *consilium* trisyllabum est apud Horatium Carm. III. 4, 41.

*vos lene consilium et datis et dato*
*gaudetis almae.*

25. Antiquior illa poëtarum scenicorum prosodia, qua etiam epici in Saturniis versibus utebantur, communem sequuta pronunciationem, maxima ex parte accentu regebatur, neglecta positione consonantium, interdum etiam imminuto pondere longarum vocalium, pluribusque syllabis in unam contractis. Hanc qui diligentius pervestigare volent, quae res non potest a Plauti totius, Terentiique emendatione separari, eos haec potissimum curare oportebit.

26. Primo de accentu linguae Latinae quaerendum erit, de quo quum veteres nec plene neque accurate exposuerint, non modo colligenda erunt, quae apud hos dispersa reperiuntur, sed videndum etiam, quid ipsi ex

poëtarum usu eruere possimus, cuiusmodi non pauca Bentleius, qua erat sagacitate, deprehendit. Mirum est autem, esse in hoc genere quaedam, quae praeceptis veterum repugnent, ut quaerendum sit, utrum in his linguae usum sequuti sint poëtae, an aliam rationem spectaverint. Ita quum traditum sit ab antiquis, accentum non ultra tertiam a fine syllabam reiici, tamen in vocabulis tres breves syllabas ante ultimam habentibus constanti propemodum usu poëtae quartam a fine acuunt, *míseria*, *fámiliam*, *tétigeris*, *rédiero* dicentes. Quumque vocabula, quorum duae, quae ultimam antecedunt syllabae, longae sunt, accentum in penultima habere videantur, tamen, si eliditur ultima, retrahi fere a poëtis accentum videmus in tertiam a fine:

*poëta quúm primum animum ad scríbendum*
*appulit.*

Quo in versu et *scribendum*, et, quae duo vocabula pro uno sunt, *quum primum*, si ultima non elideretur, accentum deberent in penultima habere, nisi a versus loco, ut in verbo *scribendum*, excusatio accederet, de qua v. Bentl. in Schediasmate de metris Terentianis, ut,

*poëta quúm primum se ad scríbendum dedit.*

ubi *scribendum* recte, non item *quum primum* sine elisione positum esset. Sic saepe *cóncede huc*, *sécede huc*, atque alia innumerabilia.

27. Deinde considerandae sunt correptiones, quas neglecta positione consonantium frequentissimas habent poëtae scenici, *ex*, *ille*, *atque*, *Philippi*, *iuventutis*, et alia plurima, quaedam semper, alia saepe, alia interdum sic usurpantes: in quibus qui vulgi usus fuerit, nonnumqam tanto difficilius erui potest, quod neque constant sibi poëtae in omnibus correptionibus, et permultis in locis dubia est lectio. Interdum etiam finales syllabae neglecta positione, quam prima sequentis vocabuli

littera facit, corripiuntur, ut apud Terentium in Andria I. 5, 26.

*amor, misericordia hûius, nuptiârum sollicitâtio.*

28. Porro videndum est de neglecta elisione, quae res in universum hanc habet regulam, ut voces monosyllabae, si sententiae aliqua vis in iis est, in ictu metrico, non etiam extra ictum, sine elisione pronuncientur. Minime tamen ita observatur haec regula, ut nusquam ab ea discedatur. Quin negligitur saepissime, negligique potuit tanto facilius, quod, uti dictum est, omnino Romani non tam elidi syllabas, quam coalescere voluerunt. Bentleius quidem, nimis diligens neglectae elisionis observator, saepe modum in hac re excessit.

29. Diligenter notandae sunt etiam synizeses, quae quum usitatissimae sint in pronominibus quibusdam, ut quum *eius* et *cuius* una syllaba pronunciatur, tum etiam in aliis vocabulis inveniuntur, in quibus saepe fraudem ea res fecit criticis. Ita *navem, Davum* saepe dixerunt una syllaba, videndumque, ne, ut apud Lucretium *irritavit* in *irritat*, apud Virgilium *petivit* in *petit* contractum est, eadem contractio etiam apud comicos nonnumquam delituerit.

30. Praeterea haud pauca sunt vocabula, quae in communi sermone ita videntur pronunciata esse, ut vel integra syllaba periret, velut *nimini*, v. Bentl. ad Ter. Hec. III. 1, 1. et ad Eun. III. 2, 7. vel tota vox aliter sonaret, quam scriptura indicat. Sic saepe monosyllaba sunt *domi, boni, mali, malum:* quorum etsi veram pronunciationem vix quisquam hodie aperiet, tamen exemplorum comparatio fortasse ad probabilem ducere coniecturam poterit.

31. Denique in his omnibus diligenter videndum quo in genere carminis, et quo in loco versus quidque fieri soleat. De qua re iam monitum est a Bentleio, qui vir, si non perfecit hanc doctrinam, ac potius saepe inventis suis etiam cum damno Terentii usus est, tantum abest, ut id quidquam de laudibus eius detrahat, ut potius nihil in ea re sit, quod cuiquam debeat mirum videri. Nullae enim unquam ullo in genere magnae conversiones factae sunt, quin coniunctae fuerint cum ruinis etiam earum rerum, quas vel potuisse servari vel debuisse postmodo appareret. Itaque ut fulminis perniciosa nonnumquam vis utilitate superat, ita in magnis ingeniis, quid condiderint, non quid condendo everterint, spectandum est.

# LIBER II.

## *De metris simplicibus.*

## CAP. I.

### *De generibus metrorum simplicium.*

1. Metra simplicia vocamus, quae uno genere numeri continentur. Et quum numeri omnes aut in ipsa arsi consistant, aut thesin habeant arsi aequalem, aut brevioribus in thesi quam in arsi temporibus procedant, triplicem apparet metrorum simplicium divisionem esse.

2. Horum primum genus, quod ex solis arsibus constat, utut memorabile, nusquam tamen solum, sed semper vel consociatum cum aliis numeris, vel iis adiectum invenitur. Secundum genus, quod aequalia habet arseos et theseos tempora, numeros complectitur pyrrhichiacos, tribrachicos, proceleusmaticos, spondiacos, Molossicos. Tertium denique genus, quod ob varietatem mensurae, quia ex longis et brevibus temporibus constat, omnium usitatissimum est, unde in eo fere omnis doctrina metrica occupatur, hos habet numeros, trochaicos, dactylicos, paeonicos. Grammaticorum enim distinctionem quod deserendam putavimus, non videmur excusatione opus habere. Est enim illa omni fundamento destituta. Hi novem ponunt genera metrorum, iambicum, trochaicum, dactylicum, anapaesticum, choriambicum, antispasticum, Ionica duo, paeonicum; quibus recentiores parum accurate Anacreonticum addunt.

## CAP. II.

### *De arsi nuda et basi.*

1. Perexiguus, ut consentaneum est, illorum est numerorum usus, qui in una arsi consistunt. Nec tamen ille prorsus est excludendus, quando, quae apud scenicos poëtas monosyllabae interiectiones reperiuntur, ut φεῦ, si certum in strophis locum tenent, nec tamen cum ipsorum versuum numeris coniuncti sunt, non carere numero videntur, sed suum habere numerum, qui, ut res ipsa monstrat, non potest non in ipsa arsi consistere.

2. Multo magis memorabilis est alius numerus, qui ex arsibus nudis compositus videtur. Eum nos basin vocamus, quia numquam solus, sed semper in principio aliorum numerorum usurpatus conspicitur. Factus is est promiscue vel ex pyrrhichio, vel ex spondeo, vel ex trochaeo, vel ex iambo, interdum etiam ex tribracho, quin etiam ex dactylo vel ex anapaesto. Quae tanta mensurae varietas non potest non magnam dubitationem de natura huius numeri excitare. Nam si ille, ut caeteri numeri, ex arsi et thesi, vel ex anacrusi et arsi compositus esset, eam deberet mensurae rationem habere, quae, ut in primo libro ostendimus, propria talium numerorum est, non autem talem, quae iis repugnat. Itaque si trochaeus esset, mensuras reciperet has:

sin iambus, has:

Itaque pyrrhichio nullus relictus locus esset, quem ta-

men et grammaticorum testimonia et exempla poëtarum tuentur. Multo minus autem in antistrophicis uterque numerus, trochaeus et iambus, qui natura sua contrarii sunt, respondere sibi possent, quod tamen fit saepissime. Neque vero, ut opinor, volemus tragicos Graecos, vel, quod nuper Boeckhius p. 65. facere ausus est, lyricos Aeolenses, et Atheniensium comicos in imperfectis rhythmicis numerare, ac non potius de nostra dubitare peritia, si, quod ab illis factum est, qui magistri nobis sunt huius artis, explicare nesciamus. Immo vero, ut in caeteris rebus, quae ab illis institutae sunt, divinare veram rationem nobis licet, ita, nisi fallor, etiam baseos natura satis probabiliter declarari poterit.

3. Nam si reputamus, nusquam basin inveniri solam, sed semper cum aliis coniunctam numeris, et ita quidem, ut ante ipsam eorum arsin sit: iure videmur existimare, hoc quasi praeludium quoddam et tentamentum esse numeri deinceps sequuturi. Eam rem autem nullus est numerus qui aptius repraesentet, quam duae arses, quarum quaeque sola per se constet, neque aut cum altera, aut cum sequente numero cohaereat. Atque hoc modo ne in mensura quidem relinquetur, quod explicari nequeat. Prima enim baseos forma, qua lyrici Aeolenses usi sunt, haec est,



Nam una arsis, quae neque anacrusin, neque thesin habet, exempta est omni comparatione aliorum temporum, ideoque iure habet syllabam ancipitem. Itaque in basi, quae duas huiusmodi arses continet, utraque anceps sit necesse est. Sed habet haec anceps hoc peculiare, quod, quum in aliis metris arsis numerum in medio versu finiens non nisi in fine vocabuli anceps sit, haec etiam in

initio vocabuli vel in medio vocabulo locum habet. Quod uti commoditatis caussa institutum est, quia vix fieri poterat, ut ubique duae voces monosyllabae in promptu essent, ita etiam offensione caret, quia in ordine unius temporis comparatio abest aliorum temporum, qua sola fit, ut non quaevis syllaba possit anceps esse. Exempla omnium baseos formarum, quibus lyrici Aeolenses usi sunt, Sappho praebet apud Hephaestionem p. 24.

*Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,*
*γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.*
*Ἄτθί, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο*
*φροντίσδην, ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτῇ.*

4. Tragici vero et comici, et, ut videtur, qui his fere normam praeiverunt, lyrici Dorici, basin, maioris gravitatis caussa, noluerunt ita componi, ut ambae arses brevem syllabam haberent. Itaque operam dederunt, ut, dum altera ancipitem mensuram conservaret, altera non esset anceps, sed longa syllaba roboraretur. Quod illi quoniam promiscue fecerunt, nullo discrimine modo priorem, modo posteriorem producentes, basis, qua hi utuntur, in iis numeris habenda est, qui transpositione mutabiles sunt. Itaque has duas formas pro lubitu, et sic, ut etiam respondere altera alteri in antistrophicis posset, usurparunt;



Pyrrhichius enim apud hos poëtas in immensa illa multitudine versuum, qui basin habent, vix semel iterumque invenitur, ut non dubium videatur, quin emendatione expellendus sit. In Euripidis Hippolyto v. 141. scribe,

*σὺ τἄρ' ἔνθεος, ὦ κούρα,*

ubi vulgo *σὺ γὰρ* legitur. In Bacchis v. 402. scribe adiecto articulo,

ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμον-
ται θνατοῖσιν Ἔρωτες.

Quo vitio laborat etiam Sophocles in Oed. Col. 670. ubi scribendum,

τὸν ἀργῆτα Κολωνόν, ἔνθ'
ἁ λιγεῖα μινύρεται.

5. Et lyrici quidem Dorici, ac veteris tragoediae scriptores hac, quam modo indicavimus, baseos forma usi sunt. Recentior vero tragoedia, cuius initia ad Olympiadem LXXXIX. referimus, et comoedia hoc sibi indulserunt, ut eam ex his duabus arsibus, quae non anceps esset, in duas breves solvi paterentur. Inde apud hos basis has nacta est formas:





Itaque praeter trochaeum, iambum, et spondeum, etiam trisyllabos pedes ex trochaeo iambove per solutionem prodeuntes usurparunt, tribrachum, anapaestum, dactylum. Qua licentia initio modeste, mox satis profuse eos usos videmus. Caeterum haec tam multiplex baseos mensura ne in describendis metrorum formis hic illic aliquid perturbationis afferat, visum nobis est, basin, ubicumque ea invenitur, hac nota indicare, .. ..

## CAP. III.

### *De numeris parium temporum.*

1. Sequuntur numeri, in quibus arsis et thesis paria habent tempora, aut brevia, aut longa. Et ex his quidem, qui ex brevibus sunt temporibus, pyrrhichiaci non videntur in usu fuisse. Ex tribracho autem et proceleusmatico saepe videmus numeros condi. Sed hi numeri quum solutiones trochaeorum, dactylorum, anapaestorum, alio-

rumve pedum esse videantur, nec leges habeant alias, quam quae illorum sunt pedum leges, rectius illis versuum generibus adnumerabuntur. Sunt illi autem in primis in melicis quibusdam tragicorum comicorumque carminibus usitati, tum in graviore lyricorum poësi, quum quidem ea ad Aeoliam harmoniam canebatur, ut in dissertatione de dialecto Pindari p. 19. indicatum est; denique in dithyrambis, in quibus praecipue probatos esse numeros ex multarum brevium syllabarum consociatione factos, non paucis exemplis constat.

2. In his numeris ad genera sua revocandis duo tantum, quibus fidere liceat, adminicula habemus, unum, ut, quod numeri genus apte cum caeteris numeris congruat, videamus, quae res sensu indiget multa exercitatione subacto; alterum, ut ipsam pronunciationem verborum consideremus. Etsi enim Graeci accentum verborum in poësi non solent respicere, tamen ita collocare verba amant, ut in magna brevium syllabarum multitudine ultro se numerus, quem volunt, offerat. Vt quis in his Aeschyli verbis in Prometh. 905. *ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος ἄπορα πόριμος*, non statim, agnoscat numerum iambicum? aut trochaicum in his Euripidis Iph. I. 198.

*φόνος ἐπὶ φόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν?*

aut anapaesticum in hoc versu apud Hephaestionem p. 27.

*τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν.*

Haec vero Sophoclis in Oed. R. 1313. 1321.

*νέφος ἐμὸν ἀπότροπον ἐπιπλόμενον ἄφατον,*
*σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος· ἔτι γάρ,*

vix quisquam neque trochaicis neque iambicis numeris legi volet, sed, quum per vocabulorum naturam facilius anapaestici esse possint, tamen, qui reliquos in eo loco numeros considerarit, ex duobus dochmiis composita esse intelliget, in quo versuum genere usitatissimae sunt istae solutiones. Exempla vide apud Seidlerum p. 64. seqq.

3. Eorum numerorum, qui ex solis longis syllabis constant, Molossici inusitati sunt. Spondiaci autem, ut videtur, non ut peculiare quoddam genus in usu fuerunt, sed aut anapaestis mixti, aut cum aliis consociati numeris: quare horum quoque in illis tantum generibus mentionem faciemus, in quibus vestigia eorum deprehenduntur. Caeterum operae pretium duximus, haec Marii Victorini verba, p. 2545. seq. adscribere: *ambigitur super auctoritate proceleusmatici, qui constat ex duobus pyrrhichiis, id est, quattuor brevibus, an inter prototypa metra hoc quoque recipiendum habendumque sit, quia nec Molossicum, quod constat e tribus longis, propter nimiam similitudinem induci aut videri metrum potuit. Quidam tamen decimam huic speciem post novem prototypa impertiendam esse, e quibus est et Philoxenus, ex eo putaverunt, quod Laconicum longis constantem quindecim huic prope contrarium respondere posse conspicerent, qui tamen non ex omnibus Molossicis connectitur. Nam spondeos invicem miscet, ut est,*

ite o Parcae primores faustae nunc Parcas ducentes.

*Satius tamen est annecti eum copularique comico anapaestico, cuius cognationem in se coniunctis suis duabus ultimis brevibus demonstrat.* Et hanc ille cum anapaesticis cognationem deinceps etiam in proceleusmaticis esse ostendit.

---

## CAP. IV.

### *De numero trochaico.*

1. Numerus trochaicus haec quinque versuum genera comprehendit, trochaicos, qui proprie

vocantur, iambicos, Creticos, Bacchiacos antispasticos:

| | | |
|---|---|---|
| | ⏑ – ⏑ – | dipodia trochaica. |
| ⏑ | ⏑ – ⏑ – | dipodia iambica. |
| | ⏑ – ⏑ – | Creticus. |
| ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑ | antispastus. |
| ⏑ | ⏑ – – | Bacchius. |

Sed dicendum est de singulis.

2. Ac primo trochaeos iambosque non nisi unum esse idemque numeri genus, vel syllabae ancipites ostendunt, quae in utroque genere eosdem locos tenent. Nam quod grammatici recte sane praecipiunt, trochaicos versus in paribus locis, quos Latini sinistros vocant, iambicos autem in imparibus, quos illi dextros dicunt, spondeum admittere, id cur ita sit, sic demum apparet, si utrosque versus ad idem genus referas. Ita enim, quae maxima diversitas esse videbatur, maximam consensionem esse intelliges. Nam quum in mediis ordinibus nihil usquam possit ambiguum esse, sed tantum anacrusis monosyllaba, et finis ordinis ancipitem recipiat, comparatione utriusque generis facta, eosdem in utroque locos ancipitem habere clarum est, sive sic dividas,

⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒

⏒ ⏑ – ⏑ – | ⏒ ⏑ – ⏑ – | ⏒ ⏑ – ⏑ –

sive sic,

| | | |
|---|---|---|
| | ⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒ |
| ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – ⏒ | ⏑ – ⏑ – |

Quod si qui obiiciunt, et indolem utriusque numeri di

versam esse, et libertatem in iambico maiorem, quam in trochaico, concedi: est illud quidem verum, sed tantum abest, ut id labefactare possit nostram sententiam, ut eam magis confirmet. Nam in trochaico numero, in quo idem ordo in quaque dipodia integer repetitur, ob hanc ipsam ordinum omnium similitudinem maior aequabilitas est, quae augetur eo, quod neque anacrusis adest, quae intendat vim numeri, et in thesin exeunt ordines, qui lenior est finis, quam si in arsi terminarentur. Contra iambica dipodia semel tantum mollem illum pedem, trochaeum, audiendum praebet, praetereaque non modo anacrusin praemissam habet, quae facit, ut arsis deinde maiore nisu ingrediatur, sed etiam in arsin exit, abruptius in ictu consistens. Hinc non est mirum, maiorem numero trochaico in iambis libertatem concessam esse, quam in trochaicis versibus. Et, quo magis appareat, verum esse, quod dicimus, data haec libertas iis tantum iambicis versibus est, qui per iambicas ut plurimum dipodias incedunt, quod fit in comoedia; non etiam data est in tragoedia, et in iambographorum versibus, ut qui plerumque trochaicis ordinibus distinguantur,



eoque etiam trochaeorum aequabilitatem conservare debeant. Quin ipsa illa comicorum versuum licentia ex parte ita comparata est, ut quaedam, quae ex grammaticorum doctrina licita esse deberent, non sint licita, quia trochaico numero repugnant; alia autem, quae ex ista doctrina illicita sunt, usurpata reperiantur, quia consentanea sunt numero trochaico. Sed haec suo loco commemorabuntur.

3. Creticos versus grammatici ad paeonicum genus referunt: verum etsi commutari Creticus cum primo quartove paeone potest, tamen ita manifestum est, nihil aliud hunc pedem esse, quam dipodiam trochaicam

catalecticam, ut ea res non videatur demonstratione indigere.

4. Antispastus compositus, est ex iambo et trochaeo, eamque ob caussam dupliciter ad trochaicos numeros pertinet: sed quoniam ea compositio sic facta est, ut duae arses sibi proximae sint, longe vehementiorem ille et asperiorem incessum habet, quam Creticus. Nam in versibus Creticis quum duae se arses contingunt, in quaque priori finitur numerus, posteriore autem novus numerus incipit; quod contra in antispastis arses ita coniunctae sunt, ut hac ipsa coniunctione natura contineatur numeri antispastici.

5. Bacchiaci numeri, si, ut Boeckhio nuper visum est, ex iambo et dipodia trochaica compositi sunt,



iure in trochaicis numeris commemorabuntur. Sed quum hoc sit eiusmodi, ut nec demonstrari, nec refutari posse videatur, satius duximus, vel propter anacrusin hos versus ad trochaicos referre. Qui si ex spondeo cum anacrusi iambica constant, sane propter spondeum istum rectius dactylicis numeris addentur: sed quum idem spondeus cum anapaestica anacrusi Ionicum a minori producat, consentaneum visum est, discrimine ab anacrusi repetito, alterum numerum trochaicis, alterum dactylicis adnumerare.

6. Denique non sunt praetereundi trochaeus semantus et orthius, de quibus pedibus videndus est Aristides Quintilianus p. 37. seq. et 98. Horum trochaeus semantus arsin octo, thesin quattuor temporum habet, quae ratio eadem, sed inversa est in orthio, ut uterque quattuor vel trochaeos, vel iambos aequet. Hi pedes etsi musicorum proprii sunt, unde metrici, solam communem syllabarum mensuram spectantes, nullam eo-

rum mentionem fecere, tamen propterea non sunt a metrica doctrina excludendi, quod satis aperta si non utriusque, at certe trochaei semanti vestigia in carminibus poëtarum Graecorum inveniuntur, de qua re et in dissertatione de metrorum quorumdum mensura rhythmica p. 17. seqq. disputatum est, et infra libro III. dicetur.

## CAP. V.

### *De metro trochaico.*

1. Versus trochaici maximam partem per dipodias, sive ordines periodicos ex duobus trochaeis, incedunt. Itaque syllaba anceps, quam ostendimus a mediis ordinibus prorsus exclusam esse, tantummodo in fine cuiusque dipodiae locum habet. Hinc ortum est notissimum illud praeceptum grammaticorum, spondeum in versibus trochaicis eos tantum locos tenere posse, quos pares illi vocant, secundum, quartum, sextum, octavum. Praeterea tribrachum cum trochaeo commutari posse, qui pes et mensuram eamdem et similem numerum habet, apertum est. Quumque in fine dipodiae syllaba anceps trochaeum in spondeum mutet, tribrachum eo loco in anapaestum mutabit. Vnde dipodiae trochaicae haec forma est,





et in catalexi, quo loco arsis, quae extrema est, ancipitem recipit,



Neque enim, ut in libro primo ostendimus, ultima arsis solutionem admittit.

2. Hephaestio aliique grammatici comicos utraque in parte dipodiarum etiam dactylo, et quidem saepissime usos esse contendunt. Quod quum Aristophanes certe nusquam, nisi in nomine proprio, fecerit, ut permirum sit, si alii comici plus sibi licitum esse censuerint; dubitandum videtur, an hac in re non multum tribuendum sit grammaticis. Satis enim constat, saepe eos praecepta sua ex paucis, iisque non omni ex parte consideratis locis petiisse. Qua re adducimur, eos hic quoque etsi non prorsus falsa, at tamen ne omni quidem ex parte vera tradidisse. Nam qui non ad synizesin, non ad nomina propria, non ad ea vocabula, quae parem cum propriis nominibus licentiam habent, animum advertunt, ii, non mirum est, si multa licita esse putant, quae aut non sunt permissa, aut certis tantum conditionibus conceduntur. Huiusmodi exempla quaedam in singulis versuum trochaicorum generibus afferemus. Quin Latini quoque comici, multo illi plura, quam Graeci, sibi indulgentes, in dactyli usu aliquanto modestiores, quam in iambis, fuerunt: apud quos etsi non rarus hic pes est, ita tamen eum caeteris pedibus immiscent, ut facilius delitescat, quod nunc prosodiae ambiguitate consequuntur, nunc eo, quod cavent, ne, quantum fieri possit, cum dactylo etiam vocabulum finiatur. Desiderant enim trochaici versus, ut in praegresso capite ostendimus, rotundiores numeros, quam iambici. Spondeum in imparibus locis scenici Latinorum poëtae, communis pronunciationis negligentiam sequuti, non reformidant. Graeci ab his locis hunc pedem prorsus arcent.

3. In omni genere numerorum quae extrema sunt accuratius propriam numeri naturam conservare decet, quoniam in his et vox acquiescit, et auribus, non statim sequente alio numero, plus temporis ad atten-

dendum conceditur. Itaque etiam in trochaicis versibus, qui catalectici sunt, ultimum ordinem ab alieno numero purum servant, ut eo in loco ne Latini quidem poëtae alium pro trochaeo pedem, quam tribrachum, admiserint. Neque ibi pravo pedi aut a nomine proprio aut ulla alia ab re venia est.

---

## CAP. VI.

### *De trochaicis monometris, dimetris, et trimetris.*

1. Ex versibus trochaicis, qui per dipodias incedunt, primo, ut a brevioribus initium faciamus, commemorandi sunt monometer ac dimeter acatalecti, tum dimeter catalecticus. Hi plerumque omnes apud comicos Graecos systematis coniuncti inveniuntur, quorum systematum ea lex est, ut quotquot versibus constent, ii omnes una numeri perpetuitate continuentur, eamque ob caussam neque hiatum in fine versus admittant, et verba inter duos versus dispesci patiantur. Vid. Brunck. ad Aristoph. Ran. 984. et ad Eq. 443. Horum systematum extremus versus catalecticus est, caeteri acatalecti, inter quos si monometer est, is plerumque catalecticum antecedit, nisi si sensus verborum alio loco eum constitui suadeat. Aristophanes in Pace v. 339.

*καὶ βοᾶτε καὶ γελᾶτ᾽· ἤ-*
*δη γὰρ ἔξεσται τόθ᾽ ὑμῖν*
*πλεῖν, μένειν, κινεῖν, καθεύδειν*
*ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν,*
*ἑστιᾶσθαι, κοτταβίζειν,*
*συβαρίζειν,*
*ἰοῦ ἰοῦ κεκραγέναι.*

Alia exempla vel cum monometro vel sine eo vide in eadem fabula v. 571. seqq. 651. seqq. in Eq. 284. seqq.

2. Huiusmodi legitima systemata non inveniri apud tragicos, recte observatum est a Gaisfordio ad Hephaestionem p. 261. ubi ille plurima dimetrorum exempla indicavit. Quam ille ibidem attulit Anacreontis odam ex Heraclide Pontico Alleg. Hom. p. 414. eius singulae strophae ex tribus dimetris acatalectis unoque catalectico constant, sed ita compositis, ut singuli versus suo numero absolvantur, ideoque nec verba inter duo versus distrahantur, nec synaphia, i. e. hiatus et ancipitum detrectatio, observetur. Idem vir doctus p. seq. recte disposuit carmen antistrophicum in Aristoph. Av. 1470. cuius strophae ex tribus partibus factae sunt, quarum prima unum acatalectum et duo catalecticos, secunda duo acatalectos et tres catalecticos, tertia tres acatalectos et unum catalecticum complectitur, ea lege ut numerus in fine cuiusque partis finiatur. Simile, sed paullo alia lege compositum carmen est in Avibus 1553. seqq. cuius tantum antistropham v. 1694. seqq. recte disposuit Brunckius. Et huiusmodi consociatio dimetrorum catalecticorum, etiam apud tragicos, nec raro invenitur, modo continuato numero, ut apud Aeschylum in Eum. 1000. seqq. modo finito cum singulis versibus, ut apud Eurip. in Phoen. 246. seqq. Idemque genus cum spondeo, qui nobis trochaeus semantus videtur, coniunctum videre licet, nunc ut praecedat trochaeus iste, nunc ut sequatur. Sic Aeschylus in Agam. 168.

*Ζεύς, ὅς | τις ποτ' ἐστίν, εἰ τόδ' αὐ-*
*τῷ φίλον κεκλημένῳ,*
*τοῦτό νιν προσεννέπω.*

Et in Eumen. 322.

*μᾶτερ ἃ μ' ἔτικτες ὦ | μᾶτερ.*

3. Dactylus si quando in his versibus reperiatur, nisi ille in nomine proprio sit, non dubium est quin emendatione tollendus sit. Nec facile eius alia exempla

invenias, quam quae nemo non statim removere possit, ut in Eq. 301. ubi ἱρὰς pro ἱερὰς scribendum.

4. Romanorum poëtae scenici, apud quos quum dimeter catalecticus, tum si non systemata dimetrorum, at certe quae videri huiusmodi systemata possint, inveniuntur, quam rationem in trochaicorum versuum consociationibus sequuti sint, infra disputabitur.

5. Trochaicos trimetros neque tragoedia neque comoedia umquam agnovit. Haec Bentleii verba sunt ad Ciceronis Q. Tusc. III, 12. dictumque hoc est verissime. Nam quae ex Aristophane olim a me exempla trimetrorum allata erant, recte monuit Gaisfordius p. 263. alia versuum distinctione amoveri posse. Quos autem ex Sophoclis Oed. Col. 1081. 1092. versus ipse affert,

εἴθ' ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειάς,
καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδόν,

non magis, ut puto, quam quae apud Pindarum similia exempla exstant, trochaicis numeris accensenda sunt, quia spondeus in hoc genere tam severa lege cum trochaeo alternat, ut eius loco ne posse quidem trochaeus poni videatur. De quare et in dissertatione de quorumdam metrorum mensura rhythmica dictum est, et infra in libro tertio explicabitur.

## CAP. VII.

### *De trochaicis tetrametris catalecticis.*

1. Ex tetrametris nobilissimus est catalecticus, quo praeter iambographos tragici et comici usi sunt. Ac tragici quidem Graeci maxime, ubi maior animorum motus in colloquiis exprimendus esset; eademque lege etiam comici Latini, qui quidem hoc versu non parcius quam senario iambico utuntur. Habet ille caesuram in

fine secundae dipodiae, quam iambographi et tragici Graeci diligentissime observarunt. Ex tragicis duo tantum neglectae caesurae exempla novimus, unum Aeschyli in Persis 164.

*ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστος ἐστὶν ἐν φρεσίν,*

quod etsi non dubitamus pro corrupto habere, aliter tamen emendandum putamus, quam visum est R. Porsono in praef. ad Eurip. Hec. p. 43. quique hunc sequutus est, Blomfieldio. De altero exemplo, quod Sophoclis est in Philoct. 1402.

*N. εἰ δοκεῖ στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος,*

iam supra, quid sentiam, indicavi lib. I. cap. 8, 11. Porsoni enim coniectura, cuius notitiam debemus Gaisfordio in notis ad Hephaest. p. 264. vereor ut probari possit, eamque ipse, opinor, Porsonus postmodo improbavit. Comici, quorum veterrimi, ut Epicharmus, multum hoc metro delectati videntur, unde etiam Epicharmium dictum est teste Mario Victorino p. 2550. saepissime negligunt caesuram, ut Aristophanes in Nub. 607 — 609. Aristidem Quintilianum p. 54. ubi universe de metro trochaico praecipit, hanc caesuram, quae in fine quarti pedis est, commemorare voluisse, quum etiam in aliis metris usitatissimas formas earumque caesuras respiciat, nemini dubium videbitur. Verba tamen aliud continent, *χαριεστέρα δ' αὐτοῦ τομὴ εἰς τρεῖς τροχαίους, ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὰς ἄλλας:* in qua scriptura cum caeteris libris etiam cod. Lips. consentit. At non modo haec post tertium trochaeum caesura, sed ne illae quidem aliae a veteribus metricis commemoratae sunt: etsi scholiastes Hephaestionis p. 88. scribit, *ἔστι δὲ τὸ τροχαϊκὸν ὡσαύτως κατά τε τὰς τῶν ποδῶν παραυξήσεις, καὶ τὰς τομάς, καὶ ἔτι τὰς ἀποθέσεις,* qui tamen ipse supra nihil de his caesuris adnotaverat. Itaque videndum, ne Aristides scripserit, *χαριεστέρα δ' αὐτοῦ τομὴ εἰς τέτταρας τροχαίους· ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὰς ἄλλας.* Ac sane alias quoque cae-

suras, atque interdum aptissime adhibitas videmus, ut a Terentio Eun. V. 4, 24.

*quae futura exempla dicunt in eum indigna.* | *o Iuppiter.*

Aliam dubitationem iniicere possint Diomedis verba p. 504. *in triplicem autem feritur dipodiam.* Sed videtur hic integras dipodias significare, iisque deinde seorsim adiicere catalexin.

2. Solutiones longarum syllabarum ubique deprehendimus, ita tamen, ut longe frequentius prima cuiusque dipodiae arsis, quam secunda, solvatur. Eurip. Phoen. 618. ed. Pors.

*ἀνόσιος πέφυκας. ἀλλ' οὐ πατρίδος, ὡς σύ, πολέμιος.*

Insuavis est enim solutio secundae arseos, in qua requiescere potius, ac debilitari, quam assurgere et augeri vim numeri par est, ut apud Euripidem in Oreste v. 726. 776. ed. Pors.

*Μενέλεως κάκιστος ἐς ἐμὲ καὶ κασιγνήτην ἐμήν·*
*ἰτέον, ὡς ἄνανδρον, ἀκλεῶς κατθανεῖν. αἰνῶ τάδε.*

Dubitarique potest, an in priore horum versuum poëta *εἴς με* scripserit. Omnino autem observandum est, maiorem incuriam, quae inde ab Olymp. LXXXIX. tragoediam invasit, in primis etiam in solutionum frequentia et modo cerni. Veteres enim et parce utebantur solutionibus, et ita, ut eas in iis tantum vocabulis vocabulorumque consociationibus admitterent, quae natura sua plures breves syllabas continerent, ut *ἀνόσιος, πολέμιος, τὸν ἐμόν, κατὰ νόμους.* Recentiores illi autem etiam nulla necessitate cogente disyllabas voces in solutione collocarunt, ictu in primam syllabam incidente, quod ut imperite factum displicuerat antiquis. Vt in Oreste v. 730. 774.

*χρόνιος· ἀλλ' ὅμως τάχιστα κακὸς ἐφωράθη φίλοις,*
*καί τις ἄν γέ μ' οἰκτίσειε· μέγα γὰρ ἡὐγένειά σου.*

Ita in Philocteta Sophoclis aliquanto minus, quam in caeteris huius poëtae fabulis, elaborati versus sunt, multoque maiorem discrepantiam inter Euripidis fabulas, quae ante illam, quam dixi Olympiadem, et eas, quae post eam scriptae sunt, deprehendimus.

3. In tertia dipodia etsi admittunt tragici Graeci syllabam ancipitem, tamen, ut R. Porsonus in praef. ad Hec. p. 43. observavit, non ausi sunt longa uti, si ea syllaba finalis esset vocabuli ex pluribus syllabis constantis, quod comici facere non dubitant, ut Aristophanes Nub. 577.

*πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν.*

Eademque est tragicorum diligentia in fine trimetri iambici. Caussa haec est, quod vocabulo ibi in longa syllaba terminato maiorem pausam fieri necesse est, quam quae satis apta videatur, sequente ordine tam brevi, quam Creticus est. Quod si longa est ista syllaba, aut in medio vocabulo esse debet, ut pausa, quae cum fine vocabuli coniuncta est, locum non habeat, ut *μὴ στερηθῆναι βίου;* aut voce contineri monosyllaba, quam sensus cum sequentibus coniungi postulet, ut *τήνδε μὲν μὴ κτείνετε.* Nam ad praecedentia si pertinet vox monosyllaba, non minus, quam in finali syllaba, quae longa est, asper erit numerus, ut,

*ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πως εἴμ' ἀεί.*

Pluribus hac de re omni disputatum olim a nobis est ad Eurip. Hec. 341. Vnicum neglectae huius regulae exemplum, quod observasse se scribit Porsonus l. c. p. 43. seq. quod est in Eurip. Helena v. 1644.

*οἵπερ ἡ δίκη κελεύει μ' · ἀλλ' ἀφίστασθ' ἐκποδών,*

in eo scribi vult *ἀλλ' ἀφίστασ' ἐκποδών.* Eadem res est, si pro Cretico in fine versus quartus paeon ponitur, cuius pedis isto in loco exempla quaedam ibidem dedit Porsonus.

4. A dactylo tragici plane abstinuerunt, nisi in nomine proprio. Atque antiquior quidem tragoedia in iis tantum nominibus propriis hunc pedem admisit, a quibus removeri ille non posset, quale est Ἰφιγένεια; recentiores tragici autem, etiam ubi apta collocatione verborum declinari dactylus poterat, eum ferendum iudicarunt, ut Euripides in Oreste v. 1535.

σύγγονόν τ' ἐμήν, Πυλάδην τε, τὸν τάδε ξυνδρῶντά μοι.

Vide quae disserui in praefat. ad Eurip. Hec. p. 61. seqq. et Porsonum in praef. ad Hec. p. 23. Is ibi et maxime p. 45. dactylum, praeterquam in nomine proprio, etiam a comicis Graecis abiudicat, quam in rem Hermippi versu apud Athenaeum p. 486. A. utitur,

τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα,

et loco incerti comici apud Plutarchum Praec. polit. p. 811. F. in quo sexies nomen Μητίοχος dactylum praebet. Hephaestio quidem, quem credibile est ex hoc maxime metri genere dactyli, quem usitatum comicis esse dicit, exempla petiisse, non ita raro eum invenerit necesse est. Et fortasse saepius eo usus erat Epicharmus. Certe in hoc versu huius poëtae,

τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων, δαιμονίως ἀπώλεσα,

quem habet Athenaeus p. 374. E. (v. etiam Etym. M. p. 255, 3.) durum videtur bis synizesin adhibere. Ex eodem in novissima editione Athenaei lib. VII. p. 282. B. ex codice, ut videtur, editum est,

καὶ σκιφίας χρόμιός θ', ὃς ἐν τῷ ἦρι κὰτ τὸν Ἀνάνιον,

quo in versu ἦρι digamma habebat. Nec sane est, quare hanc lectionem repudiemus. Dactylum ea quidem non ita firmat, ut eum, quod Hephaestio vult, promiscue pro trochaeo positum credamus. Nam ista nomina, qualia haec piscium sunt, quum non magis aut mutari aut vitari liceat, quam nomina propria, eodem cum illis iure fruentur. Sed apud ipsum etiam Aristophanem, apud quem in Av. 758. Vesp. 458. 1267. meliores libri tollunt dacty-

lum, (duo alios versus vide apud Porsonum) tamen quod in Thesm. 706. liber Ravennas praebet,

δεινὰ δῆθ', ὁτιή γ' ἔχει μου ξαρπάσας τὸ παιδίον,

non magis mutandum puto, quam quod est in Eccles. 1156.

τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως διὰ τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ,

ubi Porsono διὰ τὸ γελᾶν scribendum videtur. Nihil enim impedit, quin his in locis ὁτιὴ et διὰ per συνεκφώνησιν pronunciata esse statuamus, de qua re supra dictum est lib. I. cap. 10.

5. Denique si hic illic in Graecorum poëtarum reliquiis spondeus in imparibus locis invenitur, iam nemo dubitat, quin ea exempla corrupta sint. Ac pleraque iam a viris doctis correcta sunt. In Archilochi fragmento p. 124. ed. Liebel. iam diu est, quum emendavi,

ἤμπλακον, καί πού τιν' ἄλλον ἦδ' ἄλη κιχήσατο,

Vulgo enim ἄτη legebatur. In alio eiusdem poëtae fragmento p. 101.

ἐνάλιον, καί σφιν θαλάσσης ἠχήεντα κύματα

quum correptio longae vocalis aegre videatur excusari posse, malim ἠχέοντα scribi, nisi forte Archilochus, ut θυήεις et θυόεις, τιμήεις et τιμιόεις dicitur, ita etiam ἠχόεντα dicere ausus est, quod ab ἦχος formari recte potuit. Sed in Romanorum poëtarum classe ea, quae Graecorum in metris diligentiam sequuta est, lapsa iam arte illa fuerunt, qui spondeum in paribus locis interdum admitterent, ut is, qui Pervigilium Veneris scripsit.

6. Prorsus diversi ab his sunt veteres Romanorum poëtae, qui quoniam Graecos in re metrica magis imitati, quam aemulati sunt, propriam quamdam illi sectam constituunt, legibus utentem similibus quidem, sed multo liberioribus. Apud hos hic versus quadratus appellatus est, quod idem est ac tetrameter, ut apud

Gellium II. 29. vel septenarius a numero pedum, qui in eo integri insunt, ut apud Cic. Q. Tusc. I, 44. Vsi eo sunt et tragici Romanorum et comici, spondeum dactylumque omnibus in locis sibi indulgentes, praeterquam in septimo pede. Ac de dactylo quidem, de quo iam cap. V. 2. diximus, etiam illud tenendum est, in primis in quarto pede caveri, ne integra vox eo pede terminetur, quod eo in loco aptius quiescit vox in spondeo, vel, si pes ille dactylus est, celerius coniungitur cum altera versus parte, si vocabulum ultra caesuram protenditur. Hanc enim ut plerumque observant, ita tamen saepissime etiam negligunt. Caeterum quod Reizio videbatur, aliquando etiam proceleusmaticum pro dactylo usurpatum esse, id non dubito quin plane abhorreat a veterum arte, rudi illa quidem, sed non ita arbitraria, ut, quod nulla ratione excusari potest, admiserit. Quare quae huiusmodi exempla reperiuntur, aut ex anapaesticis versibus petita sunt, qui saepius habiti sunt trochaici, aut a pronunciationis modo ac celeritate defensionem habent, aut denique vitii suspecta sunt, ut in Plauti Aul. V, 21.

*ST. sóleo hercle ego garríre nugas. íta loquor.*
*L. at scin quómodo.*

ubi nisi plura turbata sunt, certe *at* delendum erit. In Most. II. 1, 49.

*pótin' animo ut siés quieto, et fácias, quod*
*iubeó. PH. potest.*

scribendum videtur *potin' ut animo sis quieto*, praesertim quum *sis* in codd. sit.

7. Magis memorabile est, quod hic versus apud Plautum nonnunquam videtur asynartetus esse: quod ex hiatu in fine quarti pedis cognoscitur. Cuiusmodi exempla etsi non ita frequentia sunt, ut in iambicis tetrametris, quos asynartetos apud hunc poëtam esse certissimum est, tamen nihil obstat, quin eum, quod in illis versibus licere sibi putavit, in

his quoque fecisse credamus. Eaque Bentleii quoque sententia fuit, ut colligimus ex eius adnotatione ad Andr. Terentii I. 5, 54. Atque ut multa proferri exempla possint, quae facile in suspicionem vitii adducas, ut Amph. I. 1, 172. 194. ubi MS. Lips. *negotium*, 228. ubi idem codex bene,

*nam Amphitruonis socium certe me esse volui*
*dicere,*

I. 3, 13. II. 2, 219. IV. 2, 12. Asin. II. 2, 47. III. 1, 29. 31. ubi Reizius *apud me summust* scribendum putabat; V. 2, 1. Aul. II. 1, 54. Menaechm. IV. 3, 7. V. 2, 52. ubi MSS. *pallas*, V. 5, 47. tamen ut horum quaedam fortasse non indigent correctione, ita alia multo magis sincera videntur, ut Amphitr. I. 1, 116.

*credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse*
*ebrium.*

et v. 163.

*mirum ni hic me quasi muraenam exossare co-*
*gitat.*

Vide IV. 3, 16. V. 1, 42. Asin. I. 3, 46. II. 2, 54. 80. 99. III. 1, 14. 38. V. 2, 1. 44. 51. 84. Aul. IV. 1, 16. IV. 4, 19. V. 2. Capt. II. 2, 81. II. 3, 78. 89. IV. 2, 63. 66. 81. V. 2, 24. Curc. II. 3, 90. V. 1, 11. Cas. II. 3, 41. Menaechm. I. 4, 1. II. 3, 33. 48. 55. 68. 77. 80. IV. 2, 87. 104. IV. 3, 22. V. 2, 28. 45. 57. 94. 98. 115. 117. V. 5, 24. 30. 35. 37. 39. Quod in Capt. III. 4, 73. legitur,

*mordicus. neque pol me insanum, Hegio, esse*
*creduis*

ubi MS. Lips. *neque pol insanum me* habet, in eo exemplo aliquid etiam nomini *Hegio* tribuendum videtur, in quo nomine etsi litera *h* non obstat elisioni I. 2, 83. III. 4, 86. IV. 2, 113. tamen hiatum facit est in Argum. v. I. et in ipsa fabula II. 2, 87. ubi MS. Lips. *sed id te oro egio*, II. 3, 66. ex Nonii lectione, ubi Reizius

coniiciebat *do tibi*, *Hegio*; III. 4, 76. V. 4, 27. Nam I. 2, 47. neutram in partem probat, IV. 2, 55. autem valde corruptus est. Omnino videtur Plautus quoque plus licentiae nominibus propriis concedere.

---

## CAP. VIII.

### *De trochaico tetrametro claudo.*

1. Iambographorum proprius est tetrameter claudus, inventus, ut videtur, ab Ananio vel Hipponacte. Hic versus in ultima dipodia spondeum pro trochaeo habet, verum non ut anceps sit penultima versus syllaba, sed ut versus, mutato numero trochaico, in antispastum exeat. Itaque posterior pars versus hos ordines habet:

— ∪ — | ∪ — | — ∪

Exemplum Hephaestio attulit hoc:

*μὴ πρυτίμα δῆτ᾽· ἐμὲ χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι.*

Elegantiorem esse hunc versum, si anacrusis iambi, qui ultimum pedem antecedit, brevis est, nemo non videt. Molesta est enim in tam debili et fracto numero longa anacrusis. In ultimo pede vix crediderim tribrachum admissum esse.

2. Exempla huius metri collegit Gaisfordius ad Hephaestionem p. 264. in quibus memorabile fragmentum Ananii est, servatum ab Athenaeo VII. p. 282. B. quod sic emendandum puto:

*ἔαρι μὲν χρόμιος ἄριστος, ἀνθίας δὲ χειμῶνι·*
*τῶν καλῶν δ᾽ ὄψων ἄριστον καρὶς ἐκ συκέης φύλλου·*
*ἡδύ τ᾽ ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρεῖας,*
*δέλφακος δ᾽, ὅταν τραπέωσι καὶ πατέωσι σῦκ᾽, ἔσθειν·*
*καὶ κυνῶν αὐτὴ τόθ᾽ ὥρη, καὶ λαγῶν κἀλωπήκων·*
*ὗός αὖθ᾽, ὅταν θέρος τ᾽ ᾖ κἠχέται βαβράζωσιν.*

εἶτα δ' ἐστὶν ἐκ θαλάσσης θύννος οὐ κακὸν βρῶμα,
ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ.
βοῦς δὲ πιανθεὶς δοκέω μὲν καὶ μέσων νυκτῶν ἡδύς,
χήμέρης.

Ionicas in his formas τραπέωσι, πατέωσι, δοκέω, non dactylorum, sed, ut συκέης, contractionum exempla praebere, vix opus est ut moneamus. Formam ἀλωπήκων tuebitur scriptor Cynegeticorum I. 453.

---

## CAP. IX.

### *De trochaicis tetrametris acatalectis.*

1. Tetrametri acatalecti exemplum Hephaestio ex Anacreonte attulit,

κλῦθί μευ, γέροντος εὐέθειρα χρυσόπεπλε κούρη,

in quo neglecta est caesura, quam par est eamdem esse, ut in catalectico. In scena hic versus apud Graecos non est auditus. Certe nusquam invenitur in his, quae ad nos pervenerunt, tragicorum comicorumque reliquiis. Nam Eupolidis verba apud Athenaeum p. 185. F. non dubium videtur quin in duos dimetros disponenda sint,

ὃς καλῶς μὲν τυμπανίζει,
καὶ διαψάλλει τριγώνους,

similiterque, si forte alia quaedam huiusmodi exempla reperiantur. Aliter visum Romanorum et tragicis et comicis. Et tragicos quidem Romanos hoc metri genere usos esse, aliquot fragmenta ostendunt, ut Ennii in Thyeste:

*ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus*
*latere pendens, saxa spargens tabo, sanie, et*
*sanguine atro.*

Aliud exemplum ex Attii Telepho, sed pede mutilatum, apud Nonium exstat in v. *maestitudo*. Apud comicos autem non minus frequentem huius metri usum deprehendimus, etsi nulla apud Plautum Terentiumve scena ex-

stat, quae tota eo versu scripta sit. Quin plerumque subiicitur tetrameter catalecticus, vel, quam clausulam vocant, dimeter catalecticus, ita ut suspicari liceat, versus hos plerumque systematum instar, catalexin habentium, coniungi solitos esse. Sed de hac re tum disputabitur, quum iambicos versus pertractaverimus. Caeterum in trochaico octonario, (sic enim a Latinis vocatur) hoc nescio an proprium habeant Romani, quod solutionem in trochaeo finali sibi indulgent, versumque tribracho vel anapaesto finiri patiuntur: quod illi etiam in iambicis catalecticis faciunt: dactylus vero in ultima sede nullo modo admitti potest. Exemplo utar uno, sed eo duas etiam propter alias res memorabili. Est illud Plauti in Aul. III. 1, 1.

*óptati cívés, populares, íncolae, accolae, ádvenae omnes,*
*dáte viam, qua fúgere liceat, fácite totae plátеae pateant,*
*néque ego umquam, nisi hódie ad Bacchas véni in Bacchanál coquitatum:*
*íta me miserum et meós discipulos fústibus male cóntuderunt.*
*tótus doleo atque óppido perii; íta me iste habuit sénex gymnasium.*

*Coquitatum* scripsi, ut Festus legisse videtur. Vulgatum *coquinatum*, in quo secunda syllaba producitur, sic tantum ferri posset, si ultima in sequentem versum elideretur. Quae autem dixi in hoc loco memorabilia esse, haec sunt, primo, quod nullus subiicitur catalecticus: nam qui sequuntur versus, iambici octonarii sunt; deinde, quod in quinto versu non est facta elisio in caesura; ex quo intelligitur, hos quoque versus eodem modo, ut septenarios, asynartetos apud Plautum esse. Sic etiam alibi ut Bacch. IV. 3, 1.

*pétulans, protervo, iracundo ánimo indomito, incógitato,*
*sine modo et modéstia sum, sine boño iure átque honore,*
*incredibilis, imposque animi, inamabilis, illépidus vivo.*

Caeterum quoniam hoc metri genus, ut Bentleius in dissertatione de metris Terentianis et ad Eun. IV. 6, 5. observavit, fere ad magnum animi motum significandum adhibetur, eamque ob caussam tribrachos, anapaestos, dactylos amat, dubium interdum est, utrum quis trochaicus octonarius, an anapaesticus versus sit. Pertinet autem haec quaestio maxime ad Plautum, quando Terentium ab anapaestis abstinuisse constat. Ita in Trinummo IV. 1, 1.

*salsipotenti et multipotenti Iovis frátri et Nerei Neptuno,*

prorsus incertum est, si hic versus per se solus consideratur, utrum anapaesticus sit an trochaicus. Sed ubi plures huiusmodi versus coniuncti sunt, trochaici eo se produnt, quod saepius vocabula habent anapaestis non congruentia. Etsi hac quoque in re cautio adhibenda est, quum satis asperos anapaestos condidisse Plautus videatur, nonnullasque correptiones et contractiones sibi indulsisse, quas quis ad primum adspectum vix ferendas existimet.

---

## CAP. X.

### *De versu trochaico pentametro.*

1. Versibus trochaicis per dipodias incedentibus addit Hephaestio pentametrum catalecticum, de quo ita scribit;

καὶ τῷ πενταμέτρῳ δέ, καίπερ ὄντι ὑπερμέτρῳ, πολλοὺς κεχρῆσθαι συμβέβηκεν· οἷόν ἐστι τὸ Καλλιμάχου,

ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου
ἀμφορεύς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης ἄγων.

Quorum versuum secundum ex Anthologia inedita addidit Bentleius ad fragm. Callim. CXV. Ὑπέρμετρον, ut recte monuit Hotchkisius, vocat Hephaestio, quia triginta tempora excedit, quae grammaticis maxima esse debere versus magnitudo videbatur.

2. Hoc metri genus a solis putamus lyricis poëtis usurpatum esse. Quo minus assentiendum erit Bentleio, Terentio hunc versum restituenti in Phorm. I. 4, 17.

*Sánun'es. G. domum íre pergam: ibi plúrimumst.*
*PH. revocémus hominem. A. sta ílico. G.*
*hem.*

Hic Bentleius *ah*, quod ante verba *sanun'es* in quibusdam libris, in quibus etiam codex Lipsiensis est, invenitur, praecedenti versui adiecit. Sed ed. Coloniensis praebet *ah ne sanus es.* Inde monometro iambico a caeteris versibus distincto, qui, ut statim ante dimeter, aptissime clausulam facit, ita refingendum hunc locum puto:

*PH. te nóminat.*
*A. nescío quod magnum hoc núncio exspectó*
*malum. PH. anne sánus es?*
*G. domum íre pergam: ibi plúrimumst. PH.*
*revocémus hominem. A. sta ílico. G. hem.*

Similique modo etiam alter locus, qui est in eadem fabula III. 2, 1. recisa clausula corrigendus videtur:

*Dório:*
*audi óbsecro. D. non aúdio. P. parúmper. D.*
*quin omítte me.*

## CAP. XI.

### *De versu ithyphallico.*

1. Versus ithyphallicus, qui ex tribus trochaeis constat, ex grammaticorum sententia dimeter brachycatalectus est. Quae appellatio fecit, ut non raro critici, dipodiis eum versum metientes, in errorem inciderint, pro secundo trochaeo etiam spondeum, ut in fine dipodiae, admittendum rati, quo plane corrumpitur numerus. Etenim ex uno ille ordine triplici constat, ideoque non nisi in tertio pede syllabam ancipitem recipit, secundum non minus, quam primum, purum servans: quibus in locis etiam tribrachus usurpatur, quem ab ultimo pede Graeci, ut videtur, abesse voluerunt, quod in fine quietiorem esse numerum par est.

2. Est hic versus maxime iambographis et lyricis usitatus, et plerumque ita, ut vel pro epodo alii versui subiiciatur, ut in hoc Simonidis apud Etym. M. p. 413, 23.

*οἷον τόδ' ἡμῖν ἕρπετὸν παρέπτατο*
*ζωΐδιον κάκιστον,*

vel particulam constituat extremam aliorum versuum, ut in hoc exemplo apud Hephaestionem,

*οὐδ' Ἀμειψίαν ὁρᾶτε πτῶχον ὄντ' ἐφ' ἡμῖν,*

quem versum ille, quoniam etiam prior pars trochaica est, trochaicum tetrametrum brachycatalecticum vocat. Sed nescio an ille asynartetus sit, quo in genere multus fuit ithyphallici usus, ut apud Archilochum,

*οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ*
*ἤδη,*

quod imitatus est Horatius:

*solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.*

Exempla congessit multa Gaisfordius p. 265. seqq.

3. Eodem metri genere etiam tragici et comici usi sunt, sed in partibus melicis vel systematicis. Aristophanes apud Athen. III. p. 91. C.

*δάπτοντα, μυστίλλοντα, διαλείχοντά μου*
*τὸν κάτω σπατάγγην.*

Aeschylus in Sept. ad Theb. 300.

*πάντροφος πελειάς.*

Sed haec minime rara sunt.

4. Romanorum scenici poëtae, quantum iudicare nobis licet, non sunt eo versu usi. Bentleius quidem sui oblitus est, quum in Adelphis IV. 4, 9. clausulam faceret hanc,

*ánus mi indicium fécit.*

Nam et in dissertatione de metris Terentianis, ubi de clausulis disputat, unam tantum inveniri in Terentii fabulis clausulam dicit, quae in spondeum exiret, caeteris Cretico terminatis,

*adgrédiar. Bacchis, sálve,*

et omnino ineptum videtur, quum versus, quibus clausulae immiscentur, omnes aut catalectici aut acatalecti sint, clausulam usurpatam esse vel brachycatalectam vel hypercatalectam, quae numeri formae ita alienae sunt, ut omnem concinnitatem perturbent. Terentii locum omnino liberius refinxit Bentleius addito verbo *nescio*. Videtur ille ita restituendus esse:

*Vah quómodo hac me expédiam turba? tánta nunc*
*suspício de me incidit.*
*néque ea immerito. Sóstrata*
*crédit mihi me psáltriam hanc emísse: id anus mi indicium fecit.*

## CAP. XII.

### *De metro iambico.*

1. Iambicum numerum a trochaico non nisi anacruseos accessione differre, supra demonstratum est. Atque ex hac tantum caussa explicari potest, qui fiat, ut trochaici versus spondeum in paribus, iambici autem, qui pariter in dipodias dividuntur, in imparibus locis recipiant. Quum enim a medio ordine periodico syllaba anceps exclusa sit, ideoque in trochaicis versibus non nisi in fine dipodiae, in iambicis autem in anacrusi locum inveniat: apparet, eam in utroque numero eadem in sede manere, sed prouti numerum vel in pedes trochaeos, vel in iambos describas, spondeum vel in pares, vel in impares locos incidere:





Eam rem quum expedire ex sua doctrina grammatici non possent, etsi ἐπιπλοκὴ, quam vocant, viam monstrabat, ad inutilia commenta confugerunt. Vide quae ex Iuba Asmonius apud Priscianum de metris comicis p. 1321. retulit.

2. Dipodia iambica quum nihil sit aliud, quam duplex ordo trochaicus, sed catalecticus ille, et anacrusin habens, non est obscurum, mensuram eius in medio versu, ubi propter continuationem numeri secunda arsis non est anceps, hanc esse debere:



In fine versus autem, ubi anceps locum habet, hanc:



3. Et hanc quidem legem strenue observarunt iambographi et tragici, anapaestum pro iambo non nisi in nomine proprio, tum in primo pede, ubi numero nondum incepto comparatio syllabarum inter ipsas nulla est, sibi indulgentes. Quod si quando apud iambographos etiam in medio versu anapaestus reperitur, vereor, ne ille tantum in recentioribus minusque cultis poëtis ferendus sit.

4. Comici autem, quo aptius communis sermonis libertas exprimeretur, anapaesto in omnibus locis, excepto ultimo, in quo, ut in omni versuum genere, purus servandus est numerus, utendum putarunt. Quem anapaestum non spondeo parem haberi, quoniam etiam in iis locis invenitur, in quibus non est spondeo locus, sed potius ex duabus brevibus irrationalibus et una longa compositum esse, supra lib. I. cap. 5, 2. ostendimus.

5. Hic vero anapaestus ipse quoque indicio est, ad trochaicum numerum pertinere versus iambicos. Nam quum recepto anapaesto dipodiae iambicae, si grammaticorum rationem sequimur, haec mensura constituenda sit,



recte coniungi possent dactylus atque anapaestus,



Eodemque modo quum tribrachus pro iambo positus in media syllaba ictum habere debeat, recte hic quoque pes anapaestum praecederet:



Atqui utrumque falsum esse intelligitur, si trochaicum

numerum adhibeas, quia sic, quod fieri non potest, pro trochaeo proceleusmaticus poneretur:

⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | —

Iam vero, ut primus observavit Dawesius in Miscellaneis criticis p. 250. neque dactylo neque tribracho subiicitur anapaestus: ex quo apparet, ipsa poëtarum auctoritate comprobari nostram sententiam, numerum iambicum natura sua trochaicum esse, in qua sententia fuit etiam Bentleius, iniuria reprehensus ob eam rem ab Reizio in dissertatione, qua Burmannum de Bentleii doctrina metrica iudicare non potuisse ostendit. Quod si nihilominus nonnumquam tribrachum anapaestus excipit, id qua lege et conditione fiat, infra in trimetris videbimus. Bentleius quidem non leviter erravit, quum in Terentii Adelph. IV. 1, 11. proceleusmaticum admitteret hoc in versu,

*rogábit me, ubi fuerim, quem ego hodie tóto*
*non vidi die.*

Ibi vel ictus, in *fuerim* non ita, uti debebat, collocatus, de vitio eum admonere debebat. Scribe, deleto *hodie*,

*rogábat me, ubi fúerim, quem ego tóto non*
*vidi die.*

*Me* et *quem* non eliduntur.

6. Contra ex grammaticorum sententia pro iambo non potest proceleusmaticus poni. At eum pedem in Latinorum certe versibus saepissime usurpatum videmus. Idque ipsum novo argumento est, trochaicum esse numerum iamborum. Nam versu in trochaeos diviso nihil vitii esse in horum pedum coniunctione apparet, modo tribrachus iste ictum in ultima habeat:

⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ | —

7. Ex his colligitur, dipodiae iambicae mensuram, qua comici Graeci utuntur, hanc esse:



ubi tenendum est, dactylum, qui trochaei loco ponitur, breves habere irrationales, eoque non esse spondeo parem. Romanorum autem poëtae veteres, qui propter incertam communis sermonis prosodiam etiam spondeum pro trochaeo, quique par est spondeo, anapaestum sibi indulserunt, excepto ultimo pede, hac usi sunt mensura:



Vltimae vero dipodiae, cuius numerum, uti dictum est, purum conservari par est, apud Graecos pariter atque apud Latinos haec lex est:



## CAP. XIII.

### *De iambicis dimetris.*

1. Frequens apud Graecos iambici dimetri usus fuit. Et acatalectos quidem iam ab lyricis, ut ab Anacreonte et Alcmane, in systemata coniunctos videri, ut in fine versuum ancipitem excluderent, adnotavit Gaisfordius p. 243. exempla afferens potissimum ea, quae exstant apud Athenaeum X. p. 447. A. 416. D. Hi ab anapaesti usu plane abstinuerunt. Exemplum Hephaestio ex Anacreonte, quem continuatis his versibus usum dicit, hoc posuit:

*ἐρῶ τε δῆτα κοὐκ ἐρῶ,*
*καὶ μαίνομαι κοὐ μαίνομαι.*

2. Comicos huiusmodi systematis saepissime usos esse, satis constat, exemplaque apud Aristophanem multa indicavit Gaisfordius p. 244. seq. Hi vero anapaesto omnibus locis veniam poposcerunt. Quumque totum systema uno numero decurrat, neque ancipitem esse ultimam versuum syllabam patiuntur, et eam syllabam in duas breves solvunt, partemque vocabuli in sequentem versum deponere non dubitant. Clauduntur systemata ista versu catalectico, saepeque in medio systemate etiam monometro acatalecto locus est. Catalecticus versus semper in Bacchium exit, ultimo iambo puro, quoniam in fine versus, tam debilique in ordine non satis apta foret bisyllaba anacrusis. Aristophanes in Eq. 453.

*παῖ αὐτὸν ἀνδρικώτατα καὶ*
*γάστριζε τοῖσιν ἐντέροις*
*καὶ τοῖς κόλοις·*
*χὤπως κολᾷ τὸν ἄνδρα.*

Solutae ultimae exemplum est in Acharn. 1040.

*κατάχει σὺ τῆς χορδῆς τὸ μέλι,*
*τὰς ὀπίας στάθευε.*

Vocabuli inter duos versus distributi exempla habes in Eq. 912. 915. et saepe.

3. Plerumque comici his systematis paria antisystemata opponunt, ut in Acharnensibus factum est v. 929. seqq. quorum partem quum recte descripserit Gaisfordius p. 245, videntur etiam priora a v. 929. usque ad 934. eodem modo constituenda esse. Est enim totius carminis haec descriptio:

α. α. β. α. | α. α. β. α.

in qua per litteram α systemata iambica, per β binos catalecticos, qui utrobique inserti sunt, indicavi. Idem Gaisfordius quum p. 244. locum ex alio eiusdem fabulae systemate v. 1038. Dawesio obsequutus, mendosum putat, quia ictus in ultimam vocis hyperdisyllabae syllabam cadit,

σπονδαῖσιν ἡδὺ· κοὐκ ἔοι-
κεν οὐδενὶ μεταδώσειν,

vereor ne iusto plus illi regulae tribuerit. Nam nulla est in talibus regulis necessitas, sed quemadmodum veteres in huiusmodi rebus unice id, quod auribus probaretur, spectabant, ita nos quoque nec repudiare, si quando illi negligentiores fuerunt, et videre convenit, an interdum regula sine offensione contemni potuerit. Atqui in tali vocabulo, quale οὐδενὶ est, quod natura sua accentum in ultima habet, ultro pronunciatio illa, quam metrum hic requirit, sese offert.

4. Plerumque comici a trimetris aliisve longioribus versibus ad haec breviorum systemata progrediuntur. Exempla quaedam commemoravit Gaisfordius. Interdum haec systemata propius ad stropharum naturam accedunt, quum ex pluribus diversis versuum formis componuntur. Memorabile systema est in Avibus a v. 418. quod dochmiacis et trimetro interruptum, deinde, ut mos est, ca-

talectico finitur. Sed omnino in his rebus magna varietas est.

5. Etiam apud tragicos dimetri acatalecti perpetuo numero coniuncti inveniuntur, sed tragicorum systematum hoc proprium est, quod non versu catalectico, sed alio metro, quam quo systema factum est, clauduntur, ita tamen ut eadem perpetuitatis lege hic ultimus versus, quam si eiusdem generis esset, cum prioribus coniungatur, ac proinde in fine praecedentis versus neque hiatus veniam habeat, et syllaba anceps, quae quidem turbare tenorem numeri possit, vitetur. Eodem illi modo etiam trochaica systemata composuere. Vtriusque generis exemplum est in Euripidis Oreste v. 988. ed. Pors.

ὅθεν δόμοισι τοῖς ἐμοῖ.
σιν ἦλθ' ἀρὰ πολύστονος,
λόχευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου
τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὁπάτ'
ἐγένετο τέρας ὀλοὸν ὀλοὸν
Ἀτρέως ἱπποβότα.
ὅθεν ἔρις τό τε πτερωτὸν
ἅλιον μετέβαλεν ἅρμα
τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον
οὐρανοῦ προσαρμόσασα
μονόπωλον ἐς ἀῶ.

6. Latinorum poëtae scenici etsi haud raro et acatalecto et catalectico dimetro clausulae faciendae caussa usi sunt, tamen, nisi fallor, noluerunt continuos dimetros usurpare. Apud Terentium quidem vix alibi, quam in Andr. III. 5. Adelph. II, 3. locos reperias, qui dimetris scripti videri possint. At ut hos tetrametros esse credam, eo adducor, quod coniuncti sunt cum tetrametris. Vt in Adelphis:

*abs quívis homine quum ést opus, beneficium*
*accipere gaúdeas:*
*verum énimvero id demúm iuvat, si, quem aé-*
*quum est facere, is bénefacit.*
*o fráter, frater, quíd ego te nunc laúdem?*
*satis certó scio.*

Quos versus quum facile quis pro dimetris habere possit, tamen, qui sequentia considerarit, non dubitabit tetrametros esse. Ita enim pergit:

*numquam ita magnifice quídquam dicam, id*
*virtus quin superét tua.*

Et huius versus etiam illi, qui deinde sequuntur, similes sunt. Multo magis apud Plautum induci quis possit, ut eum dimetris usum putet, quum ille non solum in quarto quoque pede et iambum ponere, et vocem finire soleat, sed saepe etiam brevem syllabam in eius pedis fine ponat, hiatumque admittat. Nihilominus hic quoque dubito an numquam dimetros posuerit continuos. Nam quum plerumque oratio ita composita sit, ut sententia octonis pedibus finiatur, quumque fere ubique etiam huiusmodi versus admisceantur, quos aperte octonarios esse fatendum sit; denique quum octonarios ille, aeque ut alios versus tetrametros, asynartetos esse voluerit: quid aliud, quam octonarios potius, quam dimetros, esse versus istos censebimus? Ita statim in Amphitruone I. 1.

*qui me álter est audácior homo, aút qui confi-*
*déntior,*
*iuventútis mores quí sciam, qui hoc nóctis so-*
*lus ámbulem?*
*quid fáciam nunc, si trésviri me in cárcerem*
*compégerint?*
*inde crás e promptuária cellá depromar ád*
*flagrum:*
*nec caússam liceat dícere mihi, néque in hero*
*quidquam aúxili*

*siét, nec quisquam sit, quin me omnes ésse dignum députent.*

Quamquam in postremis duobus versibus vereor ut haec genuina lectio sit. Certe MSS. omnes pro *quin* praebent *qui non.*

---

## CAP. XIV.

### *De iambicis trimetris acatalectis.*

1. Accedimus ad versum, qui secundum hexametrum heroicum omnium nobilissimus est, trimetrum acatalectum, quem Latini senarium vocant. Eius quattuor formas commemorant grammatici, ut scholiastes Hephaestionis p. 87. tragicum vocantes, et comicum, et satyricum, et proprie iambicum. Hunc, quem postremo loco nominavi, maxime ex pedibus disyllabis, ipsoque in primis iambo componi tradunt, ut

*πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε.*

Tragicum alternos amare spondeos, et rarius aliquem ex trisyllabis pedibus adsciscere dicunt, ut

*ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα,*
*Διόνυσος, ὃν τίκτει πόθ' ἡ Κάδμου κόρη.*

Comicum trisyllabos pedes frequentare aiunt, ut,

*καὶ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὁμόσαι καθ' ἱερῶν.*

Satyricum denique medium esse inter tragicum et comicum observant, ut

*ἠδ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρομον.*

Sed haec etsi non sunt falsa, parum tamen sufficiunt rei exhauriendae. Itaque de singulis generibus explicatius dicendum erit.

2. Merito initium faciemus ab iambographis, quorum Archilochus primus hoc metrum nobilitavit. Hi

caesuram maxime usurparunt eam, quae est in medio tertio pede:

Iure tamen non ita servarunt hanc caesuram, ut eam numquam negligerent. Nam et brevior est hic versus, quam qui necessario caesuram habere debeat, et varianda ordinum longitudine etiam venustatis aliquid accipit. Ad mensuram autem quod attinet, a trisyllabis pedibus non ita abstinuerunt, ut eos omnino excluderent, sed non receperunt alios, quam qui solvenda longa exsistunt, ut Archilochus apud Athenaeum XII. 523. D. E.

*οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος, οὐδ' ἐφίμερος,*
*οὐδ' ἐρατός, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς.*

Anapaestum autem pro iambo prorsus detrectarunt, qui si quibusdam in locis invenitur, non videtur de vitio dubitandum esse, ut in Archilochi versu apud Harpocrationem v. *παλίνσκιον*,

*πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ*,

ubi recte *ἐκλίνθησαν* corrigit Toupius ad Suid. T. IV. p. 406. vide Gaisfordium ad Hephaest. p. 243. Nec tamen dubitem, quin in primo pede, ubi numero trochaico nondum incepto minus exacta est comparatio temporum, pariter ac tragici, anapaestum interdum admiserint. Spondeum quidem in imparibus locis minime reformidant, sed multo tamen parcius eo pede, quam tragici, usi sunt. Quin aliquando de industria integris in carminibus puros iambos posuisse videntur, quod imitatus est Catullus in phaseli descriptione carm. IV.

3. Recentiores plus sibi licentiae sumpsisse credibile est, tragicorum comicorumque exemplo adductos, etsi id non de omnibus affirmaverim. Saltem in carmine illo in Demetrium, quod Athenaeus VI. p. 253. servavit, et

tribrachum frequentiorem esse videmus, et semel etiam anapaestus receptus est, v. 17.

*ἢ οὐκ εἰσίν, ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν.*

Quo quidem versu non utar ad tuendam aliam elegantiae neglectionem, quae est in longa syllaba finali priorem partem quinti pedis tenente: de qua re infra segm. 9. dicetur.

4. Singularis est lusus Castorionis Solensis, commemoratus a Porsono in supplem. praef. ad Hec. p. 27. ex Athenaeo X. p. 454. F. Is hymnum in Panem fecerat, quum aliis in rebus exilem diligentiam expromens, tum versibus in singulas dipodias descriptis, quae caesurarum ratio propter perpetuam eiusdem ordinis repetitionem valde insuavis est:

*σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον*
*ναίονθ' ἕδος, θηρόνομε Πάν, χθόν' Ἀρκάδων,*
*κλήσω γραφῇ τῇδ' ἐν σοφῇ, πάγκλειτ' ἔπη*
*συνθείς, ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν,*
*Μουσοπόλε θήρ, κηρόχυτον ὃς μέλιγμ' ἱεῖς.*

5. Progredimur ad tragicum trimetrum, qui dici vix potest quantum viros doctos exercuerit. Eius legitima caesura eadem est, quam ab antiquis iambographis probatam diximus, quae *πενθημιμερὴς* a grammaticis vocatur:

*Κάδμου πολῖται, | χρὴ λέγειν τὰ καίρια.*

Quae caesura etsi aptissime versum in duas neque dissimiles, neque nimium similes partes dividit, tamen si semper et necessario usurparetur, ipsa quoque, versibus omnibus eosdem semper numeros exhibentibus, satietatem et taedium afferret. Itaque poëtae etsi eam ut legitimam caeteris praetulerunt, tamen saepe etiam varietatis caussa alias adhibuerunt incisiones: quo id sunt consequuti, ut, quamvis multos versus coniungerent, tamen illa eiusdem numeri perpetua repetitio, quae aliter

molestissima futura esset, mutatis subinde ordinibus mira varietate temperaretur. Sed critici, parum memores, poëtas in hoc genere non alia re, quam sensu suo duci, ad regulas quasdam revocare hanc caesurarum varietatem conati sunt, opera maiore, quam fructu. Quorum nos etsi non contemnimus industriam, tamen quamvis infinita multitudine exemplorum nihil effici putamus, nisi idoneae rationes, eaeque ex ipsa numeri natura petitae afferantur.

6. Ita enim existimamus, hunc versum natura sua plures admittere caesuras, quarum eas, ex quibus ordines vel nimis aequales, vel inepte inaequales prodituri essent, raro, nec nisi aut certa de caussa, aut etiam negligentia quadam usurpatas esse; interdum autem, quod ipsum incuriae tribuendum videtur, omnem neglectam esse caesuram, quod in tam brevi versu, si raro fiat, non habet magnam offensionem. Ex his aestimari poterit, quid sentiam de iis, quae Porsonus in supplemento praefationis ad Hecubam p. 24. seqq. disputavit. Sed ea ne silentio praeteream, auctoritas viri facit, quae apud populares eius tanta est, ut ab eius placitis discedere pene religioni sibi ducant. Is caesurae eius, quae *πενθημιμερὴς* vocatur, quattuor facit genera, prouti ea vel in brevi vel in longa syllaba, idque vel sine elisione, vel cum elisione fiat:

*κίνδυνος ἔσχε | δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ.*
*πατὴρ, ἵν', εἵποτ' | Ἰλίου τείχη πέσοι.*
*λιπών, ἵν' Ἅιδης | χωρὶς ὤκισται θεῶν.*
*καὶ τεύξεται τοῦδ' | οὐδ' ἀδώρητος φίλων.*

At hae distinctiones, mea sententia, plane inutiles sunt, siquidem, brevis an longa ista syllaba sit, nihil interest, elisio autem, ut supra adnotavi, caesuram nihil impedit. Huic caesurae addit aliam, *ἑφθημιμερὴ* a grammaticis vocatam, quae est in medio quarto pede. Eius octo

ponit diversas formas, prouti vel in longiore vocabulo vel in voce monosyllaba fiat, eaque vel enclitica, vel non enclitica; hanc autem non encliticam vel talem esse, quae sententiam inchoare nequeat, vel talem, quae possit inchoare sententiam; hanc postremam porro vel ad praecedentia pertinere, vel ad sequentia; denique in his omnibus vel abesse elisionem, vel adesse:

*ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας.*
*πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', | ὥστε μὴ θανεῖν.*
*κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν | εἰς Τροίαν τ' ἄγει.*
*τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν | ἀξιούμενον.*
*ἔπεὶ πατὴρ οὗτος σός, | ὃν θρηνεῖς ἀεί.*
*ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' | ἐστὶν οὔτε σοί.*
*ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ | τιμήσεις νεκρόν;*
*ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ' | ἡγήσει σὺ νῷν.*

In his quoque primum, elisio facta sit, an non sit facta, nihil ad rem. Quod ad caetera attinet, non est obscurum, permixta esse, quae diversissima sunt. Nam primo si caesura illa *ἑφθημιμερὴς* per se spectatur, fatendum est, posteriorem versus partem numero esse valde inepto, minimeque cum prioribus congruente: quod facile sentiet, qui utramque partem in pronunciando satis longa pausa disiungat:

*ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας.*

Nam posterior pars,

— ◡ — ◡ —

ita dissimilis est priori, ita levis, ita pene ludicra, ut omnem numerorum gravitatem frangat atque debilitet. Itaque quis non, ubi licitum est, satius putabit, versum hoc potius modo dividere,

*ἥκω νεκρῶν | κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας,*

in qua divisione servatur gravitas numeri et magnificentia? At, inquit, non ubique potest ita. Fateor. Tum

vero aut nullam omnino adhibebimus incisionem, ut in hoc,

*τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον,*

aut, si sensus caesuram ἑφθημιμερῆ commendat, admittemus quidem eam, sed sequentem versus partem, quo debilitas ista numeri, quam indicavimus, evitetur, ita dividemus,

— ◡ | — ◡ —

*κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν, | εἰς Τροι | άν τ᾽ ἄγει·*
*ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σός, | ὃν θρη | νεῖς ἀεί.*

Idque fecisse Graecos, infra demonstrabimus. Denique quae postrema duo exempla posuit, in quibus ipse minus iucundam esse caesuram fatetur, quis est, qui ita, ut ipse iubet, reluctante verborum sensu, quam sic, ut postulat sensus, dividere malit,

*ἀλλ᾽ ὃν πόλις στυγεῖ, | σὺ τιμήσεις νεκρόν;*
*ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, | τόθ᾽ ἡγήσει σὺ νῷν.*

Aut quis credas, histrionem aliter, quam ut sententiae consentaneum erat, pronunciasse, quum si numerus, non sententia in pronunciando observari debeat, nihil impediat, quin etiam in mediis vocabulis incidatur? Itaque hoc genus incisionis prorsus idem est cum eo, quod quasi caesurae nomine insigniri voluit, quia in tertii pedis fine cum elisione vel in ipsa voce, vel in additis γ᾽, δ᾽, μ᾽, σ᾽, τ᾽, incisio fiat:

*κεντεῖτε, μὴ φείδεσθ᾽· | ἐγὼ "τεκον Πάριν·*
*γυναιξὶ παρθένοις τ᾽ | ἀπόβλεπτος μέτα.*

Nam quod dicit, minus iucundam esse caesuram in illis versibus,

*ἀλλ᾽ ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ τιμήσεις νεκρόν;*
*ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ᾽ ἡγήσει σὺ νῷν,*

non potest profecto ad incisionem post σὺ vel τόθ᾽ admissam spectare, quia sic etiam ille versus,

*πολλῶν λόγων εὑρήμαθ᾽, ὥστε μὴ θανεῖν,*

iniucundam caesuram habiturus esset, sed aperte eo pertinet, quod ante σὺ et τόθ' incisio fit. Nam non minus iniucunda incisio est in hoc,

γυναιξὶ παρθένοις τ' | ἀπόβλεπτος μέτα.

Id autem quam rationem habeat, apertum est. Nam in duas aequales partes dividitur versus, eaque re omnis tollitur varietas. Hinc perraro ista divisione usi poëtae sunt: quam ubi sensus non efflagitat, ut in hoc ipso,

γυναιξὶ παρθένοις τ' ἀπόβλεπτος μέτα,

praestat, sine omni caesura versum pronunciare. Vbi autem sensus negligi incisionem vetat, aut incuriae aliquid tribuendum putamus, si tamen haec incuria est, ut in illis duobus,

ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, | σὺ τιμήσεις νεκρόν;
ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, | τόθ' ἡγήσει σὺ νῷν,

aut ad artem poëtae attendemus, alia praeter hanc inferenda caesura aequalitatem partium removentis, ut in his versibus:

κεντεῖτε, | μὴ φείδεσθ' · | ἐγὼ 'τεκον Πάριν.
βλέποντα, | νῦν μὲν ὀρθ', | ἔπειτα δὲ σκότον.
τὸ γὰρ σόν, | οὐ τὸ τοῦδ', | ἐποικτείρω στόμα.

7. Addit his Porsonus aliam observationem, raro integros pedes tertium et quartum vel integras voces vel vocum partes facere,

Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς,
Θρήκην περάσαντες μόλις πολλῷ πόνῳ,

quorum versuum in secundo Aeschylum pronunciandi difficultate laborem ab exercitu Persico exhaustum bene exprimere. Simile exemplum est in eadem Aeschyli fabula v. 466.

Ξέρξης δ' ἀνώμωξεν κακῶν ὁρῶν βάθος,

et apud Euripidem in Suppl. 699.

καὶ συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατόν.

Quid vero? Quonam hos versus referemus? Ad eosne,

qui istam quasicaesuram habeant, an ad eos, qui nullam? Quod ego quidem tanto minus dubitem facere, quod saepe video versus inveniri, quos omni caesura destitutos esse fatendum sit, ut apud Aeschylum in Agam. 952.

*πιθοῦ· κράτος μέντοι πάρες γ' ἑκὼν ἐμοί.*

apud Sophoclem in Oed. R. ut in una tantum tragoedia consistam, v. 526. 449. 598. 599. 615. 738. 744. 785. 809. 1290. 1436.

*μὴ πρὸς θεῶν φρονῶν γ' ἀποστραφῇς, ἐπεί.*
*λέγω δέ σοι τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι.*
*τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς ἅπαντ' ἐνταῦθ' ἔνι.*
*πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ', ἀφεὶς τάδε;*
*κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ.*
*ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι.*
*ὔμυι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρᾶς.*
*κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην· ὅμως δ'.*
*κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.*
*ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν, οὐδ' ἔτι.*
*ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχισθ', ὅπου.*

Haec tot una in fabula exempla satis, opinor, ostendent, saepe neglectam esse caesuram. Quin ex eadem fabula plura etiam exempla proferri poterant, nisi consulto omisissem, quae ad genera a Porsono constituta referri possunt. Quamobrem ita potius statuemus, legitimam esse caesuram eam, quae est in medio pede tertio; saepe autem etiam illam, quae *ἑφθημιμερὴς* vocatur, usurpari, quo facto reliquam versus partem, ut infra demonstrabitur, in hos ordines dividi,

⏑ – ⏑ | – ⏑ –

praeterea vero nunc omnem caesuram negligi, nunc alias, quam *πενθημιμερῆ* atque *ἑφθημιμερῆ*, usurpari, ut in eadem Sophoclis fabula, ne longius abeam, v. 1171.

*κείνου γέ τοι δὴ παῖς ἐκλήζεθ'. | ἡ δ' ἔσω.*

et 1173.

ἦ γὰρ δίδωσιν ἥδε σοι; | μάλιστ', ἄναξ.

et 1264.

πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην· | ὁ δέ.

et 250.

ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' | ἐμοῦ ξυνειδότος,

quo genere plerumque in maiore orationis severitate utuntur. Denique saepe etiam plures in uno versu caesuras esse, cuiusmodi exempla quaedam supra dedimus. Omninoque qui vel unam alicuius tragoediae scenam attente perlegat, mira varietate multiplices ordinum formas consociari videbit. Neque enim putamus, esse adhuc, qui digitos magis, quam orationis incisa in legendis versibus consuli velit.

8. Sed dicendum iam est de alio Porsoni decreto. Negat ille enim tragicos umquam pedes tertium et quartum eadem voce comprehendere. Atque etsi versus quosdam, in quibus ista divisio conspiciebatur, praeclare ab eo emendatos confitemur, tamen tantum abest, ut hanc ob caussam necessariam fuisse emendationem putemus, ut non alio valere observatio ista nobis videatur, quam ut non magnopere probatam a tragicis esse istam distributionem appareat. Cur ea autem displicuerit, apertum est. Nam isti pedes si uno vocabulo continentur, in tres aequales ordines dividi versum necesse est:

ἦ κάρτ' ἄρ' ἄν | παρεσκόπεις | χρησμῶν ἐμῶν.

Recte enim Marius Victorinus p. 2525. de trimetri incisionibus praecipiens, *pessimus autem*, inquit, *qui singula verba in dipodiis habet*,

*praesentium divinitas caelestium.*

At ut hoc non sit venustum, non sequitur tamen, qui illud scribere non dubitavit,

πιθοῦ· κράτος μέντοι παρές γ' ἐκὼν ἐμοί,

qui versus etiam deterior est, non potuisse etiam alio

modo aliquid negligentiae admittere. Atque ut hunc versum, qui est in Agamemnone 1261. non putamus corrigendum esse, ita quod in eiusdem poëtae Supplicibus v. 252. scriptum est,

*καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,*

non audaci illa transpositione, quae Porsono placuit, sed lenissima mutatione, eaque tali, quae non id, quod sanum, sed illud, quod depravatum est, tollat, corrigendum videtur,

*καὶ τἄλλα πού μ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν.*

Multo minus vitiosus est versus in Persis 501.

*στρατὸς περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον,*

in quo quum verbum illud, quod pedes istos implet, eos excedat, vel hac re aequalitatem ordinum, propter quam haec trimetri compositio iniucunda est, removeri appareret. Accedit, quod recte distincta oratione, tam gravis est haec ordinum conformatio, ut hic quoque transpositio, qua utendum Porsonus putat, ad criticos lusus ableganda sit. Ita enim procedit oratio:

*ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο*
*στρατός, | περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον.*

9. Venio denique ad pausam, quam vocat Porsonus. Ac praeclare quidem ille ad Hecubam v. 347. observavit paucos in Graecorum tragoediis versus inveniri, qualis est primus in Ione Euripidis, in quo ultima longa vocis hypermonosyllabae primam partem quinti pedis teneat,

*Ἄτλας ὃ χαλκέοισι νώτοις | οὐρανόν.*

Quam rem pluribus explicans in supplemento praefationis ad Hecubam p. 30. seqq. exceptionem statuit hanc, si in altera quarti pedis parte sit vox monosyllaba, eaque vel enclitica, vel alio modo ita cum praecedente vocabulo cohaerens, ut ambo quasi unam vocem simul efficiant:

*στεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· ἡγοῦ μοι, | γέρον.*
*οἷόν τέ μοι τάχδ' ἐστί· θνητοῖς γὰρ | γέρα.*
*εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν | τότε.*

Atque in his quidem locis, in quibus ἄν cum verbo ultimam elisam habente coniunctum est, ut εἴποιμ' ἄν, εὕροιμ' ἄν, facile assentior. Sunt enim haec ita comparata, ut aperte talia, quemadmodum notionem unam, ita etiam unam vocem efficere videantur. De caeteris non accedo. Miror enim, quid sit, quod Porsonus, quum in istis exemplis fere omnibus sensus caesuram illam ἑφθημιμερῆ, vel etiam eam, quae in fine tertii pedis est, offerat, ad eas incisiones nullo modo attenderit: quod ille si fecisset, profecto et rationem intellexisset huius rei, simulque alia quaedam exempla, quae corrigenda putat, sana esse, alia autem multo faciliore et aptiore via excusari posse vidisset. Nam quum admissa illa, quam diximus, caesura, reliqua versus pars, ut supra indicatum est, ineptum minimeque convenientem praecedenti numerum habeat, si ille sic constituatur,

— ⏑ — ⏑ — vel ⏑ — ⏑ — ⏑ —

*ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα | καὶ σκότου πύλας,*

sensere hoc tragici, ideoque in duos ordines eam versus partem distingui maluerunt,

— ⏑ | — ⏑ — vel ⏑ — ⏑ | — ⏑ —

qui gravior est, aptiorque numerus. Eaque caussa recte iudicarunt, in priore isto trochaeo longa syllaba terminari vocabulum posse.

*σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· || ἡγοῦ | μοι, γέρον.*
*ἔτικτε γάρ μ', ἔτικτεν, || ὤμοι | μοι κακῶν.*
*προσέρχεται τόδ' ἐγγύς· || οἴμοι | μοι τάλας.*
*πῶς φῄς; τίν' εἶπας μῦθον; || αὖθις | μοι φράσον.*
*ἃ δ' ἔνθάδ' εἶχον ἀγάθ', || ἄκουσόν | μου, πάτερ.*
*ἔσω φρενῶν λέγουσα, || πείθω | νιν λόγῳ.*

τί παρθενεύει δαρόν, || ἐξόν | σοι γάμου.
βίον δ' ἐπαιτῶν εἶρπ', || ἀγύρτης | τις λάτρις.
ἔμπρησον, ὦ γενναῖε· || κἀγώ | τοί ποτε.

Quae leguntur in Hecuba 511. Oed. Col. 976. Philoct. 787. Helena 478. Ione 633. Agam. 1061. Prom. 649. Rhes. 715. Philoct. 801. Eiusdem modi sunt septem alia exempla, quae Porsonus p. 32. affert, duo p. 36. tria p. 37. allata. Quibus addi poterunt Iphig. Taur. 942. Heracl. 517. Quod si quo in versu non est caesura in fine tertii pedis vel medio quarto pede, apparet, durissimam esse istam longam finalem in medio quinto pede, ut in Choeph. 903. et Iphig. Aul. 1212. et Hel. 1119.

κρίνω σε νικᾶν, καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.
πεῖθειν ἐπᾴδουσ', ὥςθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας.
καὶ μὴν ἐκεῖνος οὐκέτ' ἔσται σοι βαρύς.

Ingratum est enim, impediri vocem ac retineri in fine longioris ordinis, tamquam si magnus aliquis et gravis ordo sequuturus esset, ad quem ordiendum aliqua virium collectione opus foret, quum tamen brevis ordo sequatur:

⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑ – – ‖ ⏑ ⏑ –

Quod secus est, brevi praegresso ordine, sequente autem longiore:

– – | – ⏑ – vel ⏑ – – | – ⏑ –

Sed quis contendat, si aliis in rebus aliquando negligentiores fuerunt poëtae, numquam eos hac in re aliquid incuriae admisisse? Quod ego quidem Euripidem in fabulis post Olympiadem LXXXIX. scriptis fecisse, in quibus omnino maior cernitur negligentia, haud aegre crediderim. Incuriae tribuerim etiam Sophoclis versum in Aiace 1101. Nec prorsus negaverim de Aeschylo, etsi facile quis suspicari possit, eum isto in loco scripsisse,

κρίνω σε νικᾶν, καὶ παρήνεσας καλῶς.

In Iŏnis initio autem consulto Euripidem puto onus, quod humeris sustineret Atlas, impeditiori numero depingere voluisse, ut iam supra lib. I. cap. 8, 9. indicavi. Sed in Alc. 1083. non intercedam ne pronomen *με* tollatur. Praeterea in hoc quoque genere aliquid concedendum videtur nominibus propriis, maxime in syllabam non natura longam terminatis, ut in Aeschyli Persis v. 321.

*νωμῶν, ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος, Σάρδεσιν.*

Neque enim persuasit mihi Porsonus p. 35. excidisse aliquid post nomen Ariomardi. Ex his vero, quae hactenus disputavi, apertum est, hos versus, alterum Euripidis in Heracl. 640. Sophoclis alterum in Oed. Col. 1543. quos Porsonus p. 32. ut regulae a se constitutae repugnantes, corrigi vult, emendatione non indigere, quum in utroque caesura *ἑφθημιμερής* sit:

*ὦ φίλταθ', ἥκεις ἆρα, || σωτὴρ | νῷν βλάβης.*
*σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, || ὥσπερ | σφὼ πατρί.*

Neque opus habebimus, quod ille p. 34. in quattuor versibus, in quibus vocabulum *οὐδείς* et *οὐδέν* post illam caesuram est, fieri vult, vocabulum illud divisim pronunciare, *οὐδ' εἷς, οὐδ' ἕν*, quod vel propterea fieri non potest, quia significatu differunt *οὐδείς* et *οὐδ' εἷς*. Quod autem dixi, in illis quoque exemplis caesuram in medio quarto pede esse, id in tribus eorum apertum est: sed in quarto quoque distinguendi ratio Graecis usitata interpungi pronunciarique postulat,

*ἀμφότερον· ἀπολειφθέν γάρ, οὐδὲν θάτερον.*

Vbi vero nulla est a caesura excusatio, sane videndum est, ne quid vitii lectio contraxerit. Quo ex genere uti quosdam locos praeclare sanavit Porsonus, ita, quod idem ex Pirithoo Euripidis p. 39. affert,

*ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος,*

vix erit, opinor, qui non coniiciat sic potius a poëta scriptum esse:

*ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ πρὸς κεδνὸν λέχος.*

Caeterum ex his, quae iam disputavimus, apertum est, etiam illos versus, qui, caesura in medio quarto pede facta, quintum pedem purum iambum habent, non sic legendos esse, ut pars versus, quae post caesuram est, uno ordine constet, sed ita, ut duos illos contineat,

⏑ – | ⏑ –

*μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρὶς· ἡγόμην δ' ἀνήρ.*

Praeterea vero illi quoque versus, qui caesuram in medio quinto pede habent, recte eo loco longam syllabam admittere videntur, quum ipsa caesura pausam eo loco fieri, vocemque consistere iubeat. Ita in Eurip. Heracl. 530.

*καὶ στεμματοῦτε καὶ κατάρχεσθ', | εἰ δοκεῖ.*

10. Porsonum sequutus censor editionis meae Supplicum Euripidis in Diario classico (*Classical Iournal*) T. XVI. p. 428. seqq. dum in res fortuitas parumque momenti intentus erat, regulam proposuit hanc, ubi tertius pes tragici senarii una voce contineretur, simulque versus dividi posset in duas partes aequales, plerumque alteram versus partem aut elisionem ante se habere, aut vocabulo incipere, quod orationem inchoare non posset, veluti ἂν, γάρ, δέ, μέν, omninoque dictionibus encliticis; eamque regulam non solum ad eos versus spectare, in quibus tertius pes vel integro vocabulo, vel parte longioris vocabuli impleretur, sed etiam in quibus illud vocabulum ex duobus in unum coniungi solitis constaret, qualia sunt δήπου, εἴπερ, εἴτις, καίπερ, καίτοι, μέντοι, ὅστις, ὅταν, οὔτις, οὗτοι, τοίγαρ, τοίνυν, ὥσπερ. Non facile, inquit, intelligi, cur magis placuerit auribus Atheniensium,

*εἰς τάσδε γὰρ βλέψασ' | ἐπηυξάμην τάδε,*
*κείνη γὰρ ὤλεσέν | νιν, εἰς Τροίαν τ' ἄγει,*

quam,

εἰς τάςδε γὰρ βλέψας | ἐπηυξάμην τάδε,
κείνη γὰρ ὤλεσεν | τάδ', εἰς Τροίαν τ' ἄγει,

at facto tamen rem comprobari. Nempe tota ista observatio talis est, ut, qui sic omnes tragicorum versus per singulos pedes examinare volet, multa possit huiusmodi, quae casu facta sunt, pro regulis vendere. Quid est enim, quod, ut ipse fatetur vir doctus, qui hanc observationem in medium attulit, Aeschylus ac Sophocles saepe violaverunt legem istam, Euripides autem, multo illis alias negligentior, eam observavit? Num illi duo, qui principes in hoc genere poëseos habiti sunt, non eadem in urbe fabulas suas, et coram iisdem Atheniensibus exhibuerunt? Quanto satius erat, ad illud animi attentionem convertere, quod Graecos, si saperent, facere oportebat, quodque fecisse eos, diligentem lectorem latere non potest, ut pro sententiae atque orationis multiplici conformatione, proque ea ratione, quam recitatio dictis conveniens sequi deberet, alio atque alio modo versus componerent, nihil nisi sensum sequuti suum: quem nos si indagare volumus, non eum profecto ex litteris et syllabis colligere poterimus, sed potius, ex fonte suo, orationis sententiaeque natura, haustus, deinde in his minutiis ultro se nobis offeret.

11. Ex eadem iustae recitationis observatione aliud explicari defendique potest, quod aliter non esset idoneam rationem habiturum. Nam quum poëtae in hoc versu, qui ad colloquium maxime orationumque imitationem factus est, plures usurpare caesuras debeant, interdum illi, interpunctione vel finem versus non longe praegressa, vel paullo post initium sequentis versus sequutura, duos versus arctius coniunxerunt, adeo ut etiam vocalem dictionis monosyllabae in fine versus eliderent. De qua re non est, quod hic dicam explicatius, quum id supra iam factum sit lib. I. cap. 8, 10.

12. Sed pertinent ad hoc genus etiam illi versus, qui in vocem terminantur natura sua ita cum sequentibus cohaerentem, ut, nisi etiam pronunciando arctius cum iis coniungatur, versus, ut recitationis postulatis non satisfaciens, merito displiceat. Vnde non sane iniuria suspectus est hic Aeschyli locus in Eumen. 238.

ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν.

Qui si sanus est, parum certe elegans est. Multo melius Sophocles in Antig. 409.

πᾶσαν κόνιν σήραντες, ἣ κατεῖχε τὸν
νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ.

Paullo alia, sed eiusdem tamen generis exempla sunt, quae ibi attuli in minori ed. Erfurdtii. Adde Boeckhium ad Pind. Olymp. VI. p. 377. Eiusmodi sunt etiam haec in Oed. Reg. 236.

τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστί, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω.

et v. 253.

ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ, τοῦ θεοῦ τε, τῆσδέ τε
γῆς, ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.

In quibus exemplis omnibus pessime sensui consuleret, qui in fine versus magis, quam ubi interpunctiones iubent, voce consistendum putaret.

13. Ad mensuram quod attinet, satis iam post tot doctorum hominum disceptationes exploratum habemus, anapaestum in tragicorum trimetris non nisi in nomine proprio locum habere, excepto tamen ultimo pede, quem semper purum servari necesse est. Qua de re quum alii disceptarunt, tum novissime Porsonus et ego in praefationibus ad Hecubam. Primus pes autem anapaestum etiam in aliis nominibus recipit, sed in veteri tragoedia ea lege, ut id in integro vocabulo fiat. Euripides vero etiam ita aliquando anapaestum admisit, ut is

ex pluribus vocabulis constaret, ut in Oreste v. 896. 1336. Alcest. 576. Iph. Aul. 646. Bacch. 502. 1189. 1243. Hel. 844. Herc. f. 940. quamquam in his exemplis omnibus praepositio est, cum nomine eo coniuncta, quocum quasi unam notionem facit. Videtur hic ex pluribus vocibus compositus anapaestus ad recentioris tragoediae incuriam referendus esse. Dixi de hoc anapaesto in praefatione ad Hecubam p. 56. ubi etiam monitum est, in hoc Ionis Euripidei versu, 1343.

ὁ θεός σ' ἐβούλετ' ἐν δόμοις ἔχειν λάτριν,

synizesin in primo pede esse. In Aiacis Sophoclei v. 571. emendationem ibi a me propositam Lobeckius atque Erfurdtius in textum receperunt. In Oed. Col. 1360. s. non minus temere, quam in principio Electrae, introductus est anapaestus. Verissima est vulgata:

οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα
τάδ', ὥσπερ ἂν ζῶ σοῦ φονέως μεμνημένος.

Versus ex Lemniis Sophoclis apud Scholiasten Platonis p. 153.

ταχὺ δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον, ὡς ἐγὼ σαφῶς,

non videtur repugnare, si quidem haec fabula, ut videtur, satyrica fuit. In his enim tali versui venia est. Sic Aeschylus in *Κήρυξιν* apud Pollucem X. 186.

κατὰ τῆς σισύρνης τῆς λεοντείας δορᾶς.

Praeterea tenendum est, vitatum videri in antiquiore tragoedia etiam eum in primo pede anapaestum, qui ex augmenti accessione exsisteret. Itaque Sophocles in Electra v. 714. scripsit:

κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων· κόνις δ' ἄνω
᾽φορεῖθ'· ὁμοῦ δὲ πάντες ἀναμεμιγμένοι,

non ἐφορεῖθ'. Crasin quidem hic non repudiem, quia, ut re, ita pronunciando coniungenda sunt verba ἄνω ᾽φορεῖτο. Videndum autem, an hac maxime de caussa καθεζόμην et καθήμην dicere tragicis placuerit, quod verbum in initio versus invenitur in Aeschyl. Prom. 229. Soph.

Antig. 411. Oed. Col. 1597. Trach. 918. Eurip. Phoen. 75. fragm. Oed. 16. Itaque Aeschylus in Persis v. 376. 458. 506. noluit, quod editor Glasguensis posuit, *ἐτροποῦτο, ἐκυκλοῦντο, ἔπιτνον* scribere, sed dedit *τροποῦτο, κυκλοῦντο, πῖπτον*, quando ex egregia Seidleri observatione, cuius mentionem supra lib. I. c. 10, 11. p. 52. feci, in iis locis, quae *ῥήσεις ἀγγελικαὶ* vocabantur, et si quid his simile est, epicorum more negligunt augmentum tragici. Exempla, praeter haec, quae commemoravimus, vide in Aeschyli Persis 416. 458. Choeph. 736. (sciens praetereo eiusdem fabulae 930. qui corruptus videtur) Soph. Electr. 715. Oed. R. 1244. 1249. Oed. Col. 1604. 1605. 1624. Trach. 769. 904. 915. Philoct. 371 Eurip. Hec. 1160. Alc. 181. 182. Suppl. 696. Iph. Taur. 54. Bacch. 728. 1066. 1084. 1134. Quorum ea tantum, quae omnem medelam adspernabantur, intacta a criticis relicta sunt. His adde locos, in quibus crasis, qua eos adiuvare voluerunt, ferri non potest, Aeschyli in Persis 490. Sophoclis in Oed. Col. 1602. 1608. Philoct. 360. Eurip. Heracl. 33. Ea res facit, ut de aliis locis, in quibus admitti possit crasis, suspicio oriatur, eos, quoniam ipsi quoque in illis *ἀγγελικαῖς ῥήσεσι* inveniuntur, abiectione augmenti potius notandos esse, ut Aesch. Pers. 689. Soph. Ai. 508. 1303. Trach. 381. 774. 907. Eurip. Hel. 1587. Sed redeo, unde digressus sum. Anapaestum, qui in primo pede ex augmenti accessione nasceretur, in his tantum locis observavi: in Eurip. Herc. fur. 458. quod antiquissimum exemplum esse puto,

*ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ' ἐθρεψάμην.*

Deinde in Sophoclis Philocteta v. 544.

*ἐκέλευσ' ἐμοί σε, ποῦ κυρῶν εἴης, φράσαι;*

Denique in Euripidis Bacchis v. 1293.

*ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις.*

14. Trimetros, qui in melicis tragoediarum partibus inveniuntur, anapaestum admittere sibi persuaserant Lobeckius et Erfurdtius ad Soph. Ai. 705. (697.) eique sententiae calculum adiecerat Seidlerus in epistola ad Lobeckium post huius Aiacem p. 438. Non sane temere reiiciam huiusmodi observationem: at maxime tamen mirum foret, in cantu, qui maiorem requirit severitatem numerorum, plus licentiae, quam in diverbiis concessum esse. Nam quod afferunt, omnino liberioribus numeris antistrophicos trimetros incedere, id longe aliud est, et ad solas pertinet solutiones, quae, modulatione intercedente, etiam eiusmodi verborum collocationes excusari patitur, quales recentior tragoedia in ipsis diverbiis admisit: de quibus dicetur segm. 15. Exemplis certe anapaesti, quae afferuntur, non multum tribuam. Sunt ea haec: Aeschyli in Sept. ad Th. 985. (997.) 990. in Persis 1043. 1059. Suppl. 800. Sophoclis in Aiace v. 704. in Oed. Col. 1466. Euripidis in Bacchis 1155.

*μέλαινά τ' Ἐριννύς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.*
*ἀπώλεσε δῆτα, καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισε.*
*δίαινε, δίαινε πῆμα, πρὸς δόμους δ' ἴθι.*
*καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον.*
*πρὸς ὃν νέφη δι' ὑδρηλὰ γίγνεται χιών.*
*ἔλυσε γὰρ αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης·*
*ἔπληξα θυμόν· οὐρανία γὰρ ἀστραπή.*
*τὸν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα τοῦ Πενθέως·*

His addi posset dimeter in Persis 559.

*ὑμόπτεροι κυανώπιδες,*

de quo supra dictum p. 53. Sed ex trimetris istis primus, qui in antistropha ex iisdem verbis constat, non est legitimus trimeter, eoque nihil probat. Quem versum male tractavit editor Glasguensis, quum, quod sequuti sunt alii, deleta copula scripsit *μέλαιν', Ἐριννύς*, ut illud adiectivum non ad *Ἐριννύς*, sed ad praecedens *Οἰδίπου σκία* referretur. Secundum versum antistropharum

observatio docet ex duobus dochmiis compositum esse, et proinde correctione indigere. In tertio, quinto, septimo versu adhibenda videtur *συνεκφώνησις*, ut monitum est supra p. 54. Quintus quidem sic editus est a Turnebo, ex coniectura, ut videtur. Porsonus, qui in praef. ad Hec. p. 9. Aldi et Robortelli lectionem *δ' ὑδρηλά*, de solo metro sollicitus, reponi iusserat, in supplemento p. 59. aliam proposuit correctionem, ad sensum commodam, sed transpositionis audacia fines, quos certos hoc genus habet, egredientem. Si Turnebi lectio non est vera, aliud hic vitium lateat necesse est. Cod. Guelf. *δ' ὑδρηλὰ γείνεται*. Quartum versum idem Porsonus in Addendis ad Hec. p. 80. audacius reformavit, quum lenius posset *καὶ βόα τὸ Μύσιον* scribere, indicium faciente Eustathio ad Dionys. Perieg. 791. In sexto delendum videtur *γάρ*. In postremo denique, qui non habet antistrophicum, ita molestus est articulus ante *Πενθέως*, ut eum aut ab interprete adiectum, aut ad postremam syllabam vocis *ἐκγενέτα* communem genitivi formam *του* adscriptam fuisse putem. Deleto articulo versus ex iambico monometro hypercatalecto et dochmio constabit. Caeterum non ignoro, esse, qui duos versus, quos ex Persis attulimus, antispaticos esse putent. At tales antispasticos nec fecit ullus poëta, nec facere potuit.

15. Quod in trochaicis versibus adnotavimus, inde ab Olympiade LXXXIX. corrumpi gravitatem numerorum coepisse, idem etiam in trimetris factum animadvertimus, qui ex illo tempore magis magisque ad satyrici versus levitatem inclinarunt. De qua re primo indicium feci in dissertatione observationes quasdam de linguae Graecae dialectis continente, quae edita est a. CIↃIↃCCCVII. Et quo recentior quaeque tragoedia est, tanto frequentiorem in ea longarum syllabarum solutionem deprehendere licet. Qua in re hoc in primis notabile est, quod

etiam bisyllabas voces ictu in primam syllabam incidente ad solutionem adhibuerunt, quod in antiquioribus tragoediis non est factum, nisi in formulis quibusdam inevitabilibus, ut *διὰ μάχης*, *κατὰ νόμον*, *περὶ σέθεν*. Talem enim versum, qualis hi sunt in prologo Orestis,

*ἢ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι,*
*οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν,*

antiquior tragoedia prorsus improbavit, nisi, ut supra indicavimus, in melicis partibus, in quibus modulatio cantus talia videtur leniisse. Itaque non puto scripsisse Aeschylum in Suppl. 267. 525.

*ὑγρᾶς θαλάσσης· τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ.*
*ἀλλ' οὔτι δαρὸν χρόνον ἐρημώσει πατήρ.*

Contra illum poëtam, qui Rhesum fecit, quem Euripide aliquanto recentiorem esse non dubium est, trimetros fecisse videmus elegantissimos, planeque ab ista negligentia puros. Ex quo mihi videor iure colligere, non eum ex recentioribus illis Atheniensium tragicis esse, sed multo post vixisse, quum Alexandrini, ut Sositheus et Lycophron, Atticorum tragoediam, grammatica subtilitate limatiores, quam fecundi ubertate poëtica, imitari atque ex oblivione resuscitare conarentur.

16. Alias observationes, quibus tragici trimetri compositio illustratur, iam supra attulimus lib. I. cap. 10, 4. 7. 11. 12. 21. ut eas non opus sit hic repeti. De soluta quinta arsi apud tragicos pariter atque apud comicos disputavit Seidlerus in libro de verss. dochm. p. 380. seqq. Quaedam ego quoque attuleram in praef. ad Hec. p. 38. seqq.

17. Satyricus trimeter, ut supra dictum est, solutiones longarum syllabarum crebrius, quam tragicus, admittit. Vide Casaubonum de poësi satyrica p. 222. Quamquam credibile est, in satyricis quoque fabulis ali-

quanto maiorem curam ante Olympiadem LXXXIX. quam post illud tempus, adhibitam esse. Cui rei fidem facere videntur fragmenta, quae ex Aeschyli et Sophoclis satyricis fabulis satis multa supersunt. Quodque in Rheso adnotavimus, Alexandrinos rursum ad maiorem severitatem rediisse, etiam de satyris dictum volumus, quorum insigne exemplum, ex Sosithei Lytiersa servatum, omnibus notum est. De eo disputavi in dissertatione de dramate comicosatyrico, inserta Beckii commentariis soc. philol. vol. I. P. II.

18. Itaque rectius fortasse ita sentiemus, satyrici trimetri hoc esse proprium, ut gravitatem imitetur tragici, sed tamen, quoniam id non serio fit, interdum etiam anapaestum adsciscat, qui est comici trimetri proprius. Atque hic pes usurpatur quidem in satyris, sed quam id pudenter parceque factum sit, ex eo intelligitur, quod in toto Cyclope non plura quam duodeviginti eius exempla inveniuntur, v. 154. 231. 233. 241. 271. 273. 333. 342. 555. 557. 559. 563. 578. 584. 653. 642. 643. 680. Nam alia quaedam corrupta sunt. Ac ne quis forte ab antiquioribus non usurpatum esse anapaestum opinetur, non inutile erit Aeschyli versum apposuisse, quem Bentleius in epist. ad Hemsterh. p. 96. emendatum dedit:

*λινᾶ δὲ γεῖσα κωμολίνου μακροὶ τόνοι.*

Itaque quod grammatici volunt, satyricum trimetrum maxime brevium syllabarum copia a tragico differre, vereor ne non sit ita intelligendum, ut ea licentia plus in satyris usos esse tragicos credamus, quam id eos in recentiore tragoedia fecisse videmus. Quin haud scio an etiam modestiores in satyris fuisse dicam, quum in hoc ipso posita sit natura satyrorum, ut specie quadam gravitatis risum moveant. Nec repugnant, sed confirmant potius coniecturam nostram et Cyclops et fragmenta, quae habemus, satyrorum.

19. Perventum est denique ad comicos trimetros, quod genus ut licentia caeteras formas superat, ita peculiares quasdam difficultates habet. Atque ut paucis comprehendamus ea, quae propria huius versus sunt, continentur ea his tribus rebus, primo, quod anapaestum omnibus in locis recipit, praeter ultimum, ut apud Aristophanem Vesp. 973.

*κατάβα, κατάβα, κατάβα, κατάβα, καταβήσομαι,*

quem anapaestum iam supra lib. I. c. 5, 2. et II. c. 12, 4. non parem esse spondeo, sed breves syllabas irrationales habere monitum est; deinde quod caesuram in medio pede tertio multo saepius, quam tragicus trimeter, negligit; denique quod cautionem tragicorum, ne prima quinti pedis syllaba sit longa finalis, plane ignorat, ut in principio Acharnensium,

*ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.*

20. Anapaesti usus ad aliam nos deducit, eamque satis impeditam quaestionem. Nam quum non sit dubium, anapaestum omnibus locis, ultimo excepto, recipi, pariterque constet, arses, praeter ultimam, solvi omnes posse: tamen quaesitum est, an etiam ante anapaestum solvi arsis soleat, sive, ut aliis verbis utar, an etiam tribracho vel dactylo subiiciatur anapaestus. Negavit hoc Dawesius, et hinc, qui post eum fuere, in iisque etiam Porsonus ad Eurip. Or. 51. 499. quum antea omnes coniungi pedes istos putarent, quam opinionem defendebat adhuc Marklandus ad Eurip. Suppl. 901. p. 185. b. Et sane ex grammaticorum sententia necesse est recte se habeat ista horum pedum coniunctio,

ex numeri lege autem aperte prava est, ut quae proceleusmaticum pro trochaeo inferat,

Contra huiusmodi pedum dispositio,



quam grammatici non possunt non improbare, recte se habet ex numeri lege, quia salvus manet trochaicus numerus,

Nam qui in posteriore exemplo dactylus est, breves habet irrationales. Grammaticorum quidem doctrinam, quae nihil frugi continet, deseremus, remque omnem in tres partes dividemus. Itaque primo considerabimus dactylum pro trochaeo positum, sequente soluta arsi; deinde anapaestum videbimus tribracho ita subiectum, ut iambus proceleusmaticum sequatur; denique anapaestum pro iambo, praegressa soluta arsi, perpendemus.

21. Igitur prima, quae in disceptationem venit, forma haec est,

improbata grammaticis, sed legibus numeri consentanea. Nam pro iambo illa, non pro trochaeo proceleusmaticum infert. Itaque apud Romanos frequentissima est. Statim Terentius in Andr. I. 1, 91.

*quae ibi áderant, forte unam ádspicio adulescéntulam.*

Rarissima, fateor, haec forma apud Graecos est. Sed quum nihil caussae sit, quare eam his magis quam Romanis improbatam censeamus, quum numeris, modo verba apte disposita sint, egregie conveniat, non ausim eam pro-

pterea tantum, quia rara est, damnare. Aristophanes in Pluto v. 1011.

*νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο,*

quae certissima est Bentleii emendatio, ut e scholiis libri Ravennatis intelligitur, citantque hunc versum Photius et Thomas M. in v. *ὑποκορίζομαι*, et Suidas in v. *νηττάριον*. Neque, ut quidem ex collatoris silentio colligo, in cod. Veneto et tribus Mutinensibus libris aliter scriptus exstat. Etsi fortasse quis hic ad synecphonesin confugiat, quae adhiberi poterit etiam in Vespis v. 1170.

*ὠδὶ προβάς· τρυφερόν τι διασαλακώνισον.*

Sed omni suspicione vitii maior est Platonis versus apud Schol. Eurip. Hec. 838.

*οὗτος τίς εἶ; λέγε ταχύ· τί σιγᾷς; οὐκ ἐρεῖς;*

Alexis apud Athenaeum p. 223. E.

*ἀπόλαβε. τουτὶ δ' ἔστι τί; ὃ παρ' ὑμῶν ἐγώ.*

Aristophanes in Pluto 701. ex Ravennatis quidem libri lectione,

*οὔκ, ἀλλ' Ἰάσω μέν γέ τις ἀκολουθοῦσ' ἅμα.*

Quibus fortasse addi poterit Aristoph. Eq. 7.

*αὐταῖσι διαβολαῖς· ὦ κακόδαιμον, πῶς ἔχεις.*

Ita legit scholiastes et ad hunc v. et ad v. 495. recte observans, alludi ad id, quod praecesserat, *αὐταῖσι βουλαῖς*. Nunc quidem editur *αὐταῖς διαβολαῖς*, consentientibus, ut videtur, MSS. Alii vero plerique loci non carent vitii suspicione. Aristophanes in Ranis v. 76.

*εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου*
*μέλλεις ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν.*

Synizesis quidem in nomine Sophoclis hoc loco aliena est. Sententiae optime consuleretur, omittendo participio *ὄντα*: sed hoc a scholiasta agnoscitur. Itaque praestare videtur, *οὐ* scribi, quo facto *Σοφοκλέα* ita, ut solent talia nomina in hoc versus loco, cum ictu in secunda syllaba

pronunciabitur. Atque *οὐ* et *οὐχὶ* quum saepissime permutantur, tum in hoc ipso genere, de quo disputamus, non semel ex hac commutatione vitium ortum est. Ita in Pluto 179. ubi duo codd. Mutinenses *οὐχὶ* praebent, recte nunc editum est,

*ἐρᾷ δὲ Λαΐς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;*

Videamus alios suspectos locos. In Acharn. 78.

*τοὺς πλεῖστα δυναμένους καταφαγεῖν τε καὶ πιεῖν,*

*τε* delevit Brunckius. Hoc loco etsi *φαγεῖν* scribi posset, tamen, quum scholiastes compositum verbum agnoscat, vereor ne *δυνατοὺς* scribendum sit. In eadem fabula v. 437.

*Εὐριπίδη, πειδήπερ ἐχαρίσω μοι τάδε,*

expungi potest *μοι*, quod factum est a Brunckio. Ibidem v. 190. seq. scholiastes videri potest legisse:

*ὕζουσι χαῦται πρεσβέων ἐς τὰς πόλεις*
*ὀξύτατον ὡς περὶ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.*

At non est tamen idonea caussa, quare librorum scripturam *ὥςπερ* repudiemus. In Equit. 134.

*κρατεῖν, ἕως ἂν ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος,*

*ἂν* omittit codex Venetus. In eadem fabula v. 31. ubi Brunckius dactylum intulerat, veram lectionem restituit optimae spei iuvenis, Car. Reisigius:

*ποῖον βρέτας θεῶν; ἑτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;*

In eadem fabula v. 676. ne ad sensum quidem apta est lectio cod. Rav. *ὑπεκδραμών*. Neque in Vesp. 961. ex hoc codice mutanda est scriptura. In Avibus v. 1693. iam Porsonus aliique ex scholiis ad v. 1565. *δότω* restituendum viderunt. De Pacis v. 380. recte iudicavit Meinekius p. 14. recteque idem correxit Nicostrati versum apud Athenaeum III. p. 115. D. quod antea iam Porsonus fecerat in Advers. p. 242. Sed in Ephippi versu VIII. p. 353. A. citato, facilius scribas:

*ἅπαντα γὰρ ἱκάν' ἐστί. φράζε δή ποτε.*

Alexidis versum ab Athenaeo IV. 170. C. allatum, Ca-

saubonus IV. 21. *ὑποθεὶς* scribendo correxit. In Platonis versu a scholiasta ad Nubes 109. citato, in quo *νῦν* dedit cum vulgatis Casaub. ad Athen. IX. 9. p. 665. *τέως* habet, in unam syllabam contrahendum, Suidas in v. *φασιανοί*, et sic scriptum versum ex scholiis ad Aristophanem profert Ruhnkenius ad Tim. p. 183. In Eubuli loco apud Athen. p. 679. E. scribendum esse,

*στεφάνους ἴσως βούλεσθε; πότερ' ἑρπυλλίνους,*

quivis videt. Intulerat suspectos pedes in fragmentum Aristophanis Daedali Grotius in Excerptis p. 547. Sed quae apud Photium lectio est, caret vitio.

*περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ὁ πόλεμος*
*νῦν ἐστί; περὶ ὄνου σκιᾶς.*

Nisi dimetri sunt hi versus. Denique Eupolidis quoque versus apud Athen. XIV. p. 623. E. suspectus est:

*καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον.*

Qui eiecto *τι* multo erit elegantior.

22. Non multum ab his exemplis secundum genus differt, quod fit iambo proceleusmaticum sequente. Quod quum recte se habeat ex nostra doctrina, pravum foret ex sententia grammaticorum, quia pro iambo proceleusmaticum habiturum esset:

⏑⏑ | ⏑⏑⏑ | ⏑ —  ⏑⏑⏑⏑ | ⏑ —

Hoc quoque genus a Latinis ubique usurpatum est. Terentius in Andr. I. 1, 16. 19.

*sed hoc mihi molestum est: nam istaec commemorátio.*
*ita fáciam. hoc primum in hác re praedicó tibi.*

Et quum in Romanorum versibus verba ipsa indicent, quibus in locis ponendi sint ictus, certissimo hinc argumento cognoscitur, veram esse hanc, quam sequimur, metiendi rationem. Nam grammatici quoque eosdem pedes

suae doctrinae aptare possunt, sed non aliter, quam ictu a tertia in secundam syllabam translato,

⏑⏑⏑ | ⏑⏑ –

quem pravum numerum esse proceleusmaticus docet, pro trochaeo positus,

⏑ | ⏑⏑⏑⏑ | –

Apud Graecos perrara est horum pedum coniunctio, nec novi exempla, quae non aut iam emendata sint a viris doctis, ut Aristophanis in Eccles. 162. quod restituit Porsonus ad Eurip. Or. 1427. aut emendationem vel desiderent, vel facile admittant. In Aristoph. Avibus v. 1506.

*ἄπο γὰρ ὀλέσεις, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται,*

cod. Ravennas *ἀπὸ γάρ μ' ὀλέσει:* et *ὀλέσει* quidem etiam codex Venetus habet. Atticus sermo vel *ἄπο γὰρ ὀλεῖ μ'* vel *ἄπο γάρ μ' ὀλεῖς* requirit, idque plures critici restitutum iverunt. In Thesm. 285.

*ὦ Θρᾷττα, τὴν κίστην κάθελε, κᾆτ' ἔξελε*
*τὸ πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν*

aut *ὡς* scribi posset, aut, quod lenius remedium est, *τὸ* deleri. Porsono in Adversar. p. 242. placebat *τὰ πόπαν', ὅπως.* In Damoxeni versu apud Athen. III. p. 103. A. nihil impedit, quin eiecto *δὲ* scribatur,

*ἐνίοτ' ἀφεστὼς παρακελεύομαι, πόθεν.*

23. Tertia denique forma est, quae dactylum et anapaestum pro duobus iambis habet. Ea quum grammaticorum doctrinae non repugnet, tamen numeri legibus aperte adversatur, ut proceleusmaticum pro trochaeo introducens,

– | ⏑⏑⏑⏑ | –

Itaque etiam Latinos, qui, quidquid per numeros licitum est, recipere consueverunt, tamen ab hac forma plane

videmus abstinuisse. Quod si quae eius exempla inveniuntur, ea non dubium est, quin correctione indigeant. Submovitque, ut par erat, ex Terentio Bentleius, etsi ille aliquando sui oblitus, ut ad Eun. I. 2, 69. et ad Adelph. IV. 1, 11. de quo loco supra dictum est cap. XII. 5. Apud Plautum, qui omni genere vitiorum abundat, haec quoque pravitas aliquot locos affecit. Vt in Asinaria I. 1, 44.

*bene hércle facitis, et á me initis grátiam.*

Scribe *facis*. Ita in sequente versu cod. Lips. *nescitis* pro vulgato *nescis*. In prologo Rudentis v. 43.

*eam vídit ire e lúdo fidicinió domum.*

Ita libri veteres. Sed recte videntur viri docti corrigere *fidicino*. In Truculento I. 1, 26.

*bis périit amator áb re atque animó simul.*

ubi scribendum est,

*bis périt amator áb re atque ab animó simul,*

quemadmodum in sequentibus versibus ter illud *perit* repetit. In Milite II. 6, 36. edebatur:

*ita sum coactus, Periplectomene, ut nesciam,*
*utrumne postulare prius tecum aequum siet,*
*an me éxpurgare hic tibi videatur aéquius,*
*nisi istaec non est haec, neque ista sit mihi.*

Quae Lipsii emendatio est, quo auctore ordo duorum postremorum versuum mutatus est. Meliorem viam emendandi monstrant libri veteres, quorum nullus *an* habet, ut id certe non post *mihi* positum fuerit. Cod. Lips. autem *aequum est*, et *ipsast*, et *videtur*. Ed. Carpentarii *aequunst* et *videtur*, pro *ipsast* autem *ista se*. Hinc scribe:

*ita súm coactus, Périplectomene, ut nésciam,*
*utrúmne postuláre prius aequum ést, nisi*
*istaéc non est haec, néque eadem ipsa est, dn*
*mihi*
*med éxpurgare hoc tibi videtur aéquius.*

In eadem scena v. 87.

*ignóscam tibi istuc. dt di tibi faciánt bene.*

scribe:

*ignóscam tibi istuc. dt tibi di faciánt bene.*

Sed diligenter ab his locis dicernendi sunt ii, in quibus aliqua sit contractio: quod saepe factum est in nominibus *beneficium* et *maleficium*, ut apud Terentium in Eun. I. 2, 69.

*cupio dliquos parere amícos benefició meo.*

Alia ibi exempla Bentleius attulit, etsi ille falsus in eo, quod quattuor breves spondei loco esse vult, i. e. quod illud ipsum numeri vitium, de quo loquimur, non putat esse vitium. At Romani, ut *boni*, *mali*, *malum*, ita etiam *bene*, *male*, una syllaba pronunciabant, extrita, ut videtur, priore vocali. Ei rei fidem faciunt tales loci, ut hic Plauti in Mostell. I. 3, 29.

*equidém pol miror tám catam, tam dóctam te, et bene edúctam.*

Itaque *bneficium* pronunciari in istius modi versibus debet. Sed venio ad Graecos. Et, si ne Romani quidem pro duobus iambis dactylum atque anapaestum admiserunt, tanto magis a Graecis abiudicare hanc perversitatem debebimus. Idque post Dawesium fecerunt maxime Erfurdtius in libro, cui index est *Königsberger Archiv* 1812. P. III. p. 428. seqq. et nuper Meinekius in libello, cuius paullo ante mentio facta est, p. 14. seqq. Commemorabo potiora exempla. Atque in Aristoph. Pluto v. 204. veram lectionem *διέβαλ'* habet codex Mutinensis. In Ranis v. 551. *κατέφαγ'* exhibet cod. Ven. In Acharn. 18. *γε* delendum esse et ego pridem monueram, et antea, me ignaro, Porsonus. In eadem fabula v. 615.

οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν προὴν ποτέ,
ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,
ἅπαντες ἐξίστω παρήνουν οἱ φίλοι.

Hic praestat *ὑπ' ἐράνου τε καὶ χρεῶν* scribere, non quo

id idem sit, quod *ὑπέρ*, ut Erfurdtio l. c. p. 429. videbatur, sed ut cum verbo *ἐξίστω* coniungatur. Aliquod huius scripturae vestigium eruas ex scholio: *ὅτι αὐτοῖς οἱ φίλοι χθὲς καὶ πρώην συνεβούλευον καταχρέοις οὖσιν ὑπό τε ἐράνων καί ὀφλημάτων, ἐξίστασθαι τῆς οὐσίας, ὡς μὴ δυναμένοις ἀποδοῦναι.* Ibidem v. 733.

*ἀκούετον δή, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.*

Hic quoque valde probabilis est Car. Reisigii coniectura, *πότεχ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.* In Avibus v. 444.

*διατίθεμαι ἴγωγε. κατόμοσον νῦν ταῦτά μοι.*

Cod. Ven. et scholiastes, *διατίθεμ' ἐγώ*, unde cum crasi scribendum *διατίθεμαι 'γώ.* In Lysistr. v. 20.

*ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν γε τῶνδε προὐργιαίτερα.*

Deest *γε* in nonnullis codd. Hinc scribe:

*ἄλλ' ἕτερα τἄρ' ἦν τῶνδε προὐργιαίτερα.*

In Gerytadae fragmento IX. 2. metrum, simulque linguae leges laeduntur Toupii mutatione. Nostram emendationem,

*ἔτλη κατελθεῖν; ἕνα γὰρ ἀφ' ἑκάστης τέχνης*

recepit novissimus editor Athenaei. In fragm. Thesmoph. VIII. 2. revocanda lectio MS. *στρόφον.* Nonnullos in locos commutatae particulae *οὐ* et *οὐχὶ* hoc vitium intulere, ut in fragmentum Alexidis apud Athenaeum XIV. p. 642. C. quod emendavit Meinekius. Sic in Aristoph. Plut. 178. cum aliis codd. etiam Venetus et duo Mutinenses libri,

*ἡ ξυμμαχία δ' οὐχὶ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις;*

ubi non est dubium, quin *οὐ* scribendum sit, quae particula cum altera etiam in sequente versu, de quo supra diximus, permutata est. Ita meliores lectiones vitium illud expulere in Damoxeni versu apud Athenaeum p. 103. ubi ex codd. nunc editum, *παρατίθημι, μανθάνεις,* et in Eubuli fragmento apud eumdem scriptorem II. p. 36. D. ubi legendum esse,

*ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος, ὁ δ' ἕλατος χολῆς,*

et sic scriptum hunc versum afferri a Florente Christiano ad Aristoph. Vesp. 1384. observavit V. D. in *Critical Review* Ianuar. 1803. p. 5. seq. In aliis locis neminem latere potest corrigendi facilitas, ut in Antiphanis versu apud Athen. VI. p. 222. B. In Damoxeni loco apud Athenaeum III. p. 102. C.

*αἱ μεταβολαὶ γάρ, αἵ τε κινήσεις, κακὸν*
*ηλίβατον ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλοιώματα*
*ἐν ταῖς τροφαῖς ποιοῦσι,*

rectius fortasse *κακὰ ἠλίβατ' ἐν ἀνθρώποισιν* scribetur, quam delebitur *ἐν*. In eodem Damoxeni loco paullo ante,

*μᾶλλον δὲ κατέχοντα καταγέλα σύ γ' ὡς κενοῦ,*

de quo versu audaciorem coniecturam protuli in praefatione ad Dracon. Straton. p. 24. codd. non habent *σύ γ'*. Vnde rectius fortasse scribetur:

*διόπερ μάγειρον ὅταν ἴδῃς ἀγράμματον,*
*μὴ Δημόκριτόν τε πάντα διανενωκότα,*
*μᾶλλον δὲ κατέχοντ', εὖ καταγελᾶν ὡς κενοῦ;*
*καὶ τὸν Ἐπικούρου κάνονα, μισθώσας ἄφες.*

Nam etiam *μισθώσας* videtur defendi posse. In Antiphanis versu apud Athenaeum VI. p. 226. D.

*οὐχὶ μα Δία τιτθὰς εἰσάγουσι βασκάνους,*

nisi hic quoque *σὺ* pro *οὐχὶ* reponendum, nemo certe, si ordine verborum mutando facienda emendatio est, *τιτθὰς* loco moveri, quam *μὰ Δί' οὐχὶ* scribi malet. Alexidis versum ab eodem Athenaeo I. p. 22. F. allatum,

*ὃς δ' ἂν ἐς ἑτέραν ληφθῇ γ' ἀποστέλλων πόλιν,*

in quo libri *εἰς* habent, melius hac praepositione, quam particula *ἂν* delenda sanavisset Erfurdtius. Diphili locus apud Stobaeum Serm. XCV.

*πάντος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον,*
*τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ,*

ita restitui poterit, ut *γὰρ* deleatur, quum id a Stobaeo addi potuerit, si is fortasse versum, quo alter colloquen-

tium ad priorem huius sententiae partem responderat, omittendum putavit. Quamquam videndum, ne haec ex trochaicis versibus sumpta sint:

*πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον·*
*τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὖθις μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ.*

Graviore vitio affectus est Anaxandridae versus a Stobaeo Serm. XLI. allatus, in quo Brunckius in Poësi gnomica p. 184. addito *ὡς* falsos pedes intulerat:

*ὅστις λόγους γὰρ παρακαταθήκην ὡς λάβων.*

Fortasse scribendum,

*ὅστις λόγους παρακαταθήκην γὰρ λαβών,*

insolentiore particulae collocatione, de qua vide quos Schaeferus citavit in Melet. crit. p. 76. In Philetaeri loco apud Athenaeum XIII. p. 570. F.

*παῦσαι γέρων ὢν τοὺς τρόπους· οὐκ οἶσθ' ὅτι*
*οὐκ ἔστιν ἥδιστον ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα,*
*ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν Φορμίσιον,*

Toupius, qui sensum loci, ab aliis, quod mirere, parum perspectum, recte intellexit, *ἥδιστόν ἐστιν*, abiecta negatione, reponendum censebat: quae si non vera lectio est, certe proxime verum accedit. Novissimus editor Athenaei in indice Phormisium in meretricem transformavit. Anaxandridae fragmentum apud Athenaeum XIV. p. 655.

*οὐχὶ μανικόν ἐστιν ἐν οἰκίᾳ τρέφειν ταῶς,*

sola dispositione versuum corrigi potest:

*οὐχὶ μανικόν ἐστιν ἐν οἰκίᾳ*
*τρέφειν ταῶς, ἐξόν γε τοιούτους δύο*
*ἀγάλματ' ἀγοράσαι.*

Qua medela indiget etiam Eubuli locus, quem idem IV. p. 169. F. affert. Alium denique locum ex systemate dimetrorum apud Aristoph. Ach. 850. iam a Porsono sanatum habemus, teste Gaisfordio ad Heph. p. 245. Alios duo in eadem fabula in dimetris versus 1156. 1168. in quos Brunckius vitiosam lectionem intulit, ad libro-

rum fidem restituendos esse apertum est, monuitque etiam Meinekius.

24. Superest, quam supra segm. 19. tertiam posuimus formam, quae anapaesto continetur trochaei locum tenente, praegressa soluta arsi,



Haec forma, si pedes spectes, nihil plane differt ab ea, de qua modo diximus. Quumque proinde ipsa quoque proceleusmaticum pro trochaeo exhibeat, et a Latinis prorsus damnata fuerit, non est mirum, si una cum illa altera etiam a Graecis removenda videatur. Est tamen, quod me adduxerit, ut eam et ab illa seiunxerim, et Graecis concedendam esse putem, etsi exempla eius non multa inveniri fateor. Adnotavi haec: Aristoph. Nub. 663.

*ἀλεκτρυόνα, κατὰ ταυτὰ καὶ τὸν ἄρρενα.*

Ach. 47.

*ἀλλ' ἀθάνατος· ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν*

Ibid. 928.

*ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῇ φερόμενος.*

Pac. 246.

*ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.*

Av. 108.

*ποδαπὼ τὸ γένος; ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί.*

Eccles. 315.

*καὶ θοιμάτιον, ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν.*

In Nubium quidem versu, ut aliis in locis, in quibus *ἀλεκτρυόνα* et *ἀλεκτρυόνας* invenitur, fuerunt nuper, qui Porsono digitum intendente in suppl. praef. ad Hec. p. 42. ab Attica contractione auxilium peterent. Sed hoc qui faciunt, vellem exemplum contractionis in hac voce

factae attulissent, in qua, quod ego meminerim, semper communis forma usurpatur. Alia coniectura, cui tamen nunc diffido, a me prolata est in adnotatione ad Erfurdtii disputationem p. 431. In Pacis versu Erfurdtius p. 436. proponebat *ἰὼ Μέγαρ', ὦ Μέγαρ'*. At id in hoc loco, in quo ubique oratio eumdem colorem tenet, vereor ne non sit admittendum, quum paullo ante dictum sit,

*ἰὼ βροτοί, βροτοί, βροτοὶ πολυτλήμονες.*

Ob eamdem caussam probari non potest Porsoni coniectura in Advers. p. 242. *ὡς* omitti volentis, quam particulam tuentur v. 237. 243. 250. In Avium loco ne linguae quidem usus ferre videtur abiectionem articuli *αἱ*, quae a censore Britanno Aeschyli Bothiani, ut Erfurdtius p. 431. refert, commendata est. Acharnensium autem versus 47. et Eccles. v. 315. omnem videntur emendandi conatum ab se arcere. Quibus etiam alter ex Acharnensibus locus adnumerari debebit, si quidem is non, quia libri *φορούμενος* habent, suspectus est, de qua re dubitationem meam commemoravit Erfurdtius p. 432. seq. Sed quum ea audaciore mutatione opus habeat, malo nunc receptam a Brunckio lectionem sequi. Quae quum ita sint, in eam deductus sum opinionem, ut Graecos istam, quamvis prima specie pravam mensuram, certa lege non adspernatos esse credam. Quemadmodum enim in tragico trimetro vidimus, mutata caesura numerum mensuramque mutari, ita simile quid in comico trimetro, non quidem, ut illic, in quinto, sed in secundo pede factum esse arbitror. Cuius in pedis fine si caesura est, eaque non tantum fine vocabuli, sed sententiae fine atque posita interpunctione constituta, ita ut maiorem in recitando pausam fieri oporteat, videntur poëtae, si pes iste tribrachus esset, finito numero reliquam versus partem quasi a novo initio exorsi esse, ita ut isti tribracho eodem iure anapaestus, quo iambus, subiici posset, nec iam partes versus trochaico numero, in quo prava foret

ista mensura, cohaererent, sed utraque suo sibi proprio numero uteretur:



Ita ut sentiam, non modo illud me movet, quod in istis versibus omnibus caesura eo loco est: nam etiam in Nubium loco verba ita distinguenda puto:

*ὁρᾷς ἃ πάσχεις· τὴν τε θήλειαν καλεῖς*
*ἀλεκτρυόνα, κατὰ ταυτό, καὶ τὸν ἄῤῥενα·*

sed etiam haec tria aliquod momentum suspicioni nostrae addunt, primum, quod etiam in versu tetrametro iste in caesura tribrachus invenitur, atque ibi quidem, quia ipse versus pausam fieri postulat, etiam in media sententia; deinde, quod iidem pedes in fine et initio versuum numeri perpetuitate cohaerentium usurpantur, ut in Acharn. 404.

*Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον,*
*ὑπάκουσον, εἴπερ πώποτ' ἀνθρώπων τινί·*

denique quod similis ratio in legitimis anapaestis obtinet, in quibus quum proceleusmaticus pro anapaesto non recipiatur, tamen in dactylum exeunti dipodiae subiicere anapaestum poëtae non dubitant. Haec si, ut nobis videmur, non sine magna specie veritatis disputavimus, non temere mutabimus locos, a numeris excusationem, ab libris auctoritatem habentes. Nec profecto maiorem isti versus offensionem habent, quam quivis, in quorum primae dipodiae fine tribrachus caesuram facit, ut hic Epicharmi apud Athen. IX. p. 408. D.

*κιθάρα, τρίποδες, ἅρματα, τράπεζαι χάλκεαι.*

25. Spondeum in impari sede apud Graecos plane ferri non posse, non est quod moneam. Quod si qua huiusmodi exempla inveniuntur, ea maximam partem

iam correcta habemus, ut Eubuli apud Athenaeum I. p. 8. C. Anaxandridae p. 34. E. Diphili VI. p. 226. F. Machonis VIII. p. 341. B. quem locum etiam Porsonus emendavit in Advers. p. 103. Antiphanis VI. p. 225. E. Apollophanis XI. p. 467. F. Versus Alexidis II. p. 40. E. ita scribendi videntur:

*τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς*
*δεῖ ζῆν, φανεράν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ*
*ποιεῖν· ὁ γὰρ θεὸς δεδωκὼς ἀγαθά,*
*ὧν μὲν πεποίηκεν οἴεται χάριν τινὰ*
*ἔχειν ἑαυτῷ.*

Macho XIII. p. 578. D. fortasse ita scripserat:

*διὸ τῆς Μανίας τὸ ῥῆμ' ἐπεκτείνας δοκεῖ*
*καλέσαι τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν Μανίαν.*

Eiusdem versus p. 583. D. ita, nisi fallor, ex librorum indiciis restitui poterunt:

*πρὸς τὸν μετιόντα παῖδα, νῦν Πύθων, ἔφη,*
*ἐπεί τις ἤδη τῶν ὑείων ἐγένετο*
*διάμεστος, ἐπὶ ταῖγειον ἀνακάμπτει πάλιν;*

26. Observat Hephaestio p. 14. seq. (27. ed. Gaisf.) ioci caussa comicos aliquando vocabulum inter duos versus dividisse: in quam rem Eupolidis versibus utitur:

*ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ προ-*
*βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.*

Sed abutentem hac licentia Toupium castigavit Porsonus in appendice Emendat. in Suidam. T. IV. p. 501. locos quosdam hoc nomine vitiosos emendans. Videtur ille tamen Antiphanis locum apud Athen. VI. p. 224. D. audacius, quam opus erat, mutasse: in quo loco iure Schweighäuserus Iacobsii emendationem recepit. Alium locum, qui Eubuli est, indidem XI. p. 471. D. depromptum Gaisfordius addit p. 236. correctione eum indigere monens. Laborat eodem vitio Amphidis locus IV. p. 175. A.

27. De Romanis veteribus post ea, quae iam dicta sunt, vix opus est, ut quidquam adiiciam, nisi haec pauca, primo paullo minus saepe eos negligere caesuram eam, quae est in medio tertio pede, quam Graecos comicos: quod magis a natura linguae Latinae repetendum videtur, quam a poëtarum diligentia. Non enim amant Latini voces in ultima syllaba ictu notare, nisi in primis et postremis senarii pedibus, etsi ne in hac quidem re ubique sibi constant. Sed haec pluribus disputata sunt a Bentleio, tum in schediasmate de metris Terentianis, tum in adnotationibus ad illum scriptorem. Deinde vero spondeum a Latinis veteribus in omnes trimetri locos, praeter ultimum, receptos esse, res est notissima. Curarunt illi tamen, ut plerumque minus durus ad aures accideret spondeus iste. Hinc illud in primis caverunt, ne accentus vocabulorum, in quibus spondeus est aliquem e paribus locis tenens, cum ictu pugnaret. Itaque raro invenias versum, qualis hic Ennii est,

*palám mutire plébeio piáculum est.*

Recteque Bentleius ad Ter. Adelph. IV. 2, 52. in Plauti Milite II. 6, 22. ubi vulgo legitur,

*nisi míhi supplicium vírgarum de té datur,*

*virgeum*, probatum etiam ab Reizio, reponi iussit. Denique in ultimo pede haud facile reperias talem iambum, qui extrita litera *s* finali nascatur, nisi in talibus formulis, ut *sanun'es*. In Plauti Asinaria I. 1, 45. ubi Reizio legendum videbatur,

*verúm meam uxorem, Líbane, nescìs quáli' sit,*

libri veteres omnes *quális siet*. Hinc scribendum, *scis qualis siet*. Sic etiam apud Terentium Hec. III. 1, 54. libri *siet*: quo minus dubium est, versum non fuisse ita, *auctus sit*, terminatum, ut Faërno Bentleioque placebat. Scribe, omisso *morbus*, quod interpretis est,

*capiti átque aetati illórum, qui iam auctús siet.*

Intulit hoc vitium Bentleius in Eun. II. 3, 11. De versu,

qui est in Hecyra V. 1, 4. infra dicetur cap. XVIII. 12. In Plauti Asinaria II. 2, 20. ubi vulgo, *ne quam fraudem frausus siet*, scribe,

*nón placet: metuo ín commune fraúdem quam*
*frausús siet.*

Omninoque correptiones, quae negligentiae communis pronunciationis debentur, ab ultimo pede videntur alienae esse. Idemque dictum volo de omni genere versuum, qui in pedem Creticum exeunt.

---

## CAP. XV.

### *De iambico trimetro claudo.*

1. Iambographi, Ananius atque Hipponax, trimetrum usurparunt claudum, quem Graeci σκάζοντα vocant. Dicitur etiam Hipponacteus. Habet is ultimam dipodiam antispastum, ut trochaicus claudus, de quo supra cap. VIII. dictum est:

⏑ — ´ — ´ ⏑

Caditque in hunc quoque versum, quod de trochaico illo adnotavimus, elegantiorem eum esse, si quintus pes purus iambus est, quia longa syllaba in tam brevis ordinis anacrusi parum apta est. Itaque qui elegantiae operam dederunt, eum pedem constanter iambum servarunt, ut Catullus. Hipponax autem aliique Graeci non raro spondeum admisere, quo facto metrum illud a Graecis vocatum est *ἰσχιορρώγικόν*. Grammaticus MS. in bibliotheca Bernensi et in MS. Harl. apud Tyrwhittum in diss. de Babrio p. 17. ed. Erlang. *τοῦ δὲ Ἱππωνακτίου (γνώρισμα) τὸ δέχεσθαι ἐν τῇ ς΄ χώρᾳ σπονδεῖον ἢ τροχαῖον· διὸ καὶ χωλαίνειν δοκεῖ κατὰ τὴν βάσιν, ὑπερκατάληκτον ταύτην ἔχον.* (satis mire hoc dictum) *τοῦ δὲ Ἀνανίου, τὸ ἀπὸ τοῦ δευτέρου ποδὸς μέχρι τέλους πέντε συλλαβὰς ἔχειν καὶ*

ταύτας μακρᾶς. διὸ καὶ ἰσχιορρωγικὸν ὁ στίχος οὗτος λέγεται, διὰ τὸ μὴ κατὰ τὸ τέλος πάσχειν τὴν χώλανσιν, ὡς ὁ τοῦ Ἱππώνακτος, ἀλλ' ἀνωτέρω ἀπὸ τῆς δ' χώρας. Theocritus:

ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππώναξ κεῖται,
εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ.

Quos versus nemo non videt multo duriores esse, quam si purus iambus quintum locum tenet, ut in hoc Hipponactis:

ὡς οἱ μὲν ἄγειν Βουπάλῳ κατηρῶντο.

Hoc genere metri etiam Babrii fabulae scriptae erant, quorum aliquot adhuc in Aesopeis delitescere, nuper a viris doctis animadversum est.

2. Exempla Hipponactis aliorumque non pauca dedit Gaisfordius ad Hephaest. p. 251. seqq. in quibus tamen quaedam adhuc emendatione indigent. Et in Hipponactis quidem versu apud Stob. XV. p. 129. Grot.

χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός,

nescio an scribendum sit μηδ' ἑείς. Eiusdem versus est Tzetz. ad Lycophr. 425.

Μιμνῆ κακομήχανε, μηκέτι γράψῃς.

Trium codicum scriptura κατωμήχανε monet, ut scribamus:

Μιμνῆ κατωμυχαῖε, μηκέτι γράψῃς.

In Parmenonis versu apud Athen. V. p. 221. A.

Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων,

Gaisfordius scribendum putat μηδέ, Meinekius in Curis criticis p. 23. κοὐδέ. Hic quidem vide ne hiatus a caesura cum interpunctione coniuncta excusationem habeat. Comparari potest, de quo supra dictum lib. I. cap. 10, 7. p. 49. Sophoclis locus in Electra v. 818.

3. Colligimus autem ex tot exemplis horum versuum, quae servata sunt, non aliis pedibus locum esse,

quam qui proprii sunt iambographorum. Nam praeter spondeum in imparibus locis, nihil nisi solutam arsin hic illic deprehendimus. Et rarius quidem in quarto pede, ut in Phoenicis Colophonii versibus apud Athenaeum XII. p. 530. E.

οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν.
ὡς δ' ἀπέθαν' Ὠνήρ, πᾶσι κατέλιπεν ῥῆσιν.

In quinto autem sextoque pede credibile est, a solutione eos plane abstinuisse. Quo magis mirum est, quod Heliodorus grammaticus apud Priscianum p. 1327. dicit: Ἱππώναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. Qui ibi afferuntur Hipponactis versus,

ἐρέω γὰρ οὕτω, Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ,
τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη πάλαι ῥεῖπε,

quorum in priore diserte dicit Priscianus quartum et quintum pedem dactylos, in altero autem secundum spondeum, quartum dactylum esse, quis tam perversis numeris ab Hipponacte scriptos, ac non potius Heliodorum corrupto codice usum sibi persuadebit? Certe in posteriore versu in promptu est scriptum fuisse:

τοὺς ἀνέρας τούτους δύη πάλαι λεῖπε,

nisi in postremo verbo aliud quid latet. Idem Heliodorus auctor fuerat, Hipponactem trimetros puros choliambis miscuisse, hoc usus exemplo,

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
ἐπεύχομαί τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

Quorum versuum priorem etiam Tzetzes affert ad Lycophr. 855. ubi *Μαιάδος* legitur. Prisciani lectionem servavit Valesius ad Harpocr. p. 47. emendavit, sed non feliciter, Ios. Scaliger in libello de re nummaria p. 27. (sive in Gronovii Thes. vol. IX. p. 1513.) Non magis ego hoc versu moveor, ut puros trimetros Hipponactem choliambis inseruisse credam, quam illo exemplo, quod Tzetzes ad Hesiod. p. 82. et ad Lycophr. p. 579. affert,

*ὀλίγα φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.*

Sed viderit de his, si quis, quod optandum est ut fiat, fragmenta Hipponactis colliget. In alio versu, quem eodem ad Lycophronem loco affert Tzetzes, *μάρτυσσιν* scribendum esse, iam supra indicavimus. Apud Pollucem X. 19. ubi *ἔχει* vulgo, scribe,

*ἀκήρατον δὲ τὴν ἀπαρτίαν ἴσχει.*

Phoenicis Colophonii versum apud Athen. XII. p. 530. E.

*ἀνὴρ Νίνος τις ἐγένεθ', ὡς ἐγὼ κλύω,*

choliambum esse monuit Meinekius in Curis criticis p. 54.

4. Anapaestum in primo pede nonnumquam in Babrii fabulis inveniri licet, veluti in ea, quam Tyrwhittus ex MS. Harleiano in Postscripto dissertationis de Babrio edidit.

5. Tragici, etsi interdum in iambicis metris antispastica catalexi utuntur, tamen hunc trimetrum a tragoedia alienum iudicarunt. Neque comici eo usi sunt, nisi forte singulari de caussa, ut Eupolis in *Βάπταις*, ad Hipponactis verba alludens, de qua re supra dictum est lib. I. cap. 10, 7. Ex duobus aliis locis Hipponacteum metrum removeri iussit Meinekius in Curis criticis p. 61. qui sunt ap. Sextum Empir. p. 713. et in Schol. Ven. ad Iliad. *α*. 216. Sed in hoc festinantius. Schol. Ven. *τί χρῇ τοῦτο.* Schol. Wassenb. *τί τοῦτο χρῇ.* Scribe:

*ἰδοὺ κάτοπτρον· εἰπέ μοι, τούτῳ τί χρῇ.*

## CAP. XVI.

### *De iambico tetrametro catalectico.*

1. Ex tetrametris a Graecis maxime probatus est catalecticus, in quo versu magna hilaritas est: quare comoedia eum amat, tragoedia autem repudiavit. Caesuram ille habet, ut par est, in fine quarti pedis. Exemplum posuit Hephaestio p. 16. et scholiastes cuius p. 86. hoc Hipponactis, citatum etiam a scholiasta Aristoph. ad Plut. 253.

*εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα.*

Caesuram saepe negligunt comici. Caeterum illi in hoc versu aliquanto maiore modestia, quam in trimetro, usi sunt, sive solutiones, sive admissionem anapaesti spectes: cuius rei caussa est divisio in duas pene aequales partes, quae etiam Bentleium movit, ut, quum caeteros versus iambicos per trochaicas dipodias incedere intelligeret, in hoc solo iambicas servari vellet. Dicam de singulis.

2. Solutio rara est in quarto pede, ut apud Aristophanem in Thesm. 567. Ran. 942.

*ἀλλ' ἐκκοπιῶ σου τὰς τοπάκας. οὔποτε μὰ Δία σύ γ' ἄψει.*

*πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γέ τινα καθεῖσεν ἐγκαλύψας.*

Hephaestio etiam in quinto pede, sed raro, tribrachum inveniri scribit: quod ille si idonea auctoritate motus dixit, perraro id factum sit necesse est, quum hodie vix huiusmodi exemplum iuveniatur. Nam in Aristoph. Eq. 342. recte vulgo est:

*τῷ καὶ πεποιθὼς ἀξιοῖς λέγειν ἐναντίον μου,*

ubi Brunckius *ἐναντίον ἐμοῦ* edidit. Sed ad quartum pedem quod attinet, in eo quia caesura est, etiam tum admissa videtur solutio, si quintus pes anapaestus esset: Aristophanes Nub. 1063.

πολλοῖς· ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε διὰ τοῦτο τὴν μάχαιραν,

quem versum, si vera sunt, quae supra cap. XIV. 24. disputavimus, non recte videtur mutasse Porsonus in Suppl. praef. ad Hecub. p. 41.

3. Anapaesto, ex Porsoni sententia ibidem p. 39. seqq. in quarto et septimo pede non est locus, nisi in nomine proprio, ut apud Aristophanem Ran. 943. Thesm. 554.

Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς.
ἐγένετο Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε, Πηνελόπην τε.

Quare in Thesmoph. 560. ubi vulgo,

οὐδ' ὡς τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνὴ κατεσκόδησεν,

scribi iubet, duce Suida in v. κατεσκόδησεν,

οὐδ' ὡς ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσκόδησεν.

Recteque idem emendare videtur Ran. 930. ubi cod. Ven. ῥᾳδ' ἦν. Eq. 421. Sed in Ran. 932. 937.

τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις,
οὐχ ἱππαλεκτρυόνας, μὰ Δί', οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σύ,

Nub. 1427.

σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί,

quum, ut supra dixi, nesciam, qua auctoritate Attica contractio admittatur, videndum, ne, ut in γενύων apud Pindarum, in δυοῖν apud Sophoclem, in Ἐριννύων apud Euripidem, in κυανώπιδες apud Aeschylum, de quibus formis dixi p. 53. synizesis potius adhibenda sit. Etsi ἱππαλεκτρυόνα certe eamdem fere, quam nomen proprium, licentiam habere potuit. In Nub. 1359.

οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρὴν σ' ἄρα τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι,

Bentleio accedit Porsonus, ἄρα delenti: quae particula

tamen hic perelegans est. Lectori corrigendum relinquit versum in Ὧραις apud Athen. IX. p. 372.

ὑρισσοὺς δ' ἴδοις ἂν νιφομένους σύκων ὁμοῦ τε μύρτων,

ubi in Advers. p. 109. ὑριχούς, nihil amplius, correxerat. Sed fortasse anapaesti isti in quarto pede non sunt plane damnandi. Nam quum locus ille non sit talis, qui anapaestum prorsus excludat, ut ultimus pes trimetri, vereor ne nimium severi simus, si, quod potuit tamen fieri, ob hanc solam caussam, quia rarissime factum videmus, non esse omnino factum contendamus. Addam huic disputationi locum Platonis ab Athenaeo in principio libri XV. p. 665. B. C. D. allatum, qui et anapaestum in quarta sede, et duos spondeos in paribus locis habet: qui ut aperte vitiosi sunt, ita anapaestus quoque removendus ex ista sede videtur. Recepta in tertio versu emendatione Iacobsii, reliqua videant alii an sic fere constituenda sint:

ἄνδρες δεδειπνήκασιν ἤδη σχεδὸν ἅπαντες. εὖγε,
τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; ἐγὼ δὲ
νίπτρον παρέχων εἰσέρχομαι. κἀγὼ δὲ παρακορήσων.
σπονδὰς ἔπειτα παραχέας, τὸν κότταβον παροίσω.
τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη πρὸ χειρὸς εἶναι,
καὶ προσαναφυσᾶν. τὸ μύρον ἤδη παράχεον βαδίζων,
Αἰγύπτιον, κᾆτ' ἴρινον· στέφανον δ' ἔπειθ' ἑκάστῳ
δώσω φέρων τῶν ξυμποτῶν. νέοκρατά τις ποιείτω.
καὶ δὴ κέκραται. κᾆτα τὸν λιβανωτὸν ἐπίθες. εἶπε,
ποῦ δ' ἡμὶν ἤδη γέγονε; καὶ πίνοντές εἰσι πόρρω·
καὶ σκόλιον ᾖσται, κότταβος δ' ἐξοίχεται θύραζε.
αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
μελίζεται τοῖς ξυμπόταις· κἄλλην τρίγωνον εἶδον
ἔχουσαν, εἶτ' ἦδεν πρὸς αὐτὸ μέλος Ἰωνικόν τι.

In septimo pede, qui, ut in fine numeri, maiorem curam requirit, non puto anapaestum, nisi in nomine proprio, admissum esse.

4. Dicatur nunc de Latinis. Ac Varro hunc versum ab numero pedum, quos integros habet, septenarium vocavit, testibus Diomede p. 514. et Rufino p. 2706. eumdemque comicum quadratum, ut idem Rufinus p. 2707. refert. Ex quo verisimile est, ne Latinos quidem tragicos hoc versu usos esse: idque confimare fragmenta videntur. Saepe vero invenitur apud comicos, plerumque per integras scenas continuatus, rarius aliis mixtus versibus.

5. Sed priusquam de pedibus, quibus usi sunt Latini, dicatur, monendum est, eos hunc versum voluisse asynartetum esse. Quare in caesura, quam fere diligentius, quam Graeci observant, et brevem syllabam et hiatum admisere, sed, quam libro I. cap. 6, 3. naturam esse asynartetorum indicavimus, ut promiscue etiam *συναφειαν*, quae vocatur, adhiberent. Et, nisi fallor, iam Varro asynartetos esse hos versus docuerat, de quo Rufinus p. 2706. ita scribit: *Diomedes sic: septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, quum ad iambum trisyllabus pes additur, et fit tale,*

*quid immerentibus noces? quid invides amicis?*

*Similiter in Terentio versus est,*

*nam si remittent quidpiam Philumenam dolores.*

*Et in Plauto saepe tales reperiuntur. Varro de lingua Latina ad Marcellum sic: quare in huiusmodi locis poni oportet notam in transversum inter syllabas, frequentius ad extremum versum senarium et similes, si pro longa brevem habebunt, ut in hoc,*

*amicus summus meus et popularis Geta.* —

Et Plautus quidem, ut in iambicis octonariis, aliisque versibus, ita etiam in septenariis saepissime usus est illa asynartetorum libertate. De plurimis exemplis duo attulisse satis habeo trium continuorum versuum, in Asinaria III. 3, 61.

*sed si tibi vigintí minae argénti proferéntur,*
*quo nós vocabis nómine? libértos. non patrónos?*
*id pótius: vigintí minae hic ínsunt in crumína.*

et v. 84.

*nimis bélla es atque amábilis: et si hóc esset*
*meum hódie,*
*numquám me orares quín darem: illúm te*
*orare méliust.*
*illic hánc mihi servandám dedit. i sáne bella*
*bélle.*

Terentium quoque, et recte, mea sententia, id fecisse Faërnus putabat. Etsi facile crediderim, eum parcius hac licentia usum esse. Qua si in trochaicis septenariis ille abstinuit, non mirabor, quum in his hiatus rude quiddam habere videatur, quia in thesi fit. In iambicis versibus autem, ubi arsis vocem erigit, multo minor offensio est. Itaque vereor ne Bentleius, qui aliter statuebat, ut ad Eun. II. 2, 36. Hec. V. 2, 18. dicit, aliquot versus aut non recte mensus sit, aut praeter necessitatem emendarit. Vbi anapaestus caesuram sequitur, interdum ambiguum est, pyrrhichius sit quartus pes, an tribrachus, ut in his locis, in Hec. II. 2, 1. III. 1, 45. V. 2, 22. Phorm. V. 3, 1.

*etsí scio ego, Philúmena, meum iús esse ut*
*te cógam.*
*quonám modo, Philúmena mea, núnc te of-*
*fendam affectam.*
*eo, etsí scio pol hís fore meum cónspectum*
*invisum hódie.*
*agedum, út soles, Nausístrata: fac illa út*
*placetur nóbis.*

Verum quis non videt, multo elegantiores esse hos versus, si pyrrhichium, quam si tribrachum in quarta sede ponimus? Atque ut confirmem, quod dixi, non satis caute versatum esse Bentleium in hoc genere, quis ma-

let, quod ille fieri iubet in Hec. V. 2, 21. verbum *i* non colliquescere cum sequente voce, quam non elidi ultimam praecedentis vocabuli:

*ob eám rem vin ergo introeam? L. i, atque*
*éxple iis animum, ut crédant.*

aut quis V. 3, 32. mutatione indigere putabit librorum lectionem:

*eám cognovit My'rrhina in dígito modo me habéntem.*

Sic etiam in Eunucho II. 2, 36. praestabat, opinor, non aliud adhibere remedium, quam inserere usitatum in ista formula *hic*,

*sed Pármenonem ante óstium hic Thaídis tristem vídeo.*

Neque in Hec. V. 1, 15. quidquam mutandum erat:

*est mágna ecastor grátia, de istác re quam*
*tibi hábeam.*

Caeterum facile apparet, in primis in nominibus propriis Terentium ista forma usum esse.

6. Ad mensuram quod attinet, non opus est, ut moneamus, et spondeum in paribus locis recipi, et anapaestum pro iambo positum inveniri, et, ea ratione, quam in trimetro explicuimus, proceleusmaticum quoque pro iambo admitti, modo ista omnia pronunciationem habeant facilem et a naturali verborum sono non nimis abhorrentem. Quamquam in hoc versus genere fere maior elegantia, quam in octonariis invenitur, quod aequabilitati debetur, quam caesurae observatio affert. Sed de duobus tamen locis dicendum distinctius, de quarto pede, et de septimo.

7. Et in quarto quidem pede neque anapaestum nec spondeum ferendum iudicavit Bentleius ad Hec. II. 2, 10. festinantius, opinor, et re non ex omni parte considera-

ta. Nam ipse ea in sede et anapaestum et proceleusmaticum esse sivit, recte, mea sententia, utrumque, in his versibus, Eun. III. 5, 55. et Hec. V. 2, 24.

*satin éxplorata sínt. video esse. péssulum ostio óbdo.*

*at haéc amicae erúnt, ubi, quamobrem advéneris, resciscent.*

Nempe non attendit vir summus ad id, quod in hac re velut uno ictu controversiam dirimit, caesuram dico. Nam ubi in fine quarti pedis caesura est, non potest non et spondeus et anapaestus vehementer displicere, quia utervis horum pedum manifestam reddit numeri pravitatem, ut apud Plautum in Asin. III. 2, 10.

*id vírtute huius cóllegae meáque comitáte factum ést; qui me vir fórtior est ad súfferendas plágas,*

et apud Terentium in Hec. III. 2, 10.

*tum fílius tuus íntroiit, vidére, ut venit, quíd agat.*

Quare in Plautinis versibus fortasse lenissimum erit remedium, utroque *est* in sequente versu sublato, *collegae est* scribere, quo facto constat syllabam, quae ante elisionem est, parum a brevi distare. In Terentio autem *introiit* pronunciatur tamquam si divisim scriptum esset *intro iit*, ut *intro eam* in Hec. V. 2, 21. quem versum supra attulimus. Non minus pravus est anapaestus, si verbum finitur ante ultimam anapaesti syllabam, quia tum ipsa verbi forma lectorem invitat ut in iambo caesuram faciat, quod fieri tamen sequentia prohibent, ut in Plauti Rudente II. 1, 15.

*nisi quíd concharum cápsimus. incoenáti sumus profécto.*

Itaque recte ibi Reizius edidit *coenati*. At ubi usitata illa in quarto pede caesura neglecta est, verbumque ultra illum pedem procedit, ibi, quia vox non requiescit, sed

ultra properat, nulla neque in spondeo neque in anapaesto offensio est. Itaque iniuria queritur Bentleius ad Hec. II. 2, 12. V. 2, 14. quod veteres correctores saepe vitia intulerint. In priore loco haec verba sunt:

*aut éa refellendo aút purgando vóbis corrigémus.*

Quod absurdissimum dicit Bentleius, *purgando* primam corripere, tum verum foret, si prior pars versus talis esset:

*nunc éa refellis aút purgas;*

nunc autem, numero longius procedente, nequaquam verum est. Aliquam offensionem habet alter locus:

*missam íram faciet: sín autem est ob eám rem iratus gnátus.*

Quum non placeat *item*, quod Bentleius posuit, videndum puto, ne, ut *concede huc*, *secede huc* propter elisionem pro Cretico sunt, ita idem fiat in verbis, *sin autem est.* Non magis haec in Hecyra V. 3, 34. 36. mutatione indigebant:

*Philúmenam esse cómpressam ab eo, et fílium inde hunc nátum.*

*et si hóc meretrices áliae nolunt. néque enim est in rem nóstram.*

Neque in Phormione V. 3, 11.

*ut póssis cum illa: né te adulescens múlier defetíget.*

Sed in Hecyra V. 2, 9. quod legitur,

*opórtet: quod si pérficio non poénitet me fámae*

iure correxit Bentleius, etsi dubitari potest, an praestet aliter corrigi. Non sunt anapaesti *redíit*, *abiit*, contractis ultimis syllabis in Plauti Asin. II. 3, 15. Rud. II. 2, 19. Vitiosos anapaestos tolle in his locis. In Plauti As. III. 3, 96. scribe *iube* pro *iube sis*. Codd. *iubes*. In Mil. IV. 6, 50. ubi codd. *nescio tu me ex hoc audieris*, corrige:

*nescío tu ex hoc me audíveris, an nón: nepos*
*sum Véneris.*

In Poenulo V. 4, 75. scribendum:

*ei praédicabo, quómodo vos fúrta facitis múlta,*
*quoqué modo huiusce fílias apud vós habetis*
*sérvas.*

*Habetis* ibi V. C. et MS. Lips. In eadem scena v. 103. *exempla*, ab interprete ex praecedente versu additum, eiici debet. In Rud. III. 3, 19. versus non est iambicus. Iambici septenarii a v. 20. incipiunt. In Truculento I. 2, 104. vitiatam lectionem ita ad codicum ductum corrige:

*nam tu édepol noster és: sed i iam núnc, Di-*
*narche. quám mox*

Sed afferamus aliquot alia exempla versuum non sollicitandorum. Plautus in Rud. II. 2, 12. 3, 55. III. 3, 38.

*tortís supercíliís, contracta frónte, fraudu-*
*léntum.*

*sed dúce me ad illam. ubiést? i sane in Vé-*
*neris fanum huc íntro.*

*ne invísas habeas, néve idcirco nóbis vitio*
*vórtas.*

Et ita dactylus etiam in quarta sede recte collocatur, ut in Curcul. IV. 2, 7.

*et núnc idem dico. ét commeminisse haéc ego*
*volám te.*

Ita ibi cod. Lips. verba ordinat. In Asinaria III. 2, 36. scribendum videtur:

*nimis aégre risu mé continui, ubi hóspitem*
*inclamávit.*

Nam anapaestus, quem librorum lectio praebet *risum continui*, non videtur ferendus esse. Sed in Persa II. 5, 13. cum cod. Lipsiensi omittendum est *nam*. Idem codex bene removet alium anapaestum in Truc. II. 1, 12. male tamen *ita* omittens et *factum* praebens:

*si egét, necesse est nós pati in víta: ita aequum fáctu est.*

Spondeum male introduxerunt librarii in Asin. II. 4, 65. ubi dele *nunc*. In eadem fabula III. 3, 140.

*nec quíd dicatis, néc me cur ludátis scire póssum,*

Reizio placebat *meve cur*. Mihi hic locus in iis videtur esse, qui iure credi possint transpositione vitiati esse,

*nec quíd dicatis, scíre, nec me cúr ludatis, póssum.*

Etsi videndum, ne vulgata aliquam ab enclitico *me* excusationem habeat. Omninoque Plautus interdum aperte duros atque asperos versus sibi indulsit. In Milite III. 3, 45. elegans est Reizii coniectura,

*assúnt fabri architéctonesque a me, á te haud imperíti,*

ad quam firmandam adscripsit Most. III. 2, 73. In Milite IV. 6, 57. scribendum videtur:

*levándum morbum múlieri video. út tremit atque extímuit,*
*postquám ted adspexít. viri quoque dírmati idem istuc fáciunt.*

In Poenulo V. 4, 97. repone *prima* pro *primum*. In Persa II. 4, 20. mutilum versum *inest* scribendo corrigas. In Milite quoque IV. 6, 8. ne quis in integrando versu laboret, moneo veram lectionem in cod. Lips. inveniri, *ó, fortunata mulier es*. In Poenulo V. 4, 83. scribe,

*nunc quód boni di dánt mihi, vobís, vostraeque mátri.*

Cod. Lips. hoc ordine, *di mihi dant*. In Rud. V. 2, 24. vide ne scribendum sit:

*quid réffert, qui periít? tamen si hoc áliud fabulémur?*

8. Sed operae pretium est animadvertere, etiam ubi in fine quarti pedis caesura est, non ita purum esse hunc

pedem, ut eum, qui ultimus est in versibus acatalectis. Nam et extrita littera *s*, et aliis modis fit, qui etsi iambum esse hunc pedem non prohibent, tamen faciunt, ut non tam nitidus sit et citus, quam ille postremus acatalectorum. Sic Plautus in Asin. II. 4, 21.

*nihil ést: tamquam si claúdus sim, cum fúste*
*est ambulándum.*

Mil. IV. 6, 16.

*spero íta futurum, quámquam illum multaé*
*sibi expetéssunt.*

et v. 63.

*quia aedés dotales húius sunt. itane? íta pol.*
*dic domum íre.*

Ita enim scribendus hic versus videtur. *Quia* interdum in unam syllabam contrahi videtur, unde recte fortasse libri apud Terentium Hec. V. 2, 18.

*quid mi ístaec narras? án quia non tute ípse*
*dudum audísti.*

Pro *dic* cod. Lips. et ed. Carpent. *dicam*. In Truculento I. 2, 52. 61. 85.

*procáciores éstis vos, sed illí periuriósi.*
*sed blánde quum illuc, quód apud vos nunc*
*ést, apud me habérem.*
*per témpus subvenístis. sed quid áis, Astaphi-*
*um? quíd vis.*

Ita Pareus edidit. Vulgo *subvenístis mihi*, quod est etiam in cod. Lips.

9. Dicamus nunc de septimo pede. In eo spondeum ab Latinis admitti, ita pervulgatum est, ut exemplis non opus sit. Rarior est anapaestus, qui ne offensionem haberet, operam dederunt, ut hic pes non ex pluribus verbis constaret, sed uno comprehenderetur. Terentius in Andr. IV. 2, 6. Eun. IV. 6, 15. Adelph. IV. 5, 78. Hec. V. 2, 12.

*sicíne me atque illam operá tua nunc míseros sollicitári?*
*abi tú, cistellam, Pýthias, domo éffer cum monuméntis.*
*sed césso ire intro, né morae meis núptiis egomét sim?*
*nobís in re ipsa invénimus: porro hínc nunc experiámur.*

Quare apud Plautum Pers. II. 4, 9. scribendum videtur:

*servam óperam, linguam líberam herús me habere iússit,*

ubi vulgo *iussit habere.* Quum autem ultimam arsin Latini in hoc pariter atque in aliis trochaeo terminatis versibus saepissime solvant, facile intelligitur, nec dactylum eos a septimo pede arcere, quin saepissime eo uti: quare ne huius quidem rei exempla congerere opus videtur; neque vero excludere proceleusmaticum. Et hic quidem pes aliquanto rarior est. Sic Plautus in Asin. II. 4, 24.

*dormítis intereá domi, atque herus in hara, haud aedibus hábitat.*

Terentius Heaut. IV, 4, 15.

*iube máneat. i. quin ést paratum argéntum. quin ego hic máneo.*

Sed vix huc referas V. 2, 49.

*eum míhi precatorém paro: seni nóstro nil fidei hábeo.*

Turpis versus est in Hecyra V. 1, 16.

*nam quí post factam iniúriam se expúrget, parum mi prósit.*

Scribendum videtur:

*nam quí post factam iniúriam purgét, parum mihi prósit.*

Libri *mihi*, quod propter celeritatem pronunciationis multo elegantius est, quam ponderosum illud Bentleii *mi*.

---

## CAP. XVII.

### *De iambicis tetrametris acatalectis.*

1. Versum iambicum tetrametrum acatalectum Rufinus p. 2712. aliique a Boisco quodam inventum narrant, eiusque epigramma afferunt,

*Βοΐσκος ὁ ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς πόνημάτος,*
*τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον.*

Hephaestio Alcaeum auctorem adhibet,

*δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.*

Tragici Graecorum et comici non sunt hoc metro usi. Nam si quae fragmenta inveniuntur, quae huc referenda videri possint, ut Aristophanis illud in Daedalo apud Photium v. *ὄνου σκιά*,

*περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ὁ πόλεμος νῦν ἐστί; περὶ ὄνου σκιᾶς,*

ea nemo non videt, ex trimetris potius vel dimetris petita esse.

2. Tanto frequentior hic versus apud Romanos est. Et Bentleius quidem ad Cic. Q. Tusc. I. 44. II. 15. tragicos Romanorum negat hoc metro usos esse, nulla tamen ratione allata; eaque opinione captus, etiam qui apertissime octonarii iambici sunt, audacter nec sine violentia in trochaicos mutat. Nos certum putamus, tragicos Romanos, ut in mensura syllabarum eamdem, quam comici, viam tenuerunt, ita idem in metri electione fecisse, nisi si metrum natura sua a tragoedia alienum esset. Itaque quum recte iambico septenario abstinuisse videantur, octonarium, in quo et gravitas magna, et

multum motus inest, non repudiandum iudicarunt. Non dubia exempla sunt haec: apud Cic. Q. Tusc. II. 16.

*o Pátrocles, ad vós adveniens, aúxilium et vestrás manus*
*petó, priusquam oppetám malam pestém, datam hostilí manu,*
*seu sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere,*
*seu quá sapientiá magis vestra mórs devitarí potest.*
*namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus.*
*non pótest accedi.*

Et mox,

*qui álteri exitiúm parat,*
*eum scíre oportet, sibi paratum, péstem ut participét parem.*

Item. IV. 23.

*nam fácinus fecit máximum, quum Dánais inclinántibus*
*summám rem perfecít manu, restítuit praelium insániens.*

Attius in Astyanacte:

*quórúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis.*

Et ibidem,

*proptér te tot tantásque habemus vástitates fúnerum.*

Idem in Bacchis,

*tunc sílvestres exúvias laevo pictas lateri accómmodant.*

Et in Medea,

*tun día Medea és, cuius aditum exspéctans pervixi úsque adhuc.*

2. Caesuram hic versus aut in fine quarti pedis habet, aut in medio quinto pede. Ac facile intelligitur, eam caesuram, quae in fine pedis est, quoniam versum in duas aequales partes dirimit, minus gravitatis, quam alteram, habere, eoque comoediae magis, quam tragoediae aptam esse. Itaque credibile est, id quod etiam ex his, quae modo attuli, fragmentis colligi potest, tragicos magis in medio quinto pede, quam in quarti pedis fine, incidere solitos fuisse. Ad eumque morem Terentius quoque se composuit, quum Plautus plerumque in duas aequales partes versum dividat. Saepe tamen omnis caesura negligitur.

3. Plautina illa divisio huius versus fecit, ut hoc quoque metrum asynartetum haberetur. Ita ille in Amphitr. III. 4, 5. 8. 16. 17.

*ille návem salvam núnciat, aut írati adventúm senis.*
*patér vocat me, eúm sequor, eius dícto imperio sum aúdiens.*
*capiám coronam mi ín caput, assímulabo me esse ébrium,*
*atque ílluc sursum escéndero: inde óptume aspellám virum.*

Bacch. IV. 9, 9.

*o Tróia, o patria, o Pérgamum, o Príame, periistí, senex.*

et sic saepissime. Apud Terentium autem, quoniam is fere altera caesura, quae in quarta thesi est, utitur, non potuit hic versus asynartetorum legem sequi. Nec Terentius, sicubi in quarta arsi caesuram fecit, eam licentiam videtur admisisse, nisi forte correctores nobis fraudem fecerunt.

4. Ad mensuram quod attinet, eadem, quae de catalectico diximus, in hunc quoque versum quadrant.

Nam solus, de quo aliqua quaestio moveri potest, quartus pes est, quem nemo non videt, si caesura in fine eius est, eodem modo debere comparatum esse, ut in catalectico, caesuram eamdem habente. Itaque nec spondeo locus est, neque anapaesto, multoque minus dactylo. Apud Plautum Epid. I. 1, 40.

*patrém videre sé non volt etiám nunc. quapro-*
*ptér? scies,*

scribe *nevolt*, quo ducit codicum lectio *senem*. Ibidem v. 26.

*lictóres duo, duo víminei fascés virgarum.*
*vaé tibi,*

metro apta est lectio cod. tertii Pal. *viminum*: sed magis tamen placet, quod quidam coniecerunt, *ulmei*. In Amph. III. 4, 11.

*si quíd patri volupe ést, voluptas ed mihi mul-*
*to máxuma est,*

non anapaestus est *voluptas*, sed Bacchius, *ea* autem una syllaba pronunciandum. Sed ubi in quarta thesi caesura fit, recte et spondeus et anapaestus, et dactylus quartam sedem ingrediuntur. Plautus in Amph. III. 4, 14. 15.

*nunc Amphitruonem vólt deludi méus pater:*
*faxó probe*
*iam hic déludatur, spéctatores, vóbis inspe-*
*ctántibus.*

Terentius Andr. I. 4, 7.

*sed quídnam Pamphilum éxanimatum vídeo?*
*vereor quíd siet.*

I. 3, 5.

*si illúm relinquo, eius vítae timeo; sín opitu-*
*lor, huíus minas.*

Ad hoc genus non referam versum in eadem fabula III. 5, 7.

*qui súm pollicitus dúcere? qua fidúcia id facere aúdeam?*

qui propter hanc caussam, ut in septenariis notavimus, parum probandus est, quod in recitando non possumus non fieri velle caesuram in praecedente syllaba. Ac vereor, ne non ita scripserit Terentius. Cod. Lips. *pollicitus sum*, ut apud Donatum: caetera, ut vulgo.

5. Inveniuntur in hoc genere metri interdum versus, qui vel ultimum pedem non purum iambum habeant, vel etiam hypercatalecti sint: quod utrumque qua conditione fiat, in sequente capite ostendemus.

---

## CAP. XVIII.

### *De continuatione numeri trochaici apud Romanos.*

1. Incredibilem in Romanorum comoediis difficultatem obiicit mutatio numeri. Nam quum in quibusdam scenis constanter eumdem versum repeti videamus, in aliis ita confusi sunt versus trochaici atque iambici, ut libidinem potius ac temeritatem, quam consilium legemque te putes deprehendere. Maxime autem Bentleius ea in re ita omnem modum excessit, ut, quantumvis tribuendum auctoritati sit tanti viri, tamen, nisi qui probabilitatem omnem contemnat, neminem facile adductum iri putemus, ut ita omnia trochaicorum atque iambicorum versuum genera permisceri potuisse credat. Nam etsi Bentleius, ipse, opinor, aliquantum in ea re haerens, regulas quasdam, quibus ista numeri mutatio regeretur, excogitavit: tamen parum his regulis proficimus, quia illae magis quomodo, quam quando mutari numerus possit, indicant. Id ipsum vero maxime requirimus, quoniam non ante, quomodo transiri ad alium numerum liceat, quam an liceat transiri, quaerendum esse apparet.

2. Ea res quum facile eo deducere aliquem possit, ut Romanos, Graecorum more, systematis dimetrorum usos esse, magnumque versuum numerum una perpetuitate comprehendisse credat: est tamen, quod huic suspicioni ita adversetur, ut eam missam faciendam esse existimem. Nam in trochaicis quidem octonariis, quibus saepe septenarius trochaicus inseritur, nihil plerumque impedit, quin septenarius ille cum omnibus, qui eum antecedunt, octonariis in systema dimetrorum describatur. Verum, si ita placuisset Romanis, haud dubie eadem ratione etiam in iambicis versibus usi essent. At in his duae res sunt, quae systemata dimetrorum constitui prohibeant. Primum enim rarissime inseritur iambicus septenarius, quo finiri systema, quod constituas, possit. Deinde vero ita plerumque constanter octavum quemque pedem purum iambum esse videmus, ut dubitari nequeat, quin octonarios esse eos versus poëtae voluerint. Nam si plures octonarii uno systemate comprehensi essent, nulla caussa fuisset, quare eum pedem, qui iuxta ac reliqui pedes, in medio esset systemate, purum servarent.

3. Sed quum illud tamen apertum esse videatur, plures versus si non systemate uno, servataque verborum compage continuatos esse, at numero tamen per omnes eodem decurrente coniungi: ita de hac re omni sentiendum puto, veteres Romanorum poëtas, sive quod Graecorum artem ac disciplinam non satis cognitam haberent, sive codicibus usos metra non in versiculos distincta exhibentibus, trimetros, tetrametrosque catalecticos recte notasse; quae autem systematis comprehensa a Graecis fuerant, quum in tetrametros acatalectos dividerent, ideoque catalexin systematum magis fortuitam, quam necessariam existimarent, octonarios etiam sine catalexi facere instituisse, quumque saepe Graecorum sy-

stemata ita distinguerent, ut iambos trochaei, trochaeos iambi sequerentur, animadversa numeri perpetuitate, ipsos quoque curasse, ut, quamvis diversis versibus consociatis, numerus tamen idem perpetuaretur. Sed persequamur ordine omnem hunc locum, qui est de mutatione numeri.

4. Et primo, quoniam metrum affectionibus animi significandis inservit, quemadmodum omnino consentaneum est, aptum in quaque re metrum eligi, ita, ubicumque mutatur sermonis color, mutari etiam numeros convenit. Itaque ubi ex alacriore colloquio ad narrationem sedatiorem transitur, trimetri, ut par est, succedunt: ut apud Plautum in Curcul. V. 2, 37. Eodemque modo, si quando epistola recitatur, eam quum ipsam trimetris scriptam videmus, tum si quid, dum recitatur, alii interloquuntur. Ita apud eumdem in Bacch. IV. 9, 74. in Pseud. IV. 2, 41. in Persa IV. 3, 32. Sententiae quoque interdum trimetris versibus inter alia metra insertae inveniuntur, cuius rei exempla vide in Plauti Capt. II. 1, 6. 8. Stich. II. 1, 28. Saepe etiam, digressa una de colloquentibus personis, alium fieri colorem sermonis necesse est. Vnde tum quoque saepe mutantur numeri. Ita apud Terentium Heaut. V. 2, 25. Hec. IV. 1, 51. trochaicis septenariis succedunt iambici octonarii, et contrario modo in Adelph. II. 1, 43. trochaicis autem septenariis septenarii iambici in Adelph. IV. 5, 75. Eademque res est, adveniente alia persona, ut in Heaut. II. 4, 26. Phorm. II. 1, 23. quo facto interdum unus alius versus admiscetur, ut in Andr. II. 1, 18. Aliud exemplum est in Phorm. II. 1, 24. ubi adveniente Phaedria ab octonariis iambicis ad senarios transitur, interposito trochaico septenario: quamquam hic quidem versus nescio an ipse quoque iambicus octonarius fuerit, qui facillime ita possit restitui:

*sed quíd tu cessas hóminem adire et blánde in*
*principio álloqui?*

Omninoque, ubi aliquid incidit, quare forma colorque orationis repente mutetur, mutantur etiam numeri. Sic in Andria III. 2, 17. 18. in Hecyra II. 1, 20. in Phorm. I. 3, 25. 26. V. 1, 15. et 20. Exemplum adscribam de rarioribus. In Eunucho IV. 6. Thais cum Chremete versibus trochaicis septenariis colloquens, quasi obiter se convertit ad ancillam, eamque cistellam afferre iubet: quod quia plane alia voce fit, interruptoque illo cum Chremete colloquio, duos iambicos septenarios ad eam rem adhibet, in quibus tamen, quod sane mirum est, aliqua Chremetis verba sunt, pergentis cum Thaide colloqui. Locus est a v. 13.

*TH. át enim cave, ne prius, quam hanc a me*
*accípias, amittás, Chreme:*
*nam haéc east, quam míles a me ví nunc ere-*
*ptúm venit.*
*abi tú, cistellam, Pythias, domo éffer cum*
*monuméntis.*
*CH. viden tu illum, Thais, PY. úbi sitast?*
*TH. in rísco. odiosa, céssas?*
*CH. mílitem secum ád te quantas cópias ad-*
*dúcere?*

In Adelphis V. 8, 29. seqq. quem locum audacius refinxit Bentleius, meliorem viam monstrat cod. Lips. in quo post verbum *oportet* v. 32. finis scenae huius et initium sequentis ita leguntur: *MIC. gaudeo. Quid istuc dabitur, quandoquidem hic volt; AES. mi pater; DEM. Nunc tu mi es germanus pariter et animo et corpore; SIR. Factum est quod iussisti Demea.* Hinc ita scribendus videtur hic locus:

*postrémo nunc meum íllud verbum fácio, quod*
*tu, Mício,*

*bene ét sapienter díxti dudum: vítium commune ómnium est,*
*quod nímium ad rem in senécta attenti súmus: hanc maculam nós decet*
*effúgere: dictum est vére, et re ipsa fieri oportet. MI. gaúdeo.*
*quid ístic? dabitur, quándoquidem hic volt. AE. mí pater.*
*DEM. nunc mi és germanus páriter animo et córpore.*

Quae sequitur scena, hoc versu incipit:

*SY. suó sibi gladio hunc iúgulo. factum est, quód iussisti, Démea.*

Neglexit mutationem numeri Bentleius in Phorm. III. 2, 17. 18. ubi quum Phaedria ante cum Dorione colloquutus esset trochaicis septenariis, deinde solus secum fabulatur iambicis octonariis, aggrediente autem eum Antiphone statim ad trochaicos redit:

*neque Antipho alia quum óccupatus ésset sollicitúdine,*
*tum hoc ésse mi obiectúm malum. AN. quid ístuc autem est, Phaédria?*
*PH. ó fortunatíssime Antipho. AN. égone? PH. cui quod amás, domi est.*

Male ibi Bentleius priores duo versus trochaicos esse voluit, primis syllabis in vocibus *Antipho* et *esse* correptis.

5. Singulare est, quod saepe, ubi vel enumeratio aliqua multarum rerum, vel alia descriptio ponitur, mutari numerus solet. Ita Plautus in Capt. IV. 1, 1.

*Iúppiter supréme, servas mé, measque augés opes.*
*máxumas opímitates ópiparasque offérs mihi,*

*laudém, lucrum, ludúm, iocum, festívitatem, férias,*
*pompám, penum, potátiones, sáturitatem, gaúdium.*

Terentius in Andria I. 5, 25.

*tót me impediunt cúrae, quae meum ánimum divorsaé trahunt,*
*amor, misericordia húius, nuptiárum sollicitátio,*
*tum pátris pudor, qui mé tam leni pássus est animo úsque adhuc,*
*quae meó cumque animo lúbitumst facere. eine égo ut advorser? heí mihi.*

In Adelphis III. 2, 4.

*tot rés repente circumvallant, únde emergi nón potest,*
*vis, egestas, iniustitia, sólitudo, infámia.*
*hócine saeclum? o scélera, o genera sácrilega, o hominem ímprobum.*

Itaque nescio an in Andria V. 2. non satis recte Bentleius versum 16. trochaicum esse voluerit, qui etsi inter medios trochaicos positus, tamen ex illa observatione iambicus esse videtur:

*néscio qui senéx modo venit: éllum, confidéns, catus,*
*quúm faciem videás, videtur ésse quantivís preti:*
*tristís severitás inest in vóltu, atque in verbís fides.*

6. Porro quemadmodum saepius in fine scenae, re confecta, vel capto aliquo consilio, vel quacumque simili caussa mutantur numeri, ut in Andria I. 5. IV. 1. in Heaut. V. 2. ita aliquando etiam in initio scenae eius-

modi mutationem fieri videmus, oratione vel fortius vel lenius incepta, quam deinde pergit. Sic in Eunucho V. 8.

*ó populares, écquis me hodie vívit fortunátior?*
*nemo hércle quisquam: nam in me plane dí potestatém suam*
*omnem óstendere, cuí tam subito tót contigerint cómmoda.*

In Adelphis III. 1.

*SO. óbsecro, mea nútrix, quid nunc fíet? CA. quid fiát, rogás?*
*recte édepol spero. SO. módo dolores, méa tu, occipiunt prímulum.*

In Hecyra IV. 3.

*quem cum ístac sermonem hábueris, procul hínc stans accépi, úxor.*
*istúc est sapere, qui, úbicumque opus sit, ánimum possis fléctere,*
*quod sít faciundum póst fortasse, idem hóc tu nunc si féceris.*

Addidi *tu*. Male haec administravit Bentleius. Idem in simili caussa peccavit II. 1, 1. pessimum ab initio iambicum octonarium exhibens. Scribe:

*pró deum atque hominúm, quod hoc genus est, quae haéc est coniurátio?*
*ut ne ómnes mulierés eadem aeque stúdeant, nolintque ómnia.*

*Fidem* librarii addiderant, quod nomen in hac formula etiam alibi reticetur, ut in Phorm. II. 3, 4.

7. Alia, eaque satis mira ratio est mutandi numeri, quum in media oratione, vel propter alacritatem quamdam et studium loquentis, vel propter subitum aliquem

animi motum ad alios transitur numeros. Ita in Eunucho II. 3, 75.

*PA. quíd ita? CH. rogitas? súmma forma*
*sémper conservám domi*
*vidébit, colloquétur, aderit úna in unis aédibus,*
*cibúm nonnumquam cápiet cum ea, intérdum propter dórmiet.*

Et apud Plautum in Amphitr. V. 1, 52.

*BR. immo ómnes sani súnt profecto. AM. at me úxor insanúm facit*
*suis foédis factis. BR. át ego faciam, tu ídem ut aliter prædices,*
*Amphitruo; piam ét pudicam ésse tuam uxorem út scias*
*de eá re signa atque árgumenta paúcis verbis éloquar.*

et sic pergunt trochaicis versibus.

8. Nusquam vero frequentius, quam in canticis, iisque locis, qui magnos animorum motus habent, mutari numeros videas. Ad quam rem si diligenter attendas, facile animadvertas, plures versus ita coniunctos esse, ut, etsi singuli per se constent, tamen perpetuato numero systematum more cohaereant. Hinc illud est, quod Bentleius ad Andr. II. 1, 7. Eun. II. 1, 12. Adelph. II. 1, 11. observavit, trochaicos octonarios semper a trochaicis numeris excipi, septenariis autem iambica metra succedere. Qua in re observanda non tamen satis constans fuit vir praestantissimus. Ita, quum ad Heaut. I. 2, 13. neget, trochaico versui inter iambicos locum esse, tamen id fieri passus est in Eun. II. 3, 7. 85. Quamobrem rectius ita sentiemus, quicumque versus perpetuitate quadam cohaereant, eorum hanc esse debere rationem, ut thesi terminatum versum versus trochaicus, qui ab arsi

incipit, arsi autem terminatum iambicus, qui incipit ab anacrusi, sequatur: quo solo modo servari ista perpetuitas potest.

9. Videtur tamen hoc ita plerumque factum esse, ut versus non per *συνάφειαν*, quam Graeci vocant, coniungerentur, etsi eam, si quid video, non ubique reiecerunt. Qua in re subtili iudicio opus est. Bentleium quidem non satis diligentem hoc in genere reperio. In Phorm. V. 1, 1. libri non *atque*, sed *aut* in fine versus habent, et recte. In Eun. IV. 1, 11. nemo, qui ad sensum verborum, quamque ille pronunciationem exigit, attenderit, *gentium* ultimam in sequentem versum abiicere patietur. Expulsa interpretatione *voluit*, ita scribendi hi versus:

*míles vero sibi putare addúctum ante oculos aémulum;*
*fácere contra huic aégre: heus, inquit, púer, accerse Pámphilam,*
*út delectet híc nos: illa exclámat, minime géntium.*

Maiorem veri speciem habet in Adelph. II. 1, 11. divisum inter duos versus vocabulum *indignum*, etsi versus, ut videtur, non recte distincti sunt. De qua re priusquam meam proferam sententiam, paucis attingendi sunt tetrametri hypermetri, quales Bentleius ad Eun. IV. 1, 11. in trochaicis, ad Heaut. III. 3, 13. autem, et tacite ad Phorm. I. 4, 10. in iambicis numeris inveniri negat. Ac de trochaicis concedimus, non etiam de iambicis. Nam quum utriusque numeri haec perpetua sit et constans lex, ut per dipodias trochaicas incedat; violabitur ea, simulatque in trochaicis versibus syllabam addideris dipodiae trochaicae,

— ∪ — ∪ | —

non violabitur autem, si in iambicis iambicae dipodiae,



quia in ipso numero, qui trochaicus est, nihil supra dipodiam additur,



Quod si plures versus perpetuato numero coniunguntur, apparet, recte plenis dipodiis trochaicum versum subiici iambico hypermetro:



non autem trochaico hypermetro iambicum:

Nam si servari decursum dipodiarum vellemus, ictus in secundo versu et sedes syllabarum ancipitum conturbarentur, deberetque ille non integra dipodia, sed amphibracho vel Bacchio incipere,

quo nemo non videt utrumque versum corrumpi. Haec ut numeri legibus consentanea sunt, ita auctoritate poëtarum confirmantur. Nam trochaicos hypermetros, qui quidem sani sint, nusquam invenias; iambicos autem hic illic deprehendas. Apud Plautum in Amph. V. 1, 11. haec leguntur:

*ubi quísque institerat, cóncidit crepitu: ibi nescio quis máxuma*
*vóce exclamat: Alcumena, adést auxilium, né time:*
*ét tibi et tuís propitius caéli cultor ádvenit.*
*exsúrgite, inquit, qui terrore meo óccidistis praé metu.*
*ut iácui, exsurgo: ardére censui aédis: ita tum cónfulgebant.*

*ibi me inclamat Alcumena: iam ea res me horrore afficit.*
*herilis praevertit metus: accurro, ut sciscam, quid velit:*
*atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor:*
*neque nostrum quisquam sensimus, quum peperit, neque praevidimus.*

Hic in secundo tertioque versu, quoniam vocem illam imitatur Bromia, aliis utitur numeris. Quarto versu rursum in viam reversa, reliqua omnia, quae adscripsimus, uno numero, systematis more, denarrat: quo fit, ut, quum quintus versus hypermeter sit, sextus, ne interrumpatur dipodiarum successio, anacrusi carere, ideoque trochaicus esse debeat. Atque observandum in hac re est, aucto sic iambico octonario, iam nihil necesse esse, ut octavus pes purus iambus sit: neque enim iam finit versum, sed fine post eum constituto, eadem utitur libertate, qua in media quaque dipodia. Sequitur in illo loco aliud systema, trochaicum dimetrum catalecticum pari dipodiarum perpetuitate excipientibus iambicis octonariis:

*sed quid hoc? quis hic est senex,*
*qui ante aedis nostras sic iacet? numnam hunc percussit Iuppiter?*

Alia iambicorum hypermetrorum exempla deinceps afferam.

10. Cognati his hypermetris iambicis illi sunt iambici octonarii, qui quod, elisione facta, ultimam syllabam cum sequente versu coniungunt, neque pro genuinis octonariis, neque plane pro hypermetris haberi possunt. Nam quum elisio consistere numerum prohibeat, arctissime cum sequente versu copulantur: quo fit, ut ne in his quidem octavum pedem purum servari necesse sit.

Exempla afferam ex Terentio. In Phormione I. 4, 8. seqq. ubi asperius quaedam et audacius refinxit Bentleius, ita scribendum videtur:

*quod quum aúdierit, quod éius remedium inveniam iracúndiae?*
*loquárne? incendam: táceam? instigem: púrgem me? laterém lavem.*
*eheú me miserum: quúm mihi paveo, tum Antipho me excrúciat animi:*
*eiús me miseret: éi nunc timeo: is núnc me retinet: nam ábsque eo esset,*
*récte ego mihi vidissem, et senis essem últus iracúndiam: aliquid*
*cónvasavissem, átque dehinc me prótinam conlicerem in pedes.*

Horum versuum in tertio ultima syllaba in sequentem coniicitur: quartus hypermeter est: unde eum trochaicus sequitur, qui quoniam octonarius est, continuatio numeri non iambicum, sed alium trochaicum sequi postulabat. *Eheu* una syllaba pronunciari, Bentleii commentum est, quod refelli nihil necesse est. *Convasavissem* ut veram scripturam esse putem, diversitas scripturae in codicibus movet. Calidius damnavit hoc verbum Bentleius. *Dehinc* praebuit cod. Lips. Eiusdem generis locus est in Heaut. III. 3, 13. ubi nihil caussae erat, quare librorum lectio mutaretur:

*ego dé me facio cóniecturam: némo est meorum amícorum hodie,*
*apúd quem expromere ómnia mea occúlta, Clitipho, aúdeam.*

Iam his addam illum locum, cuius supra mentionem feci, ex Adelphis II. 1, 11. Sed quoniam etiam, quae praecedunt, systematum in morem copulata sunt, haec quoque adscribam.

*S. óbsecro, populáres, ferte mísero atque innocénti auxilium:*
*súbvenite inopi. AE. ótiose, núnc iam illico hic consiste:*
*quíd respectas? níl periclist: númquam, dum ego adero, híc te tanget.*
*S. égo istam invitis ómnibus.*
*AE. quamquam ést scelestus, nón committet hódie umquam, iterum ut vápulet.*
*S. Aéschine, audi; né te ignarum fuísse dicas meórum morum:*
*léno ego sum. AE. scio. S. át ita, ut usquam fílit fide quisquam óptuma.*
*tú quod te postérius purges, hanc iniuriám mihi nolle*
*fáctam esse, huius non fáciam: crede hoc, égo meum ius pérsequar:*
*néque tu verbis sólves umquam, quód mihi re maleféceris.*
*nóvi ego vestra haec, nóllem factum, iúsiurandum dábitur, te índignum*
*ésse iniuria hác, indignis quum égomet sim acceptús modis.*

Primi quinque versus uno numero cohaerent, et patet, perinde esse, utrum quartum facias trochaicum dimetrum catalecticum, an quintum: nam si quintum, quartus erit octonarius. Eodem modo in sexto et septimo continuatur numerus. Tum octavus et qui sequuntur, una perpetuitate numeri cohaerent. Vndecimo versui Bentleius librorum lectionem, *te esse indignum*, ita accommodavit, ut primam syllabam vocis *indignum* huic versui, reliquas duas sequenti tribueret. Id quoniam audacius factum videtur, praetuli *te indignum esse*, quo ducit lectio, quae apud Donatum est ad Hec. V. 1, 15. *indignum te esse*. Ita ultima tantum syllaba in sequen-

tem versum coniicitur, qualem elisionem in ipsis senariis admissam videmus in Adelph. III. 4, 19.

*quid istúc est? nostrum amícum noras Simulum atque*
*aequálem?*

Alium iambicum octonarium, in quo propter continuationem numeri etiam dactylus in octavo pede est, in Eunucho II. 1, 6. reperisse mihi videor, quem infra segm. 14. afferam. Sed non possum quin Plauti adhuc versus adscribam in Sticho II. 1, 1. seqq. in quibus, nisi libri egregie fallunt, plura et elisionum istarum et versuum hypermetrorum exempla coacervata sunt.

*Mercúrius, Iovis qui núncius perhibétur; numquam aequé patri*
*suo núncium lepidum áttulit, quam ego núnc herae meae núnciabo,*
*ita, átque onustum péctus porto laétitia lubéntiaque:*
*néque lubet, nisi glóriose, quídquam proloquí: profecto*
*amoénitates ómnium venerum ét venustatum áffero,*
*ripísque superat mi átque abundat péctus laetitiá meum.*
*proptérea, Dinaciúm, pedes hortáre: honesta dícta fac:*
*nunc tíbi potestas ádipiscendi est glóriam, laudém, decus:*
*heraéque egenti súbveni benefácta maiorúm tuorum,*
*quaé misera exspectátione est Epignómi adventús viri.*

Vnus per hos versus omnes numerus continuatur. V. 2. vulgo *meae herae*. Vltima huius versus syllaba eliditur: et sic etiam in quarto versu. V. 3. *itaque*, quod in *ita*

*atque* mutavi. V. 5. *et* pro *atque* cod. Lips. et edd. quaedam vett. V. 7. vulgo *honesta dicta factis.* V. 9. vulgo *maiorum tuorum exauge*, suppletum ex v. 32. nam codd. non habent *exauge*: recte, quia *egenti benefacta maiorum tuorum* coniungenda sunt: v. interpp. ad Menaechm. I. 2, 12. MS. Lips. *heraeque merenti.*

11. Bentleium saepe nimiam versuum varietatem in Terentium intulisse, temere mutato numero, iam supra dixi. Exempla si enumerare vellem, vix finem invenirem. Quare in paucis consistam. In Andr. V. 5. primum versum fecit iambicum octonarium, eumque parum elegantem, caeteros trochaicos septenarios, e quibus certe sextus, in quo male eliditur *quem*, rectius iambicus erit. Ac sunt isti sex versus omnes iambici octonarii, nisi forte ultimus trimeter fuit, qui in cod. Lips. ita scriptus est,

*sed quem ego potissimum optem, cui haec narrem, dari?*

Idem codex recte v. 5. *si nulla umquam aegritudo.* Initium scenae, cuius primus versus in quarto pede asynartetorum venia utitur, ita constitue.

*CH. proviso, quid agat Pamphilus: atque eccum. P. aliquis me forsitan*
*putet non putare hoc verum.*

*Forsitan* libri. In Eunucho IV. 3. primi sex versus recte uno numero continuantur. Septimus, quem solus secum Phaedria loquitur, recte novum incipit numerum, qui a trochaeis orsus ad iambos transit. In his iambicis clausula non recte scripta est a Bentleio, quum nomen *rei*, quo terminatur, non possit pro iambo esse. Quae deinde sequuntur verba, *quam herae dederat dono miles*, non commemorata a Donato, sed ab Eugraphio cum reliquis adscripta, ita turbant numeros, ut verear, ne ab interprete adiecta sint. Tum illa, *utinam sic sint, qui*

*mihi male volunt*, ad sensum ne apta quidem videntur. Donati adnotatio corrupta est: quem tamen hoc voluisse coniicias, aut temulentiam in felicitatis parte a Terentio numerari, aut non temulentum esse, infelicitatis loco haberi. Haec vero apta est sententia. Quare ego quidem, etsi nihil aliud, quam vitiosum esse hunc locum, pronunciare audeo, tamen optime omnia video procedere, si sic scriptum fuisse coniiciamus:

*PY. ehem, Phaédria, ego quem quaéram? in' hinc quo dígnu's cum donís tuis*
*tam lépidis. PH. quid istuc rei ést? PY. rogas?*
*eunúchum, quem dedísti nobis, quás turbas dedit? vírginem*
*vitiávit. PH. quid ais? PY. périi. PH. temulénta es. PY. utinam síc siem.*

*Quid istuc rei est* praebent libri vett. In Hecyra IV. 1. in primis sex versibus unus cohaeret numerus, si tertium, recepto ex libris vett. *resciveris*, et sextum, producta, ut par est, prima in *ostium*, iambicos feceris. Septimus versus suo absolvitur numero, si octavus, ut Bentleius voluit, trochaicus est,

*átque eccam video, quíd ais, Myrrhina? heús tibi dico. M. míhine, mi vir.*

Nec sane iusolens est, verba *atque eccam* pro tribracho esse. Poterit tamen etiam *eccam* prima producta pronunciari, quo facto hic versus iambicus erit hypermeter, continuans numerum praecedente versu inceptum, qui numerus finitur versu decimo. A v. 11. bis terni versus uno numero cohaerent, 11 — 13. et 14 — 16. Sed v. 12. restituto *taces*, quod libri omnes habent, sic scribendus videtur:

*péperit filia? hém, taces? ex quó? M. patrem istuc rógitare aequum est?*

Libri *istuc patrem*, non apto ordine verborum, nisi le-

gatur, *patrem rogare est aequum*, quo ictus in *patrem* incidat. Et ita sane Bentleius edidit, in cuius lectione tamen *patrem* ictu destitutum est. Sed *rogitare* praebent edd. vett. et superscriptum hoc est in cod. Lips. qui cum aliis libris *aequum est* habet. V. 15. 16. ita legendos puto

*quíd sit, quamobrem tántopere omnis nós celare vólueritis*
*pártum, quum praesértim et recte et témpore ipso pépererit.*

*Volueritis* libri quidam offerunt. In illis autem, ut vulgo leguntur, *praesertim quum et recte et tempore suo repererit*, pravi ictus vitiatam lectionem arguunt. Hinc iam v. 17—20. uno numero decurrunt. Pariterque v. 21. 22. ut non opus fuerit, mutari vulgatam scripturam, nisi ut *ita* cum quibusdam veteribus libris deleretur:

*M. mísera sum. PH. utinám sciam esse istúc: sed nunc mi in méntem venit ex*
*hác re, quod loquúta es olim, quum íllum generum cépimus.*

*Sum* non eliditur. Nunc reliqua trochaicis septenariis scripta sunt.

12. Operae pretium est observare, plerosque locos, in quibus plures versus una numeri perpetuitate cohaerent, sive a trochaico, sive ab iambico numero ordiantur, more trochaicorum systematum finiri, ut in arsi terminentur. Perrara sunt exempla, in quibus iambici numeri ad morem systematum iambicorum sic finiantur, ut in thesi conquiescant. Ob eam rem memorabilis est locus Terentii in Hecyra V. 1.

*B. non hóc de nihilo est, quód Laches me núnc conventam esse éxpetit:*

*nec pól me multum fállit, quin, quod súspicor, sit, quód velit.*
*L. vidéndum est, ne minus própter iram hinc ímpetrem, quam póssim.*
*aut né quid faciam plús, quod post me mínus fecisse sátius sit.*
*aggrédiar. Bacchis, sálve.*

In quarto horum versuum ultimus iambus, qui est in verbis *satius sit*, non aliter, quam numeri continuatione excusari potest. Quae quum plane sit eadem, ut in quarto pede septenariorum, de quo cap. XVI. 8. dictum est, non opus est, ut *siet* scribatur. Nam ultimus pes versuum, quorum numerus cum sequentibus cohaeret, eadem lege tenetur, quae est in commissuris asynarteto-rum, ut ultima syllaba pro longa numerari possit. Ibidem v. 17—20. alia numeri iambici continuatio male neglecta est. Primo Bentleii *sed quid istuc est*, ultima pronominis *istuc* sub ictu posita, ab hoc loco alienum est. Deinde reliquae quoque, quas fecit, mutationes nullum ab libris praesidium habent, *sine dum* pro *sine dicam*, et insertum pronomen *te*. Donatus cum plerisque libris legit, *dum tempus consulendi est*, diserte monens; bis in his verbis *tibi* intelligendum esse. Qui quidem etsi etiam voces *firmiorem amicum* habet, tamen, non alteram tantum, sed utramque eiiciendam puto. Neque enim nimis rarae sunt in Terentio adnotationes interpretum, quae tanto facilius pro genuinis verbis haberi protuerunt, ubi versus aliquis iusto brevior esse videretur. Itaque istum locum sic potius scribendum esse existimem, duarum vocum sede commutata:

*sed quid istuc est? L. meúm receptas fílium ad te Pámphilum. B. ah.*
*L. sine dícam: uxorem hanc príusquam duxit, vóstrum amorem pértuli:*

*mane: nóndum etiam dixi íd, quod volui: hic núnc habet*
*uxórem: quaere aliúm tibi, dum témpus consuléndi est.*

Notatu dignum est, quod habet cod. Lips. *sed istuc est quid?* Nam multa a comicis ad Graecorum exemplum dicta nimis neglecta iacent, veluti, ut hoc utar, *ut*, quemadmodum ὥςτε, cum indicavo constructum. Etiam qui sequitur versus, iambicus septenarius est, qui vide an elegantius sic incedat:

*nam néque ille hoc aetatem ánimo erit, neque pól tu eadem ista aetáte.*

13. Res ipsa monet, ut hic de clausulis dicamus. De his Rufinus p. 2707. *clausulas primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam: ut apud Attium,*

*an haec iam obliti sunt Phryges?*

*nonnumquam ab his initium fit, ut apud Caecilium,*

*di boni, quid hoc?*

*apud Terentium,*

*discrucior animi.*

Distinctius dicas, clausulas esse versus breviores admixtos longioribus eiusdem generis, et plerumque cum iis numeri perpetuitate cohaerentes. His etiam Graeci usi sunt, ut Aristophanes in Nub. 221.

ὦ Σώκρατες,
ὦ Σωκρατίδιον, τί με καλεῖς, ὦ 'φήμερε;

In Acharn. 404.

Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον,
ὑπάκουσον, εἴπερ δήποτ' ἀνθρώπων τινί.

et v. 407.

ἀλλ' οὐ σχολή,
ἀλλ' ἐκκυλήθητ'. ἀλλ' ἀδύνατον. ἀλλ' ὅμως.

Itaque differunt clausulae ab epiphonematis, aliisque si-

milibus additamentis, quae suum sibi proprium et a caeteris numeris diversum numerum habent. Confudit haec Rufinus, nec distinxit Bentleius. Nam illa,

*dicrucior animi,*

in Adelph. IV. 4, 1. ne est quidem clausula. Vide infra p. 431 seq. Clausulae igitur, quoniam eumdem numerum vel cum praecedentibus vel cum sequentibus versibus habere debent, si sunt in trochaicis atque iambicis numeris, eadem dipodiarum lege teneantur necesse est. Itaque tantum aut acatalecto aut catalectico versu constare possunt, sive is monometer, sive dimeter, sive trimeter sit, numquam autem brachycatalecto, in qua re Bentleii errorem in Adelph. IV. 4, 9. supra c. XI. 4. p. 95. notavimus, neque hypercatalecto trochaico, de qua re hoc ipso in capite segm. 9. dictum est. Ex quo intelligitur, quam Rufinus ex Caecilio clausulam affert,

*di boni, quid hoc?*

aut iambicum monometrum esse, voce *boni* in unam syllabam contracta, aut, quod verisimilius est, errasse Rufinum, ut in Terentii versu.

14. Bentleius in dissertatione de metris Terentianis clausulas, si initium ab iis fiat, liberas esse et nullius metri legibus adstrictas dicit; si claudant sententiam, a praecedentibus legem accipere, ut versu, qui praecedit, in thesi terminato, ab arsi incipiant, in arsi autem terminato, ab anacrusi. Distinctius, simulque verius dicas, clausulas aut cohaerere cum aliis versibus perpetuato numero, aut non cohaerere; si non cohaereant, satis esse, ut versibus constent vel catalecticis vel acatalectis; sin cohaereant, uno eas dipodiarum tenore cum versibus, quibus iunctae sunt, continuari. Ita si praecedit clausula, ut in Eun. II. 3, 1.

*

*óccidi,*
*neque vírgo est usquam, néque ego, qui illam*
*e cónspectu amisi meo.*

Phorm. III. 2, 1.

*Dório,*
*audi óbsecro. non aúdio. parúmper. quin omitte me.*

Haec si uno numero continuas, in utroque loco versum habes trochaicum pentametrum, qualem in posteriore loco, clausula non separata, Bentleius exhibuerat. Eo pertinet etiam Adelph. IV. 1, 7. ubi male ille dedit:

*ét illud rus nulla ália caussa tám male odi,*
*nísi quia propest:*
*quód si abesset lóngius.*

Nam verba *nisi quia* male sic collocata sunt, ut ultima in *quia* pedem incipiat, quae aut sic poni debebant, ut prima huius particulae ictum acciperet, ut in Eun. V. 5, 28. aut ut versum finirent, ut in eadem fabula IV. 5, 10.

*eho nónne id sat erat? át nescibam id dícere*
*illam, nísi quia.*

Omninoque versus iste Adelphorum, ut qui praecedunt, iambicus esse debebat. Quare scribendum videtur continuato per elisionem numero

*et íllud rus nulla ália caussa tám male odi,*
*nísi quia prope*
*est: quód si abesset lóngius.*

Si sequitur clausula, cum praecedente versu dipodiae continuantur: ut in Eunucho II. 1, 2.

*fíet. at matúre. fiet. sátine hoc mandatúmst tibi? ah*
*rogitáre, quasi difficile sit.*

Et statim v. 6. ubi revocandae veteres lectiones:

*ne istúc tam iníquo pátiare animo. mínime:*
*quin effectum dabo:*
*sed númquid aliud imperas?*

Sic etiam v. 9. Vide Andr. I. 5, 5. 9. 11. Heaut. I. 2, 4. III. 3, 5. Adelph. III. 2, 19. Denique ubi media est clausula, plerumque et cum praecedente et cum sequente versu perpetuantur dipodiae. Ita in Andr. I. 5, 16. ubi reposita librorum scriptura sic legendum:

*ítur ad me. orátio haec me míseram exanimavít metu.*
*nam quíd ego dicam dé patre? ah*
*tantámne rem tam négligenter ágere? praeteriéns modo*
*mi apúd forum, uxor tíbi ducenda est, Pámphile, hodie, inquít: para.*

Pariterque in Eunucho IV. 3, 15. restitue librorum lectionem:

*insánis: qui istuc fácere Eunuchus pótuit. ego illum néscio,*
*qui fíterit; hoc quod fécit res ipsa índicat.*
*virgo ípsa lacrimat, néque, quum rogites, quíd sit, audet dícere.*

Vide Andr. III. 4, 27. Eun. IV. 3, 10. de quo loco supra dictum segm. 11. Heaut. V. 3, 2. 17. Hec. II. 1, 9. Phorm. I. 3, 11. sed in Adelphis III. 2, 15. non opus erat clausulam constitui, si addito *ego* scriberetur,

*satís mi id habeam súpplici, dum ego íllos ulciscár modo.*

Similiter in Eunucho II. 3, 28. verba *flos ipse*, quae Bentleius eiecit, inserto *nunc* servari poterunt:

*flos ípse. nunc hanc tú mihi vel ví vél clam vel precário*
*fac trádas: mea nil réffert, dum potiár modo.*

Hic quoque trimeter facit clausulam. Quin aliquando plures clausulae coniunguntur, ut in eadem scena v. 6.

*néscio quid de amóre loquitur. ó infortunatúm senem.*
*hic véro est, qui si occéperit,*
*ludúm iocumque dícas fuisse illum álterum,*
*praeut húius rabies quaé dabit.*
*ut illúm di deae omnes sénium perdant, qui hódie me remorátus est.*

Et apud Plautum in Sticho II. 1, 15.

*quídnam dicam Dínacium*
*lascívibundum tám lubenter cúrrere?*
*harúndinem fert spórtulamque et hámulum piscárium.*

Sed ut plerumque clausulae uno cum aliis versibus numero cohaereant, nulla tamen ratio inveniri potest, quare id necessario fiat. Immo, ut ubique numeri ad sententiam accommodantur, ita est etiam, ubi clausulae propter ipsam orationem rectius videantur suum sibi proprium numerum habere. Quare errasse puto Bentleium, quum in Andria III. 2, 37. clausulam, quae inter duos trochaicos septenarios est, contra omnes libros, quo numerus continuaretur, sic scriptam exhibuit,

*quid ais? ubi intelléxeras.*

Tantum abest enim, ut numerus recte cum praecedentibus connectatur, ut et indignatio Simonis novum numerum incipi, et pondus, quod ille in verbo *intellexeras* esse vult, eumdem numerum etiam consistere in hoc verbo postulet. Quamobrem veram esse librorum lectionem existimo:

*quíd ais? quum intelléxeras*
*íd consilium cápere, cur non díxti extemplo Pámphilo?*

15. Non absre erit, omnem istam continuati numeri rationem uno aliquo illustri exemplo confirmare. Vtar autem praeclara illa scena Pseudoli, I. 2. in qua leno ser-

vos obiurgat, omissis tamen iis partibus, quae ab hac disputatione alienae sunt. Finem numeri cuiusque lineola apposita indicabo.

*Exite, agite, exíte, ignavi, mále habiti et male cónciliati,*
*quórum numquam quídquam cuiquam vénit in mentem ut récte faciant.*
*quíbus nisi ad hoc exémplum experior, nón potest usurpári usura: neque*
*égo homines magis ásinos umquam vídi: ita plagis cóstae callent:*
*quós dum ferias, tíbi plus noceas: éo enim ingenio hi súnt flagritribae,*
*qui haéc habent consília, ubi data occásio est, rape, clépe, tene, harpaga*
*és, bibe, fuge: hoc est eórum opus:*
*ut mávelis lupós apud ovis línquere, quam hos domí custodes.*
*át faciem quum adspícias eorum, haud malí videntur: ópera fallunt.*
*núnc adeo, hanc edíctionem, nísi animum advortétis omnes,*
*nísi somnum socórdiamque ex péctore oculisque ámovetis,*
*íta ego vestra látera loris fáciam ut valide vária fiant,*
*út ne peristromáta quidem aeque pícta sint Campánica,*
*neque Aléxandrina bélluata cónchyliata tapétia.*
*atque heri ánte dixeram ómnibus, dederámque eas províncias.*
*verum íta vos estis pérditi, negligéntes, ingenio ímprobo,*
*officium vestrum ut vós malo cogátis commonérier.*

*nempe ita ánimati estis; víncere hoc vos dú-*
*ritia tergi átque me: hoc*
*videsís, ut alias rés agunt: hoc ágite, hoc ani-*
*mum advórtite,*
*huc ádhibete auris, quae égo loquar, plagíge-*
*rula genera hóminum.*
*numquam édepol vestrum dúrius tergum érit,*
*quam terginum hóc meum.*
*quid núnc? doletne? hem, sic datur, si quís*
*herum servos spérnit.*
*assistite omnes cóntra me, et, quae lóquor, ad-*
*vortite ánimum.*
*tu, qui úrnam habes, aquam íngere, face plé-*
*num aënum sít cito.*
*te, cúm securi, caúdicali praéficio provínciae.*
*LO. at haéc retunsa est. LE. síne siet: itidem*
*éstis plagis ómnes.*
*num quí minus ea grátia tamen ómnium opera*
*ego útor?*
*tibi hóc praecipio, ut níteant aedes. hábes quod*
*facias: própera, abi intro:*
*tu ésto lectistérniator: tu árgentum eluito, ídem*
*exstruito..*
*haéc, quum ego a foró revortor, fácite ut offen-*
*dám parata,*
*vórsa, tersa, stráta, lauta, cóctaque omnia út*
*sient.*

Tum paullo post:

*advórtite animum cúnctae.*
*princípio, Hedylium, técum ago, quae amíca*
*es frumentáriis,*
*quibus cúntis montes sínt domi, fac sís sit*
*delatum húc mihi*
*frumĕntum, hunc annum quód satis mi et fá-*
*miliae omni sít meae,*

*atque ádeo ut frumento áffluam, ut cívitas nomén mihi*
*commútet, meque ut praédicet*
*lenóne ex Ballióne regem Iásonem.*
*CA. aúdin furcifér quae loquitur? sátin magnificus tíbi videtur?*
*PS. pól iste, atque etiam máleficus. sed st' tace, atque hanc rém gere.*
*LE. Aéschrodora, tú, quae amicos tíbi habes lenonum aémulos*
*lánios, qui item ut nós iurando iúre quaerunt rém, vide,*
*nísi carnariá tria gravida tégoribus oneri úberi hodie*
*míhi erunt, cras te, quási Dircam olim, ut mémorant, duo gnati Iovis*
*dévinxere ad taúrum, item hodie stríngam te ad carnárium.*
*id tíbi profecto taúrus fiet. PS. nímis sermone huius íra incendor.*
*húnccine hic hominém pati nos cólere iuventutem Atticam?*
*úbi sunt, ubi laténT, quibus aetas íntegra, qui amant á lenone?*
*quín conveniunt? quín una omnes péste hac populum hunc líberant?*
*sed nímis sum stultus, nímiumque indoctús fui,*
*nae illi aúdeant id fácere, quibus ut sérviant, suús amor cogat, símul eosdem próhibeat,*
*faciánt advorsum eos, quód volunt. CA. vah táce. PS. quid est?*
*CA. mále morigeru's, mále facis mihi, quúm sermone huic óbsonas.*

*PS. tăceo. CA. at taceas mălo multo quăm tacere dícas. LE. tu autem,*
*Xy'stylis, fac ut ănimum advortas, quoíus amatorés olivi*
*dy'namin domi habent măxumam:*
*nam sí mihi non iam huc cúlleus olívi deportătur,*
*te ípsam culleo égo cras faciam ut dèportere in pérgulam.*
*íbi tibi adeo léctus dabitur, úbi tu haud somnum cápias, sed ubi*
*tú úsque ad languorém — tenesne, quŏrsum haec tendant, quaé loquor?*

Sequuntur anapaesti. Mox autem ita:

*síne modo.*
*réprehendam ego cuncta hércle una opera; nísi quidem hodie tu ómnia*
*facís, scelesta, haec, út loquor.*
*tu aútem, quae pro cápite argentum míhi iam iamque saépe numeras,*
*éa pacisci módo scis, sed, quae pácta es, non scis sólvere.*
*Phoenícium, tibi ego haéc loquor, delíciae summatúm virum,*
*nisi hódie mi ex fundís tuorum amícorum omne tuum húc penus*
*affértur, cras, Phoenícium,*
*Phoenício tu cório invises pérgulam.*

V. 1. ita Reizius: vulgo *exite, agite, ite.* V. 3. *ad hoc exemplum*, recte correpto *hoc*, et ictu in *ad* posito, ut in Merc. II. 1, 41. MS. Lips. *ob hoc exemplum.* Idem, *usura usurpari.* V. 6. ultima syllaba eliditur. V. 7. vulgo *bibe, es, fuge.* Edd. quaedam vett. *bibe, effuge*, MS. Lips. *bibe confuge.* Sed *es, bibe* etiam in Mil. III. 1, 83. V. 10. *advortetis*, MS. Lips. et ed.

Carp. Vulgo *advortitis*. V. 12. *fiant* scripsi pro *sint*. V. 16. nescio an praestet *negligentes*, *perditi* scribi, quum *negligere* primam producere soleat. V. 18. *nempe*, ut saepe, prima brevi. Vulgo *vos vincite hoc*. MS. Lips. et ed. Carp. *vincere*. V. 20. *plagigerula* recte Bothius pro *plagigera*. V. 22. MS. Lips. *quid nunc*. Vulgo *qui nunc*. V. 26. vulgo *itidem vos quoque estis*. V. 27. inserui *ego*. Reizius, *tamen opera omnium utor*. Bothius, *tamen omnium utor opera*. Neutrum satis placet. V. 31. variant hic libri. MS. Lips. *vorsa perstersa*. Sed Diomedes p. 375. *versa sparsa*. Tum vulgo *uti sint*: sed *sient* MS. Lips. et ed. Carp. V. 55. vulgo *quibus cunctis montes maxumi acervi frumenti sunt domi*, in quibus satis manifesta manus interpretis. V. 56. vulgo *etiam* pro *et*. V. 63. vulgo, *qui item ut nos iurando iure malo quaerunt rem audi*. MS. Lips. omittit *iurando*, et praebet *vide*. *Male* interpretis esse puto. Non satis considerate mutavit hunc versum Bentleius ad Ter. Andr. IV. 3, 13. V. 64. *gravida* pro *grandia* MSS. Pall. et Lips. Iidem Pall. *tegoribus* pro *tergoribus*, recte. v. Capt. IV. 3, 2. V. 66. *te* addidit Reizius. V. 68. addidi *nos*. V. 69. vulgo *integra est*. V. 71—74. trimetri sunt, quorum primum et tertium audacius correxi. Legebatur, *nimium fui indoctus*, et, *suus amor cogit, simul prohibet*. V. 76. *tacere te dicas* vulgo: *te* iam Bothius delevit. V. 79. addidi *nam*, quod absorptum videbatur a praegressa syllaba. *Culleus olivi deportatur* habent MS. Lips. et ed. Carp. V. 82. addidi *tu*, et *tenesne* scripsi pro *tenes*. V. 88. *ut loquor* MS. Lips. ed. Carp. pro vulgato *uti loquor*. V. 91. vulgo *tibi haec ego*. V. 92. *tuum* et v. 94. *tu* addidi.

16. Quamvis autem per plures versus perpetuari numerus soleat, tamen, uti iam supra indicavimus, in fine

versuum συνάφειαν, quam vocant, multo saepius negligi, quam observari videmus. Exempla vel in his locis, quos attulimus, satis multa reperiuntur. Sed observandum est, etiam in mediis versibus, praeter eum locum, in quo partes asynartetorum committuntur, certis conditionibus et hiatum et productionem brevis syllabae inveniri. Eae conditiones hae sunt.

17. Primo nomina propria aliquam sibi veniam postulant, cuiusmodi est, quod supra c. VII. 7. p. 88. de nomine *Hegio* adnotavimus. Ita Plautus in Amphitr. I. 1, 119.

*néc iugulae neque vésperugo néque vergiliae óccidunt.*

in Asinaria IV. 1, 59.

*ancíllam ferre Véneri aut Cupídini.*

in Poenulo V. 3, 8.

*o mí here salve, Hánno insperatíssume.*

Sed multi etiam loci sunt, quos vel facile corrigas, ut in Pseud. I. 5, 118. Poen. prol. 94. vel certe vix vitio carere credas, ut in Captivis prol. 24. 31. I. 1, 25. 2, 66. in Curc. II. 3, 79.

18. Deinde ubi persona mutatur. Sic in Amphitr. V. 1, 57.

*máxumi: contínuo extollunt ámbo capita. AM. heí mihi.*

in Pseud. I. 5, 38.

*tibi aúscultabo. Ps. itur ad te, Pseúdole.*

in Poen. V. 2, 81. et 3, 17.

*populáritatis caússa. HA. habeo grátiam.*
*eho, an huíus sunt illae fíliae? GI. ita ut praédicas.*

19. Porro, etsi saepissime apud Plautum in medio orationis cursu hiatus invenitur, (exempla si requiris,

aliquot vel una scena in Asinaria IV. 1. suppeditare poterit) non videtur tamen dubitandum esse, quin, nisi singularis aliqua excusatio parata sit, librarios accusare debeamus, a quibus quam foede habitum Plautum acceperimus, docti omnes sciunt. Est autem excusatio, qualem dixi, quum vel interpunctio, vel etiam, nisi fallor, caesura pausam aliquam fieri patitur. Vt in Sticho I. 1, 115.

*sed éccum Dinacium éius puerum. - hóc vide,*
*satin' út facete - átque ex pictura ádstitit.*

In Poen. prol. 88.

*venditque has omnis, ét nutricem, et virgines,*
*praesénti argento - hómini, si leno ést homo,*
*quantum hóminum terra sústinet, sacérrumo.*

20. Denique etiam productio brevis syllabae ante plenam interpunctionem non videtur reiicienda esse, ut in Milite III. 2, 34.

*numquam édepol vidi prómere. verum hóc erat.*

Sed et hoc in genere quidam loci correctione indigent, ut in Truculento IV, 1, 3. et multi alii, in quibus sine interpunctione productio invenitur, ut in Amph. V. 1, 4. in Poen. prol. 85.

---

## CAP. XIX.

### *De versibus Creticis.*

1. Cretici versus per se ipsi explicatu facillimi sunt. Nam pes Creticus nihil est nisi dipodia trochaica catalectica. Vnde quum plures Cretici coniunguntur, singuli uno ordine constant, quia non ex posteriore cuiusque arsi thesis aliqua oritur, sed sequens quisque nova cum arsi incipit. Deinde trochaeum, qui in Cretico inest, quia in medio ordine est, purum servari debere

intelligitur. Arsis autem in medio versu utraque, ut in omnibus trochaicis versibus, solvi potest, in ultimo pede autem prima tantum, quia in hoc, ut in trochaicis catalecticis, ultima arsis syllabam ancipitem habet. Catalexin Cretici plerumque nullam habent, quia natura sua Creticus ordinem catalecticum continet. Quod si aliter, quam ipso Cretico finiuntur, fit hoc aut ut trochaeus sit ultimus ordo, qui Cretici catalectici vocantur, aut ut sit dipodia trochaica, qui sunt hypercatalecti.

2. Sed magnam ac vix explicabilem difficultatem obiicit similitudo, quae est inter Creticum ac primum quartumque paeonem. Nam quum paeonici versus mensura Creticis pares, incessu autem simillimi sint, dubitari potest, utrum diversi sint, an iidem. Musici veteres, quem ῥυθμὸν vocant, non tam eo, quem nos numerum appellamus, quam temporum comparatione definiebant. Itaque ut par pari compositum dactylicos atque anapaesticos numeros, duplum autem ad simplum comparatum trochaicos atque iambicos efficit, ita sescuplum cum simplo coniunctum, quae ratio trium est ad duo, numerum praebere paeonicum videbatur. Is numerus, si unum tempus longum, reliqua brevia sunt, quattuor paeones; si duo longa tempora sunt, Creticum, Bacchium, palimbacchium continet. Ex paeonibus primus tantum et quartus adsciti sunt; ex caeteris pedibus Creticus et Bacchius:

— ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — ⏑ — —

qui quum sint numero diversissimi, tamen omnes paeonici vocati sunt. Metrici, eamdem viam ingressi, duo distinxerunt paeonicorum genera, Creticum unum, alterum Bacchiacum. Haec enim apertum est confundi non potuisse. Paeones autem primus quartusque, quoniam contractione facta Creticum praebent, rursumque Creticus in hos paeones converti potest, ad Creticos relati

sunt. Non abs re videtur, verba apponere Aristidis Quintiliani p. 55. seq. *τὸ δὲ παιωνικὸν καλεῖται μὲν καὶ Κρητικόν, διὰ τὸ ποτὲ μὲν τοῖς παίωσι καθαροῖς, ποτὲ δὲ τοῖς Κρητικοῖς μετρεῖσθαι. αὔξεται δὲ μέχρι τετραμέτρου· τινὲς δὲ καὶ πεντάμετρα πεποιήκασι. γίγνεται δὲ ταῦτα καὶ διὰ τοῦ τετάρτου παίωνος καθαροῦ, οὗ πολλάκις ἤτοι τὰς δύο μέσας βραχείας συνάγοντες εἰς μακράν, διὰ Βακχείου καθαροῦ ποιοῦσι Βακχειακόν· ἢ τὴν τελευταίαν μακρὰν εἰς δύο βραχείας λύοντες, δι' ὅλων βραχειῶν τοῦτο* (ita pro *ταυτὸ* scribendum puto) *ποιοῦσι, τὴν κατακλεῖδα μόνην τέταρτον παίωνα τηροῦντες, διὰ τὸ τῆς μακρᾶς εἰς ἀνάπαυσιν εὐπρεπές.* Hinc est, quod plerique paeonicum metrum rhythmicum esse dixerunt, ut ait Diomedes p. 506. Et Marius Victorinus p. 2543. quum in metro paeonico primum quartumque paeonem, Creticum, Bacchium, palimbacchium gigni dixisset, ita de hoc metro scribit: *quod tamen magis rhythmo, i. e. numero, quam metro congruere, varietas ipsa compositionis ostendit.* Quibus verbis quid sibi velit, haec declarabunt Mallii Theodori p. 5. *si qua autem apud poëtas lyricos aut tragicos quispiam repererit, in quibus certa pedum collatione neglecta, sola temporum ratio considerata sit, meminerit, ea, sicut apud doctissimos quosque scriptum invenimus, non metra, sed rhythmos appellari oportere.* Item Atilii Fortunatiani p. 2679. *nisi fluat eodem numero, ῥυθμός, non metrum fiet.* Ac Mallius Theodorus, istam opinionem amplexus, ob eam rem paeonica metra plane omisit. In eademque sententia fuit etiam Aristoteles in Rhet. III. 8. qui, de numero oratorio praecipiens, ita scribit: *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι* (dactylos dicit, et iambos, et trochaeos) *διά τε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι, καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν λῃπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν.* Nempe quia paeonicum genus praeter paeones et Creticos etiam Bacchiacos ex veterum definitione complectitur, qui pe-

des inter se pugnant, rhythmum esse, non metrum contendit, et ita, nomine non recte definito deceptus, quod saepe Graecis philosophis accidit, in errorem implicatur, non animadvertens, si quis diversa, quae paeonico genere comprehendi solebant, metra distinguat, repugnare, quae mox adiicit: *ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη, ἀντικείμενα ἀλλήλοις· ὧν τὸ μὲν ἓν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥςπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστίν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρά, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι,*

*Δαλογενές, εἴτε Λυκίαν,*

*καὶ,*

*χρυσεοκόμα Ἑκατε, παῖ Διός.*

*ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία·*

*μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.*

*οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ· ἡ γὰρ βραχεῖα, διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι, ποιεῖ κολοβόν.*

3. Non est obscurum, si Graeci, neglecto incessu numeri solam temporum proportionem spectantes, Creticos et Bacchiacos numeros, natura diversissimos, et sola trium temporum ad duo comparatione pares, ad unum genus retulerunt, multo magis eos Creticum metrum cum paeonico debuisse confundere, in quo non tantum temporum eadem ratio est, sed incessus etiam ita similis, ut pro Cretico utrumvis paeonem ponere liceat. Sed quae ab illis confusa sunt, nos distinguere par est. Atque illud quidem minime ambiguum est, paeonicum numerum a Cretico diversissimum esse. Paeon enim, loquimur autem de primo tantum paeone: nam praeter hunc et quartum, quod etiam veterum doctissimi fecerunt, nullum alium agnoscimus: is igitur ex una arsi et thesi trium temporum constat, quum Creticus thesin unius temporis mediam inter duas arses habeat. Arsin paeonis in duas breves syllabas solvi non repugnat quidem, sed non ma-

gis usitatum est, quam in dactylicis versibus: in thesi autem ex numeri legibus contractio nulla admitti potest. Nam sive primum theseos tempus et secundum, sive secundum et tertium contraherentur, periret numerus paeonicus, nova arsi per contractionem introducta, et aut palimbacchius, aut Creticus nasceretur,

quorum uterque duas arses habet. Ex quo consequitur, quum Cretici versus et primum paeonem et quartum, quin etiam quinque breves syllabas recipiant, paeonicos non nisi ex puris paeonibus componi posse. Praeterea, contra quam in Creticis fit, plures paeones recte uno ordine periodico coniunguntur,



quemadmodum trochaei plures, vel dactyli. Eamdemque ob caussam, ut in dactylicis numeris quidam imminutis ordinibus decrescunt, ita eadem ratio in paeonibus invenitur. Quo genere et Graeci usi sunt, et, qui hos inter nostrates in primis felici studio aemulatus est, Klopstockius, a paeone per dactylum et trochaeum ad unam usque arsin descendens,



*nieder zu dem haine der barden senkt.*

Denique, quemadmodum in trochaeis et dactylis praemissa anacrusi, quae thesi par est, iambici et anapaestici numeri oriuntur, ita ex primis paeonibus, quum trium temporum anacrusis accedit, quarti nascuntur paeones.

4. Sed etsi numerum utriusque generis ita diversum esse apparet, ut, qui versus pedes Creticos habet, non possit paeonicus esse, tamen, quia nihil impedit, quin quivis paeonicus versus pro Cretico habeatur, hoc qui-

dem certum est, Creticis versibus usos esse Graecos, illud autem adhuc dubium manet, an etiam paeonicos fecerint. Non fecisse si quis contendat, mirum ac pene incredibile videatur necesse est, quos linguae aptissima conformatio, quos sensus ad omnia flexibilis, quos ingenii eximia sollertia invitabat, ut hunc quoque numerum, in quo tanta vis ac venustas est, tentarent, in solis trochaeis et dactylis, qui ultro sese obtrudunt, constitisse. Sunt vero etiam alia, quae faciant, ut eos non abstinuisse a paeonico numero verisimile sit. Primum enim, si quod ab eo repeti argumentum potest, qui pes regnet in aliquo versuum genere, fatendum erit, quum alii versus fere toti Cretico pede incedant, alii autem constanter solum paeonem habeant, non id temere vel casu factum videri. Deinde, si primi paeones Cretici essent, maxime mirum foret, posteriorem potius arsin solvi, quam priorem. In fine enim conquiescere numerum consentaneum est. Vnde supra in versibus trochaicis observavimus, primam dipodiarum arsin lubentius, quam secundam solvi. Porro magis etiam mirum est illud, quod in iis, qui nobis paeonici versus esse videntur, prima arsis numquam solvitur, quum id tamen in his versibus, qui Cretici sunt, fiat. Denique hoc quoque observatu dignum est, tragicos Creticis potius, quam primis paeonibus usos esse, paeones autem illos reliquisse comicis. Nam Cretici numeri multo gravior incessus est, quam paeonici, ut minime mirum sit, alterum tragicis maxime, alterum comicis probatum fuisse. Contra quartis paeonibus, in quibus multo maior vis ac vehementia, quam in primis, cernitur, usi videntur tragici, quum comici, quod ego sciam, iis abstinuerint. Quae quum ita sint, sic statuendum videtur, paeonicis versibus adnumerandos esse, qui puros paeones habent, Creticis autem, qui ex Cretico et eius solutionibus componuntur.

5. At, inquiat aliquis, quid iis versibus fiet, qui quod fere toti ex primis paeonibus, uno alterove admixto Cretico, constant, si ex pede regnante res aestimanda est, paeonici, si ex Cretico a paeonicis excluso, Cretici videbuntur? Respondebimus, natura numeri paeonici ita iubente, Creticos esse. Sed non diffitendum est tamen, errorem aliquem ea in re ipsorum videri Graecorum esse. Nam eos quum sensus suus admoneret, alios Creticos, alios paeonicos numeros esse, condiderunt eos, uti debebant, Creticos ex pedibus potissimum Creticis, paeonicos ex solis primis paeonibus: sed quoniam doctrina numerorum, quam sequebantur, ad solam temporum comparationem respiciens, paeones et Creticos confuderat, in quibusdam Creticis versibus primum paeonem tamquam legitimum receperunt, recitationem, ut videtur, magis ad paeonicum numerum accommodantes. His rationibus adductus sum, ut paeonicos versus a Creticis disiungerem, Creticos ipsos autem bifariam dividendos putarem, quorum alteri optimo iure Cretici essent, alteri, primum paeonem frequentiorem Cretico habentes, confusioni utriusque numeri deberentur.

6. Videamus nunc ipsa versuum Creticorum genera. Ac diximus supra, hos versus quot pedes Creticos, tot ordines habere. Sed quoniam brevissimi hi ordines sunt, aptius plerumque visum est, duos uno membro comprehendi. Quo factum, ut usitatissimi essent dimetri, ac tetrametri. Quamquam nec monometri, nec trimetri, nec pentametri displicuerunt. Quumque plerique sint acatalecti, quorum ultimus pes propter syllabam ancipitem dactylus esse potest, nisi si systematis comprehensi uno numero continuantur, tamen etiam catalecticos quidam et hypercatalectos fecere. Mensura, ut iam indicavimus, in medio versu vel systemate haec est,

$\frac{\smile}{\text{—}}\,\smile\,\frac{\smile}{\text{—}}$

in fine versus vel systematis autem haec,

$\frac{\smile}{\text{—}}\,\smile\,\frac{\smile}{\text{—}}$

7. Dimetro ac trimetro saepius tragici utuntur, plerumque admixtis trochaicis versibus, ut cognato genere. Solutioni plerumque eadem in antistrophico versu solutio respondet. Ad tragicorum exemplum facta sunt haec apud Aristophanem in Ran. 1358.

ἅμα δὲ Δίκτυννα παῖς
Ἄρτεμις καλὰ
τὰς κυνίσκας ἔχουσ᾽
ἐλθέτω διὰ δόμων
πανταχῆ.

Aeschylus in Choëph. 583.

πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει
δεινὰ δειμάτων ἄχη,
πόντιαί τ᾽ ἀγκάλαι κνωδάλων.

Idem in Suppl. 423. integram ex Creticis stropham habet:

φράντισον, στρ.
καὶ γενοῦ πανδίκως
εὐσεβὴς πρόξενος·
τὰν φυγάδα μὴ προδῷς,
τὰν ἔκαθεν ἐκβολαῖς
δυσθέοις ὁρμέναν.
μηδ᾽ ἴδῃς μ᾽ ἀντ.
ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων
ῥυσιασθεῖσαν, ὦ
πᾶν κράτος ἔχων χθονός·
γνῶθι δ᾽ ὕβριν ἀνέρων,
καὶ φύλαξαι κότον.

Ab iambicis ad Creticos numeros transit Euripides in Oreste v. 1415. ed. Pors.

προεῖπε δ' ἄλλος ἄλ-
λον πεσὼν ἐν φόβῳ,
μή τις εἴη δόλος·
καὐδόκει τοῖς μὲν οὔ,
τοῖς δ' ἐς ἀρκυστάταν
μηχανὰν ἐμπλέκειν
παῖδα τὴν Τυνδαρίδ' ὁ
μητροφόντας δράκων.

Antistropha v. 1436. ad hunc modum videtur corrigenda esse:

προεῖπε δ' ὧδ' Ὀρέ-
στας Ἀχαιναν κόραν·
ὦ Διὸς παῖ, θὲς ἴ-
χνος πέδῳ, δεῦρ' ἀπο-
στᾶσα κλισμοῦ, Πέλοπος
ἐπὶ προπάτορος παλαι-
ᾶς ἕδραν ἑστίας,
φάτιν ἵν' εἰδῇς ἐμάν.

Nam quod vulgo legitur, ἵν' εἰδῇς λόγους ἐμούς; aliquanto probabilius est, ex interpretatione, quam ex λόγον ἵν' εἰδῇς ἐμόν, ortum esse. Valde rarus est versus hypercatalectus. Eo usus videtur Aeschylus in Eum. 324.

κλῦθ'· ὁ Λατοῦς γὰρ ἴ-
νίς μ' ἄτιμον τίθησιν.

De comicorum dimetris infra dicam.

8. Tetrametrorum exempla ex Cratini Trophonio affert Hephaestio, ubi quum poëta dixisset,

ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα, Κρητικὸν μέλος,

pergebat ita:

χαῖρε δή, Μοῦσα· χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
ἦλθες, οὐ πρίν γε δεῖν, ἴσθι σαφές· ἀλλ' ὅπως,

si vera est Porsoni emendatio apud Gaisfordium p. 330. Simmias apud Hephaestionem:

μᾶτερ ὦ πότνια, κλῦθι, νυμφᾶν ἁβρᾶν
Δῶρι κυμοκτύπων ἦραν ἁλίων μυχῶν.

Ita Salmasius ad Simmiae Securim p. 207. ex librorum scriptura ἦραν. Turnebi lectionem Ἥρα ut genuinam explicabat Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 426. Porsoni coniecturam vide apud Gaisfordium p. 331. Ex eodem Simmia idem Hephaestio offert,

σοὶ μὲν εὔιππος, εὔπωλος, ἐγχέσπαλος
δῶκεν αἰχμὰν Ἐνυάλιος εὔσκοπον ἔχειν.

Porsonus apud Gaisfordium l. c. ἔχεν Ἐνυάλιος εὔσκοπον scribens, non recte, ut videtur, hos versus ad comicorum paeonum exemplum refinxit. In Creticis enim, ut supra indicavimus, quartus paeon etiam praestat primo. Inde est, quod Simmias, ut refert Hephaestio, uno in carmine constanter omnes arses praeter ultimam solvit:

σέ ποτε Διὸς ἀνὰ πύματα νεαρὲ κόρε νεβροχίτων.

Alios id ait fecisse in tribus tantum prioribus pedibus,

θυμελικὰν ἴθι, μάκαρ, φιλοφρόνως εἰς ἔριν.

Idque factum testatur etiam Aristides Quintilianus p. 56. Propter quartum paeonem Creticis versibus adnumerandum suspicor etiam illum tetrametrum, quem Hephaestio ex Aristophanis Georgis affert,

ἐν ἀγορᾷ δ' αὖ πλάτανον εὖ διαφυτεύσομεν.

Minime autem dubium est, Creticos esse, quos eodem teste idem poëta in secundis Thesmophoriazusis posuerat:

μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
μήτε Χάριτας βοᾷν ἐς χορὸν Ὀλυμπίας·
ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Tetrametri etiam in Vespis sunt, ut patet ex his, v. 486.

οὐδέποτέ γ', οὔχ, ἕως ἄν τί μου λοιπὸν ᾖ·
ὅστις ὑμῶν ἐπὶ τυραννίδ' ὧδ' ἐστάλης.

Ita scribendum videtur. Respondent his v. 428. 429. pluresque sunt in istis antistrophicis tetrametri, sed exspectat hoc carmen adhuc medicum.

9. Hexametri catalectici, qui ab Alcmane nomen habet, hoc exemplum attulit Hephaestio:

*Ἀφροδίτα μὲν οὐκ ἔστι, μάργος δ' Ἔρως, οἷα παῖς, παίσδει,*
*ἄκρ' ἐπ' ἄνθη καβαίνων, ἃ μή μοι θίγῃς τῷ κυπαιρίσκῳ.*

Idem Bacchylidem ait integra carmina metro Cretico conscripsisse, hoc usus exemplo, quod tamen corruptum est:

*ὦ περίκλειτε δ' ἀλλ' ἀγνοήσειν μὲν οὔ σ' ἔλπομαι.*

Ex tali carmine hi sunt Bacchylidis versus apud Dionysium Hal. de comp. verb. p. 400. ed. Schaef. quos coniicias hexametros fuisse:

*οὐχ ἕδρας ἕργον οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας*
*χορὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι μέλος.*

Addidi *μέλος*. Neque enim verisimile videtur, quod placet Gaisfordio p. 330. terminari hic Creticos choriambico dimetro catalectico.

10. Sed videamus accuratius de comicis. Hi Creticis fere antistrophicis utuntur, iisque nunc trochaicos, nunc paeonicos versus adiungunt. Creticos ipsos, quos plerumque in systemata coniungunt, duobus modis, ut supra indicavimus, componunt, aut Cretico regnante, aut dominante primo paeone. Pedes ita plerumque exaequant, ut Cretico in antistropha Creticus, paeoni paeon respondeat: a qua lege si discedunt, fit hoc plerumque in penultimo pede. Perpaucis in carminibus negligentiorem responsionem videmus, ut in Acharn. 294.

*σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπο-*
*λεῖ· κάτα σε χώσομεν*
*τοῖς λίθοις·*

quibus respondent v. 342.

οὑτοιΐ σοι χαμαί,
καὶ σὺ καταθοῦ πάλιν
τὸ ξίφος·

et quibusdam aliis in versibus huius carminis. Raro quartum paeonem usurpant. Aristophanes in Eccles. 958.

μεθές, ἱκνοῦμαί σ', ἔρως.

Ibidem v. 962.

τήνδ' · εἰ δὲ μὴ καταπεσὼν κείσομαι.

Strophica valde corrupta sunt: quae sic constituenda videntur:

δεῦρο δή, δεῦρο δή,
φίλον ἐμόν,
δεῦρό μοι πρόσελθε, καὶ ξύνευνος
τὴν εὐφρόνην φίλος ὅπως τήνδ' ἔσει.

Dubitari potest, an φίλον ἐμὸν et δεῦρό μοι rectius locum commutent, quia ita in antistropha pedes dispositi sunt. In Avibus v. 1063. corruptos versus ita corrigas:

κτείνων παμφύλων γένναν
θηρῶν, ἃ πάντ' ἐν γαίᾳ
ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον γένυσι πολυφάγοις
δένδρεσί τ' ἐφημμένον καρπὸν ἀποβόσκεται.

Legitur vulgo αὐξανόμενα et ἐφεζόμενα. Sed αὐξανόμενον libri quidam praebent, et ἐφεζόμενα interpretatio est corruptae lectionis ἐφημένον. Mox in eodem loco scribendum, ὁποῖάπερ ἄν ἐστιν, in antistrophicis autem,

θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς βοᾷ.

Solutionem utriusque arseos nusquam inveni, nec puto probatam a comicis fuisse.

11. Vt in hoc versu, quem ultimum attulimus, Creticus paeonem excipit, ita fere in dimetris quoque non paeon Creticum, sed Creticus paeonem sequitur, qui suavior est incessus, imminuta in fine alacritate numeri. Sic in Equit. 303.

ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ
καὶ κατακεκρᾶκτα, τοῦ
σοῦ θράσους
πᾶσα μὲν γῆ πλέα,
πᾶσα δ' ἐκκλησία,
καὶ τέλη, καὶ γραφαί,
καὶ δικαστήρι', ὦ
βορβοροτάραξι, καὶ
τὴν πόλιν ἅπασαν ἡ-
μῶν ἀνατετυρβακώς.

Respondent his v. 382. seqq.

12. Quod supra dixi, duorum generum Creticos usurpari a comicis, quorum in altero Creticus, in altero paeon regnet, ex aliquot locis manifestum est, ut in Acharn. 208. ubi utrumque genus coniunctum invenitur:

ἐκπέφευγ', οἴχεται φροῦδος. οἴμοι τάλας, τῶν
ἐτῶν τῶν ἐμῶν.
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀν-
θράκων φορτίον
ἠκολούθουν Φαΰλ-
λῳ τρέχων, ὧδε φαύ-
λως ἂν ὁ
σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐ-
μοῦ τότε διωκόμενος
ἐξέφυγεν, οὐδ' ἂν ἑλα-
φρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

In antistropha pes excidit post verbum ἀντεμπαγῶ v. 230. ut videtur. Primi duo versus, quum alter in stropha, alter in antistropha brevi syllaba finiatur, hexametri esse videntur: atque ita placuit etiam Gaisfordio p. 331. Etsi et Aristides, cuius verba supra posuimus, pentametrum ut longissimum versum commemorat, neque Hephaestio, qui posse etiam hexametros condi ait, alium quam catalecticum attulit. Quare videndum est, ne dimetri sint isti

Aristophanis versus. Neque enim improbabile est, ut dochmiorum plura systemata deinceps poni solent, ita etiam in Creticis interdum factum esse. Lysistratae tamen loco, qui est a v. 1045. et 1060. ubi systemati ex dimetris composito alii Cretici subiiciuntur, non satis tuto ad hanc rem utaris, quum, qui sequuntur Cretici, rectius forsitan in unum tetrametrum coniungantur. Respondent versus 1191. seqq. et 1205. seqq.

13. Non praetereundi denique sunt Cretici cum anacrusi, quae, quia trochaicus est Cretici numerus, una syllaba constare solet. Ita in Avibus v. 410.

τύχη δὲ ποία κομί-
ξει πότ' αὐτῶ πρὸς ὄρ-
νιθας ἐλθεῖν; ἔρως
βίου, διαίτης τε, καὶ
σοῦ, ξυνοικεῖν τέ σοι,
καὶ ξυνεῖναι τὸ πᾶν.

Et v. 851. 895.

ὁμορροθῶ, συνθέλω.
εἶτ' αὖθις αὖτ' ἆρά σοι.

In Pace v. 1127. 1159.

ἥδομαί γ', ἥδομαι
κράνους ἀπηλλαγμένος,
τυροῦ τε, καὶ κρομμύων.
οὐ γὰρ φιλῶ μάχαις.
ἡνίκ' ἂν δ' ἀχέτας
ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον,
διασκοπῶν ἥδομαι
τὰς Λημνίας ἀμπέλους.

Ita haec scribenda sunt. His dimetris cum anacrusi etiam tragici saepe usi sunt. Sophocles in Oed. R. 649.

πιθοῦ θελήσας φρονή-
σας τ', ἄναξ, λίσσομαι.

Et mox,

τὸν οὔτε πρὶν νήπιον,
νῦν τ' ἐν ὄρ-
κῳ μέγαν καταίδεσαι.

Cavendum tamen, ne apud hos hoc genus metri cum dochmio, quem iambus praecedit, confundatur. In mediis versibus Creticis anacrusin posuit Aristophanes in hoc Lysystratae loco v. 1045.

ἀλλὰ πολὺ τοὔμπαλιν
πάντ' ἀγαθὰ καὶ λέγειν
καὶ δρᾶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κακὰ
καὶ τὰ παρακείμενα.

Respondent v. 1091. seqq.

14. Videamus nunc Latinos. Horum et tragici et comici tetrametro potissimum usi sunt. Livius Andronicus in Equo Troiano:

*dá mihi*
*hásce opes, quás peto, quás precor; pórrige, ópitula.*

Ennius in Andromacha:

*quíd petam praésidi, aut éxsequar, quóve nunc*
*aút auxilio éxsili aút fuga fréta sim?*
*árce et urbe órba sum: quo áccidam? quo áp-plicem?*

Ita haec scribenda sunt. Pacuvius Atalanta:

*quae aégritudo ínsolens méntem attentát tuam?*

Ex Ennio quod exemplum attuli, ostendit, tragicos quoque, ut comicos, hunc versum asynartetum ex duobus dimetris esse voluisse. Bentleius etiam molosso eos uti monuit ad Cic. Q. Tusc. III. 19. et Terent. Adelph. IV. 4, 2. qui pes tamen ita temperari solet, ut aut propter ambiguitatem mensurae non sit molossus, ut in Plauti Captivis II. 1, 11.

*aút solutós sinat, quós argento émerit,*

vel ubi *concede huc, secede huc,* et similia retracto in primam syllabam accentu dicuntur; aut a pronunciatione accentum solum sequente obscuretur, ut in Rudente I. 5, 15. 19.

*quaéne eiectae é mari ambaé sumus, te óbsecro.*
*út tuo récipias técto, servésque nos.*

Dactylum vero pro trochaeo, i. e. choriambum pro Cretico non aliter inveneris, quam ut per pronunciationem magis quartus paeon esse videatur, ut *continuo, multipotens, stultitia est, atque operam,* vel etiam Creticus, ut *quos miseros.* Nam *miserum* saepe duabus syllabis pronunciabant. Haec atque alia exempla in locis, quos infra afferemus, legentibus occurrent. In ultimo pede versuum posterior arsis non solvitur, sed anceps est.

15. Tetrametro comici fere semper utuntur. Aliquando tamen etiam dimeter admiscetur. Exempla, quoniam infra satis multa daturi sumus, hic omittimus.

16. Fuit autem, ut iam indicavimus, hic quoque versus ad asynartetorum exemplum conformatus: unde in secundi pedis fine et syllaba anceps et hiatus locum habet. Plautus Amph. I. 1, 86.

*quísque ut steterát, iacet, óbtinetque órdinem.*

*Vt* pro *uti* praebet cod. Lips. Cas. II. 2, 16. 28. 39.

*néc mihi iús meum óbtinendi óptio est.*
*quín viro aut súbtrahat, aút stupro invénerit.*
*móx magis quom ótium ét mihi erit ét tibi.*

Ita hic versus in MS. Lips. legitur. Most. I. 2, 31. 32.

*tígna, putréfacit áër operám fabri.*
*néquior fáctus iam úsus est aédium.*

Vulgo *est usus.* Pseud. IV. 1, 20.

*ípse sese út neget ésse eum, quí siet.*

Vulgo *eum esse.* Rud. IV. 3, 12.

*séd boni cónsili écquid in té mihi est.*

17. Praeterea in his quoque versibus, si vel interpunctio maior, vel personae mutatio, vel alia quaecumque idonea caussa pausam in pronunciando fieri sinit, aut postulat, hiatum, productionemque brevis syllabae inveniri licet. Ita in Mostellaria I. 4, 24. si nihil vitii contraxit versus,

*iám revortár. diu - ést iam - íd mihi*

In eadem fabula I. 2, 56.

*pérdidi operám fabrorum íllico: - óppido*
*vénit ignavia.*

Singulares plane hiatus sunt in Most. I. 2, 73.

*árte gymnástica, dísco, - hastís, pila,*
*cúrsu, - armís, equo.*

Quos tamen non puto removendos esse.

18. Iungi solent versus Cretici quum aliis metris, ut infra exemplis quibusdam demonstrabimus, tum Bacchiacis versibus, ut apud Plautum Cas. II. 2. III. 5. Epid. IV. 1. Most. I. 2. Pseud. IV. 1. Pers. V. 2. Rud. I. 5. III. 3. et alibi; et quidem nunc interposito inter utrumque numerum alio versu, nunc ut statim Bacchiaci Creticos, vel Cretici Bacchiacos excipiant: quod quum fit, unius syllabae in principio vel accessio vel detractio interdum facit, ut ambiguum sit, utrum versus sint Cretici an Bacchiaci: sed plerumque ex eo, quae verba apte in tetrametros coëant, tum etiam ex fine diiudicari possunt.

19. Quum Cretici systematum in morem coniungi soleant, etsi raro versibus per *συνάφειαν* copulatis, cuius exemplum est in Terentii Andria IV. 1, 9. non abhorret

a comparatione aliorum numerorum, Creticos quoque clausulas quasdam habere. Et apte sane clauduntur versu catalectico in Casina II. 2, 40.

*ígitur tecúm loquar; núnc vale. váleas.*

Sed quam Bentleius ad Andr. IV. 1, 12. clausulam et Creticorum et Bacchiacorum esse vult, ut pedi Cretico iambicus monometer hypercatalectus adiiciatur,

*níl opust, ibí verentur,*

eam ego numquam usurpatam esse credo. De tribus Plauti locis, quos affert Bentleius, duo sunt versus iambici septenarii, in Curc. I. 2, 8. 15. Prior locus ita scribendus videtur:

*tú mihi stácte, tu cínnamum, tú rosa,*
*tú crocum, tú mihi es cásia, tu bdéllium.*
*nam ubi tú profusus és, ibi me pérvelim sepúltam.*

Vulgo in postremo versu, *nam ubi tu profusus, ibi ego me.* Cod. Lips. *nam ubi profusus tu, ibi me.* In altero loco haec verba in unum versum coniungenda:

*sitit háec anus. quantillúm sitit? modica ést: capit quadrántal.*

Tertium exemplum, quod est in Menaechmis I. 2, 10. non magis huc pertinet. Est is versus trochaicus octonarius:

*nímium ego te habui délicatam: núnc adeo, ut factúrus, dicam.*

*Nimium* hic duabus syllabis pronunciandum, nisi placet *te* deleri. Ipse denique Terentii locus tantum abest, ut clausulam istam habeat, ut isti ne esse quidem Cretici videantur. Nam, si quid ego video, a Creticis ad alios, Bacchiacos potissimum numeros, transiit poëta, et aptissime quidem. Atque ita librorum lectiones, quas magna cum audacia mutavit Bentleius, servari ubique poterunt:

*ibi tum eorum impudentíssima orátio est:*
*quís tu es? quis mihi es.*
*cúr meam tibi? heus,*
*próxumus sum egomét mihi.*
*attámen, ubi fidés, si rogés, non pudént hic,*
*ubi opúst: illic úbi nil opúst, ibi veréntur.*

Secundus, tertius, quartus horum versuum trochaici sunt; qui sequuntur autem, Bacchiaci. Perelegans lectio est codicis Lips. *hic opust*, quam si probas, interpunge post *pudent*: supra tamen adscriptum est *ubi*.

20. Si aliquas habent clausulas Cretici, facilius adducaris, ut versum hypercatalectum, monometrum vel dimetrum, ei usui inserviisse statuas. Fatendum est tamen, clausulam hypercatalectam parum aptam videri, quum minui potius numerum in fine, quam augeri deceat. Nec si Aeschylus versum hypercatalectum in fine posuit, ut supra indicavimus, propterea id comoediae quoque accommodatum censebitur. Quare vel propter numerum hae clausulae mihi suspectae sunt: augetque hanc suspicionem illud, quod, quas reperi, in locis dubiis atque ambiguis inveniuntur. In Amphitr. I. 1, 81.

*hóstes crebrí cadunt: nóstri contra ingruunt:*
*vícimus ví feroces.*

Ibi unus codicum Leidensium, *vi fero vincimus.* Ibidem v. 89.

*équites parént citi: ab déxtera máxumo*
*cúm clamore ínvolant: ímpetu alacrí...*
*foédant et próterunt hóstium cópias*
*iúre iniustas.*

In Rud. III. 3, 19. in scena pluribus locis lacunosa:

*TR. quaé vis? PA. vim mi áfferam ipsa, ádigit. TR. ah desine:*
*nímis inepta es.*

Quibus accedit, quam Reizius in Capt. II. 1, 17. restituit:

*út sine hisce árbitris átque vobís locum*
*détis nobís loquendi.*

Vulgo *atque vobis nobis detis locum loquendi.* Ed. Carp. *atque a vobis nos detis.* Cod. Lips. *modum* pro *locum.* Apertum est, quam parum his locis tribui possit. Ac, nisi fallor, in primo poëta scripserat,

*férri vi vícimus.*

In secundo, ubi post *alacri* videtur *ruunt* excidisse, suspiceris eum *vi retundunt eas*, vel simile quid dedisse. Rudenti redde iambicum septenarium. Locum ex Captivis totum emendatius scriptum afferre volo, quo is simul exemplum sit Creticorum aliis numeris iunctorum.

*PH. at nós pudet, quia cúm catenis súmus.*
*L. at pigeat póstea*
*nóstrum herum, si éximat,*
*aút solutós sinat, quós argento émerit.*
*PH. quid ílle a nobis métuit? scimus nós nostrum officiúm quod est,*
*si solutós sinat.*
*L. át fugam fíngitis: séntio quám rem agis.*
*PH. nós fugiamus? quó fugiamus? L. ín patriam. PH. apage haud nós id deceat, fúgitivos imitári. L. immo edepol, si érit occasio, haúd dehortor.*
*PH. únum exordíre vos sínite nos. L. quídnam id est?*
*PH. út sine hisce árbitris*
*átque a vobís nos detis loquendí locum.*
*L. fíat: abscédite hinc: nós concedámus huc: séd brevem orátionem íncipesse. PH. hém mi istuc*
*cértum erat: cóncede huc. L. ábite isti.*
*T. obnóxii*

*ámbo vobís sumus própter hanc rém, quum, quae*
*vólumus nos, cópiae fácitis nos cómpotes.*
*PH. sécede huc núnc iam, sí videtúr, procul:*
*ne árbitri dícta nostra árbitrari queant,*
*neú permanét palam haec nóstra fallácia.*
*nám doli nón doli súnt, nisi astú colas,*
*séd malum máxumum, si íd palam próvenit.*
*nám si herus tú mihi es, átque ego mé tuum*
*sérvum assimuló, tamen víso opust, caúto opust,*
*ut hoc sóbrie sineque árbitris*
*accúrate agátur, docte ét diligénter.*
*tanta íncepta rés est. haud sómniculóse hoc*
*agéndum est. T. ero, út me volés esse. PH. spéro.*
*T. nam tú nunc vidés pro tuó caro cápite*
*carum ófferre mé meum capút vilitáti.*
*PH. scio. T. at scíre tum meménto, quando id, quód voles, habébis.*
*nám fere máxuma párs hunc hominés habent*
*mórem, quod sibi volunt, dum ímpetrant íd, boni*
*súnt: sed id iídem ubi idm penes sése habent,*
*éx bonis péssumi et fraúdulentíssumi*
*fíunt: nunc, út mihi té volo, esse aútumo.*
*T. quód tibi suádeam, suádeam meó patri.*
*PH. pól ego te, si aúdeam, meúm patrem nóminem:*
*nám secundúm patrem tu és pater próxumus.*

V. 10. vulgo *si vos eximat vinculis.* Reizius, *si ille vos.* Sed quum initium carminis antistrophicum esse videatur, eiicienda putavi verba interpretationis speciem habentia. V. 12. addidi *ille.* Aut hoc, aut *is* addendum videtur: sed tum in strophico versu *nos* delendum erit. V. 14. vulgo *agitis.* V. 19. librorum lectionem supra indicavi. *Locum loquendi nos*, etsi non habeo aliud exemplum in promptu, eadem licentia dici puto, qua Graeci dicunt λειπτέον ἡμᾶς, et similia. V. 22. libri, *abite ab istis.* V. 24. Haec facillima videbatur correctio esse vulgatae, *copia est, ea facitis.* Nam *ea* interpretis videtur. *Copiae* autem propter notum compendium, quo *est* scribi solet, facile in *copia est* abire potuit. V. 31. vulgo *servum esse assimulo.* V. 31. vulgo *cauto est opus.* Sed cod. Lips. *cauto opus est.* V. 32. iambicus est, transitum faciens ad Bacchiacos, ut alius, v. 38. a Bacchiacis ad Creticos. V. 33. vulgo *accurate hoc agatur.* V. 37. addidi *me.* V. 38. libri *scire memento.* Sequutus sum, quod Pareus ex ed. vet. dedit. V. 39. libri *morem hunc homines habent*, et mox, *dum id impetrant.* Cod. Lips. omittit *id.* V. 41. addidi *iidem.* V. 43. pro *sunt* scripsi *fiunt.* Reliqua pars versus ita in codd. et vett. edd. scripta.

21. Tetrametris catalecticis quum alibi, tum continuis usus videtur Plautus in Trinummo II. 1, 17. tertio pede ultimam admittente ancipitem. Locus ita scribendus videtur:

*dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si*
*aúdis.*
*íbi tum ille cucúlus: hem, océlle mi, fíat:*
*ét istuc, et si ámplius vís dari dábitur.*
*íbi pendentém ferit: iam ámplius órat:*
*nón satis id ést mali, ni ámpliust étiam,*
*quód bibit, quód comest, quód facit súmpti.*
*nóx datur: dúcitur fámilia tóta.*

In secundo horum versuum *tum* et *hem* addidi. Sed in Bacchid. V, 1, 28. neque catalexis, nec clausula, sed exclamatio in fine est. Verba ita scribenda:

*N. át mihi Chrýsalus óptumus homó meum*
*pérdidit fílium, me, átque rem omném meam.*
*PH. quíd tibi ex fílio nam óbsecro aegre ést?*
*N. scies.*
*ís perít cúm tuo, atque ambo aéque amicás*
*habent.*
*PH. quí scis? N. vidi. PH. heí mihi:*
*dispérii.*

Catalectici et acatalecti Bacchiacis iuncti et iambicis octonariis in Mostellaria sunt I. 4. Scena turpiter depravata ita, nisi fallor, corrigi poterit:

*C. Advórsum veníri mihi ád Philolachétem*
*voló temperi: aúdi: hem, tibi ést imperátum.*
*nam illi, úbi sum, inde effúgi*
*forás: ita med íbi male convívi, sermónis*
*taesúmst. nunc comíssatum ibo ád Philolachétem,*
*ubi nós hilari ingénio et lepide áccipiet. écquid*
*videór mamamadére?*
a *D. sémper istóc modo mórata est vita.*
*C, debébas — visne égo ted ac tú me amplectére?*
b *D. sí tibi fácere cordi ést, licet. C. lépida es.*
*dúc me amabó. D. cave, né cadas. ádsta.*
*C. oh óh. - ocellus és meus, tuús sum alumnus,*
*mél meum.*
b *D. cáve modo, né prius ín via accúmbas,*
*quamílli, ubi léctus est strátus, nos coímus.*
*C. siné, sine cadere mé. D. sino. C. sinés et*
*hoc, quod mi ín manu est?*
a *D. sí cades, nón cades, quín cadam técum.*

*C. iacéntis tollét posteá nos ambo áliquis.*
*D. mádet homo. C. tún me ais mámamadére?*
*D. cedó manum: nolo equidém te affligi. - C. hém tene. - D. age, i, í simul.*
*C. quó ego eam, an scís? L. scio. C. in méntem venít modo:*
*némpe domum eó comissátum: immo istúc quidem*
*mémini iam. PHILO. núm non vis óbviam hisce íre me,*
*ánime mi? - ílli ego ex ómnibus optumé volo.*
*iám revortár. PHILE. diu - ést iam - íd mihi.*
*C. écquis hic ést? PHILO. adest.*
*C. eu,*
*Philolaches, sálve, amicíssume hominum ómnium*
*PHILO. dí te ament: áccuba, Cállidamate: únde agis*
*te? C. únde homo ebriús. PHILO. probe. quín amabo áccubas,*
*Délphium méa? C. da illi, quód bibat....*
*dórmiam ego iám. PHILO. num mirum aút novom quíppiam*
*facit? quíd ego hoc faciam póstea, mea? D. sic sine eumpse. PHILO. age tu ínterim*
*dá cito ab Délphio cántharum circum.*

V. 3. *ubi sum*, i. e. ubi hodie in convivio me esse oportebat. Libri veteres *ubi sunt*. V. 8. libri sub Delphii persona: *semper istoc modo moratus vitae debebas.* MS. Lips. *moratis.* Ed. Carp. *morari vita*, omissa in utroque post *debebas* personae nota. Coniicias etiam *mora tibi vita. Debebas* Callidamati tribuendum putavi, quo is dicturus, debebas me amplexari, mutet orationem, *visne* inferens. Aliter non video, quid isto

verbo faciendum sit. Ceterum observa rationem antistrophicam, quam litteris *a a*, *b b* in margine notavi, quibus accedit *c*, epodus. In versibus 12. 19. 23. 24. lineolas, ut Varro volebat, posui, neglectae elisionis indices. V. 14. addidi *nos*. V. 30. lacunam vet. cod. Parei habet.

22. Antistrophicorum more cum trochaico septenario iungitur Creticus in Mostell. I. 2, 62.

*cóntinuo pro ímbre amor advénit in cór meum;*
*ís usque in pectus pérmanavit, pérmadefecit cór meum.*
*núnc simul rés, fides, fáma, virtús, decus,*
*déseruerunt: égo sum in usu fáctus multo néquior.*

Et cum trochaico octonario in Persa V. 2, 19.

*TO. iúrgium hinc aúferas,*
*sí sapias. DO. at bóna liberta, haec scívisti et me célavisti?*
*LE. stúltitia est, cui bene est,*
*eúm praevorti lítibus: postérius te istaec mágis par agere est.*
*DO. úritur cór mihi.*
*TO da illi cantharum: éxstingue ignem, si úritur, capút ne ardescat.*

Ita haec scribenda videntur. Alio modo antistrophica ex Cretico tetrametro et anapaestico paroemiaco facta in Persa exstant V. 1, 6.

a *í foras, híc volo ante óstium et iánuam*
*meos párticipes bene accípere.*
a *státuite híc léctulos, pónite hic, quae ássolent*
*hic státui volo primum áquilam.*

23. Memorabile est aliud genus Creticorum, compositum ex dimetro Cretico et trochaico monometro hypercatalecto:

$\overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile - \mid \overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile - \mid \overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile\overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}$

In eo trochaico primus pes interdum spondeus est. Exempla insignia sunt in Mostellaria III. 2. et in Pseudolo V. 2. Vtroque in loco si non omnia, at pars certe antistrophica est. Qui aliquoties admiscetur versus,

$\overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile - \mid \overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile - \mid \overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile\smile\smile -$

quum certis stropharum locis redire videatur, non ausim eum librariis imputare. Eius posterior pars, quae semper primum paeonem habet, non est dipodia trochaica, quam supra diximus alienam a Creticis numeris videri, sed Creticus, cui alia arsis subiicitur,

$\overset{\prime}{\underset{\smile}{-}}\smile \overset{-}{\underset{\smile}{-}} \mid \overset{\prime}{-}$

In Mostellaria quidem dolendum est, quod scena ista ex lacero codice aliquot locis mutilata ad nos pervenit. Initium tale est:

a *S. Mélius anno hóc mihi nón fuit domi,*
*néc quando esca úlla me iúverit magis.*
*prándium uxór mihi pérbonum dedit.*
*núnc dormitúm iubet me íre minimé.*
a *nón mihi fórte visum íllico fuit:*
*mélius, quam prándium, quód solet, dedit.*
*vóluit, in cúbiculum abdúceret me anus.*
*nón bonus sómnus de prándio: apagé.*
b *clánculum ex aédibus me édidi foras.*
*tóta turgét mihi uxór, scio, núnc domi.*
b *TH. rés parata ést mala in vésperum huic seni.*
*nam ét coenandum ét cubandum ést, si intrabít, male.*
c *S. quó magis cógito ego cúm animo meo*
*sí quis dotátam habet, néminem sopor*
*sóllicitat. íre dormítum mihi odio est.*
*éxsequi cérta res ést, ego ut abeam*

*pótius hinc ád forum quám domi cubem.*
*átque pol néscio, ut móribus sient*
*vóstrae:- haec sát scio, quaé me habet male,*
*péius posthác fore, quám fuit mihi.*
d *TR. si abitus tuus tíbi, senex, fécerit male,*
*níhil erit, quód deorúm nullum accúsites:*
*te ípse iure óptumo mérito incusés licet.*
d *témpus nunc ést senem hunc álloqui mihi.*
*hóc habet. répperi, quí senem dúcerem:*
*quó dolo a mé dolorém procul pellerem.*
e *áccedam. dí te ament plúrimum, Simo.*
*S. sálvos sis, Tránio. - TR. út vales?*
*S. nón male.*
*quíd agis? TR. hominem óptumum té-*
*neo. S. amicé facis,*
*quóm me laudás. TR. decet cérte. S.*
*hercle at téd ego*
*téneo servom haúd bonum. TR. quíd*
*ita veró, Simo?*
*S. éia mastígia, ad mé redi. TR. iam*
*ísti ero.*
*S. quíd nunc, quam móx? TR. quid est?*
*S. quód solet fíeri.*

Antistrophica sunt, ut videtur, quae litteris *a a*, *b b*, *d d*, et *e* notavi. Nam, nisi fallor, a v. 27. usque ad v. 39. stropha est, finita trochaico septenario: de qua re, quia posterior pars valde mutilata est, certo iudicari non potest. Veri tamen simile est, quia etiam v. 51. 50. trochaicus septenarius Creticos terminat. Si ita est, v. 40. *vos* delendum erit. Reliqua pars *c*, ex versibus unius generis constat, nisi haec quoque antistrophica fuerunt: nam in codd. Pall. lacunae sunt; non tamen in MS. Lips. qui *dormitum es tu* habet. Addidi *mihi* et v. 13. 14. 15. verba quaedam transposui, *uxorem* delevi. V. 2. MS. Lips. *nec quidem ea una meruerit.* Sequutus sum

alios, nisi quod *ulla* scripsi. V. 6. ita MSS. nisi quod *solum* praebent. V. 7. MS. Lips. cum aliis *eamus*. V. C. Parei *me anus*, unde *med anus* dedi. V. 8. delevi *est*. V. 10. hic verborum ordo in MSS. et edd. vett. V. 12. ita ed. Carp. sed MS. Lips. *si intrabis*, similiterque codd. Pall. V. 19. scripsi *quae* pro *quam*. Hiatum excusari licet: sed tolli potest facile, inserto *at*. V. 22. libri vett. recte *nullum*. V. 24. MS. Lips. ed. Carp. *alloqui me*. V. 27. vide ne *heus* exciderit, quo corripi media in *accedam* possit. V. 30. *ted* scripsi: MS. Lips. *hercle te hēo*, i. e *habeo*. V. 31. mutavi ordinem verborum. MS. Lips. haec, *TR. quid ita vero, Simo? SI.* omittit, sequentia ita scripta praebet: *Eya mastigia a meridie amisticero.* In Pseudolo V. 2. ita scribendum videtur:

a *S. Vóx viri péssumi me éxciet foras.*
*séd quid hoc? quómodo? quíd tu? vídeo ego?*
a *PS. cúm corona ébrium Pseúdolum tuum.*
*S. líbere hercle hóc quidem. séd vide statum.*
b *núm mea grátia pértimescít magis?*
b *cógito, saéviter, blánditerne álloquar.*
c *sed hoc mé vetat vim fácere nunc,*
*quód fero, sí qua in hoc spés sitast mihi.*
c *PS. vir málus viro optumo óbviam it.*
*S. dí te ament, Pseúdole: sed í in malam crucem.*
d *PS. cur égo me afflicter? S. quíd, malum, ergo in ós mi irructas ébrius?*
e *PS. mólliter síste nunc mé: cave, né cadam.*
*nón vides méd uti mádidus adeám?*
e *S. quae ístaec audácia est, té sic intérdius*
*cúm corolla ébrium incédere. PS. lubét.*
f *S. quíd lubet? pérgin ructáre in os mihi?*

f *PS. sudvis ructús mihi est: sic sine: i modo.*

g *S. credo équidem posse té, scelus,*
*Mássici móntis ubérrumos quáttuor*
*fructus ebíbere in hora úna. PS. hiberna, áddito.*

g *S. haud mále mones: sed díc tamen,*
*únde onustám celocem ágere te praédicem?*
*PS. cúm tuo fílio pérpotavi modo.*

h *séd, Simo, ut probe*
*táctus Ballio est.*
*quae tibi díxi ut effécta reddidi.*

i *S. derídes?*

h *péssumu's homo.*
*PS. múlier hoc facit:*
*cúm tuo fílio líbera accubat.*

k *S. ómnia, ut quídque egisti, órdine scio.*
*PS. quid érgo dubitas dáre mi argentum. S. iús petis, fateór: tene.*

i *PS. tamén das?*

k *át negabás daturum ésse te mihi.*
*onera húnc hominem, atque me hác consequere. S. ego ístum onerem?*
*PS. onerabís, scio.*

Sunt haec omnia antistrophica. Iambici sunt v. 7. 9. 18. 21. 32. 34. trochaici v. 24. 25. 28. 29. V. 11. MS. Lips. praebuit *cur ego me afflicter*, caetera ut vulgo scripta habens, *quid tu, malum, mihi in os ebrius irructas.* V. 33. Verba *tamen das*, quae in libris fini sequentis versus adiuncta sunt, ut hic collocarem, et aequalis dispositio antistrophicorum admonebat, et ipsa suadebat sententia. Iidem isti trochaici versiculi etiam aliis in locis inter Creticos et Bacchiacos inveniuntur. Ita in Bacchid. IV. 3. qui locus a v. 5. nisi fallor, ita constituendus est:

*incrédibiliór, nequiór nemo núnc est,*
*neque índignus, quoí di*
*benefáciant, neque quém quisquam homo aút amet, aut ádeat.*
*inimícos, quam amícos, aequum ést med habére;*
*malós, quam bonós, par magís me iuváre.*
*ómnibus probris,*
*quae ímprobis viris,*
*dígna sunt, dígnior núllus est homo,*
*quí patri réddidi omne aúrum amans, quód fuit*
*praé manu. súmne ego*
*hómo miser? pérdidi me átque operam Chrysali.*

Et mox IV. 4, 4.

*Cállidum senem*
*cállidis dolis*
*cómpuli et pérpuli, mi ómnia ut créderet.*
*núnc amanti hero*
*fílio senis,*
*quícum ego bibo,*
*quícum edo - et amo,*
*régias cópias, aúreasque óbtuli,*
*út domo súmeret, neú foris quaéreret.*
*nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,*
*quí duas trís minas aúferunt heris.*
*néquius nihil*
*ést, quam egens cónsili sérvos, nisi habeat*
*múltipotens péctus;*
*úbicumque usús sit,*
*péctore exprómat.*
*núllus frugí potest ésse homo, nisi qui ét bene et male*

*fácere tenet; ímprobust cum ímprobis; hárpagat*
*fúribus, quód queat.*
*vérsipellém frugi hominem ésse convenit,*
*péctus quoi sapit.*
*bonús sit bonís.*
*málús sit malís.*
*utícumque rés*
*sit, íta animum habeát.*
*séd lubet scíre, quantum aúri herus sibi*
*démpsit, et quíd suo réddidit patri.*
*sí frugi est, Hérculem fécit ex patre:*
*décumam partem eí dedit, síbi novem abstulit.*
*séd quem quaero, óptume ecce óbviam mihi est.*

Ex his v. 17—19. Cretici catalectici sunt, v. 26—29. autem Bacchiaci catalectici.

23. Denique est etiam, ubi Cretici cum choriambicis et dactylicis versibus coniungantur. Ita in Rud. IV. 3, 14. antistrophica sunt, ut videtur, ex versiculo isto trochaico hypercatalecto, et versu, qui e choriambo ac dimetro Cretico catalectico compositus est;

*sí fidem modo*
*dás mihi, te nón fore infídum.*
*dó fidem tibi,*
*fídus ero, quísquis es: aúdi.*

Non antistrophicum canticum in Menaechmis est I. 2, 1. sed valde corruptum. Vide an eiectis paucis vocibus, quas ab interprete adiectas esse suspicio est, et addito in secundo versu *item*, ita restitui possit:

*Ní mala, ni stúlta sies, ni índomita, impósque animi,*

*quód viro odió vides, túte item tíbi habeas.*
*praéterhac sí mihi tále post húnc diem*
*fáxis, faxó foris vídua visás patrem.*
*nám quotiens íre volo,*
*me rétines, revocas, rógitas,*
*quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram,*
*quíd petam, quíd feram, quíd foris égerim.*
*pórtitorém domum dúxi, ita omném mihi*
*rém necesse éloqui, quídquid egi átque ago.*

---

## CAP. XX.

### *De numero antispastico.*

1. Grammatici, dipodiis plerosque versus metiri soliti, quum quosdam versus, si isto modo dividerentur, vel in omnibus dipodiis, vel certe in prima antispastum habere animadverterent, eos versus antispasticos vocarunt. Sed hanc versuum metiendorum rationem ita tantum veram esse intelligitur, si numerus eadem constitui membra iubeat. Nam si aliae sunt partes, quas numerus fieri iubet, ineptum est et perversum, quae cohaereant, divelli, quae autem non cohaereant, copulari, praesertim si id contra fiat, quam leges numeri patiuntur. Eo autem vitio laborare doctrinam antispastorum, quae a grammaticis inventa est, tam est apertum, ut probari eam cuiquam potuisse, et olim miratus sim, et nunc, postquam a me satis, ut puto, refutata erat, magis mirer. Dicunt illi, primam syzygiam in his versibus ab initio quemvis pedem disyllabum admittere, caeteras habere puros antispastos, postremam autem, si acatalecti sint, iambicam esse; interdum tamen alternare antispa-

sticas atque iambicas syzygias, et, ubi id fiat, priorem pedem syzygiae, quae sequatur iambicam, eadem, qua in principio versus, licentia uti. Ita prioris generis haec forma est:



posterioris haec:



At haec falsissima esse, facile potest intelligi. Primum enim, si hi versus numerum habent antispasticum, qui fit, ut non in unaquaque antispastica syzygia prior pes cum quovis alio disyllabo pede permutetur? Deinde, qui fit, ut vel in prima syzygia ista commutatio tolerari possit? Nam si antispastus ex iambo et trochaeo compositus est, iambus nullo pacto cum trochaeo, qui contrarium plane numerum habet, aut cum pyrrhichio, qui ne integro quidem iambo par est, permutari poterit. Porro quid est, cur syzygiae, quae sequuntur primam, purum semper antispastum, neque etiam vel dispondeum, vel primum quartumve epitritum recipiant, qui pedes, quia per numeri legem et in principio et in fine antispasti syllaba anceps locum habet, non apparet quare exclusi sint? Denique cur ultima in hoc genere versuum dipodia iambica, non etiam, ut caeterae, antispastica esse potest? Ad has omnes quaestiones nihil est quod respondere isti possint. Quod si, ut in Aeolicis versibus fecerunt, reciso primo pede, qui basis est, versuum illorum naturam consideravissent, choriambicos eos esse animadvertissent, paratasque habuissent responsiones ad ea omnia, quae modo protulimus:

Nam in basi recte commutari pedes disyllabas scimus: ea autem quum in initio tantum sit horum versuum, apparet, cur non alio, quam isto in loco, pedes isti permutentur. Deinde quoniam in choriambo, ut in medio ordine, non est locus syllabae ancipiti, non est iam mirum, choriambis in antispastos divulsis, eos antispastos puros esse. Denique quum usitatum sit, versus choriambicos in duos dactylos exire, eadem choriamborum distractio dipodiam iambicam in fine praebeat necesse est. Similes et dubitationes, et responsiones altera antispasticorum forma habet. Ea forma ex versibus Priapeis petita est, qui constant ex Glyconeo et Pherecrateo, quorum in utroque quum basis ordinem logaoedicum praecedat, nihil est, quod miremur, versum talem esse, qualem numeri natura esse iubeat:

.. .. | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – | .. .. | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Praeterea magis etiam inepte quattuor alia metra ab Hephaestione antispasticis adnumerata sunt, quae ille sic metitur:

– – – ⏑ | ⏑ – ⏑ – | ⏑
⏑ – – – ⏑ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑
– ⏑
⏑ ⏑
– –
⏑ – ⏑ – | – – – ⏑ | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑

Nihil in his est, quod vel vestigium antispasti contineat. Nam primus horum, qui Sapphicus vel Hipponacteus vocatur, logaoedicus est cum basi,

.. .. | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

*καὶ κνίσσῃ τινὰ θυμιήσας.*

Secundus, usitatissimum metrum, qui dicitur Phalaeceus hendecasyllabus, similis praecedenti, sed pede longior,

.. .. | ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

*χαῖρ', ὦ χρυσόκερως, βάβακτα, κήλων,*
*Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.*

Tertius ex dipodia iambica et Glyconeo:

⏑ – ⏑ – | .. .. | ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –

*κόλπῳ σ' ἐδέξανθ' ἁγναὶ Χάριτες Κρόνῳ.*

Quartus denique ex duobus iambicis dimetris catalecticis, quorum secundus disyllabam anacrusin habet:

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

*γλυκεῖα μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν,*
*πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.*

Quae quum ita sint, et hos versus, et choriambicos cum basi, et Glyconeos ac Pherecrateos, quique ex his coniunctis oriuntur, Priapeos, plane ab antispasticis numeris seiungimus. Quod si opus est in re per se plana atque aperta etiam auctoritatem aliquam veterum afferre, sine qua quidam nullam in antiquis litteris veritatem esse putant, certe versus choriambicos cum basi non antispasticos, sed choriambicos esse, iam Latini grammatici intellexerunt, Terentianus p. 2443. Marius Victorinus p. 2594. 2797. seq. Plotius p. 2655. Et de Phalaeceo versu testimonium habemus in carmine, quod inter Catulli carmina quinquagesimum quintum est, in quo dactyli in spondeum contractio, etsi illa parum elegans, tamen ostendit, poëtam non voluisse versum antispasticum facere,

*oramus, si forte non molestum est.*

Nam ad antispasticum syllaba in medio deficeret, quum ad logaoedicum nihil desit.

2. Grammaticos deserere non ausi Burneius in Tentamine de metris Aeschyli p. 2. seqq. et Gaisfordius ad Hephaestionem p. 299. quum sentirent, non satis accu-

rate ac plene ab illis de metro antispastico praeceptum esse, ab exemplis praesidium petendum rati, aliam proposuerunt antispastorum doctrinam, sed eam tot tantisque abundantem licentiis, ut vix quidquam sit, quod non licitum in antispastis haberi queat. Quorum ut unum afferam, pro antispasto etiam vel diiambum vel ditrochaeum poni volunt. At ita si licet numeros maxime contrarios permutari, quid usquam in hac re omni certum esse putabimus? Nimirum duplex in ea re error est, unus, quod, grammaticorum exemplo, solam mensuram considerarunt, nihil respicientes numerum; alter, quod in locis poëtarum, unde istas formas collegerunt, vulgarem fere distinctionem sequuti sunt. At illud ante omnia provideri debebat, istine, qui in codicibus distincti sunt versus, recte an male distincti essent: quos si saepe aut plerumque perperam vel ab imperitis grammaticis, vel ab indoctis librariis descriptos esse certum est, apparet, frustra esse, qui tam infirmo fundamento firmum quid superstruere conetur.

3. Certissimum est, optimos in re metrica magistros ipsos poëtas esse, sed ea tantum conditione, si quis et numeri cognitionem idoneam, ex ipsa eius natura petitam, et sensum multa exercitatione subactum ad eos afferat. Nam nisi, quid numeri cuiusque natura per se ipsa iubeat vel permittat, cognitum habeas, nihil exempla poëtarum proderunt, quia metuendum est, ne etiam alienis pro propriis, aut corruptis pro sanis utare; sensum autem si non acueris longo usu, facile, quoniam saepe una forma plurium metrorum communis est, in errorem poteris incidere, alio, quam debeas, metro adhibendo. Qua in re diligenter ad illud attendendum est, quod metrum quoque in carmine locove regnet ac primarium sit. Nulloque in genere metri magis, quam in antispastico, id faciendum est, tum propter formas eius

multis aliis metris similes, tum quia fere semper cum aliis, iisque valde diversis metris consociatum invenitur. Hac igitur nos via conabimur rem difficillimam, quantum quidem poterimus, planiorem reddere.

4. Antispastus quum ex iambo et trochaeo compositus sit, mensuras quoque horum pedum recipiat necesse est. Itaque et arsin utramque solvi patitur, et in anacrusi thesique admittit syllabam ancipitem, ut descriptio omnium mensurarum haec sit,



quae formas complectitur numero duodecim. Quaecumque autem alia forma, quae hac descriptione non sit comprehensa, aliena iudicari ab numero antispastico debet.

5. Plures antispasti si deinceps ponuntur, numerus oritur valde durus atque inconcinnus,

*κατθνάσκει, Κυ | θέρη, ἁβρὸς | Ἄδωνις. τί | κε θεῖμεν.*

Quae inconcinnitas non alia in re posita est, quam in ipsa iteratione antispasti. Qui pes quum ipse per se asper est, quia ex duobus brevibus ordinibus, iisque talibus constat, qui non perpetuitate unius numeri cohaereant, sed compositi magis quam coniuncti sint, atque adeo pene luctari secum videantur: tum, si iteratur, quod fieri non potest nisi thesin excipiente anacrusi, ideoque impedito et interrupto numeri cursu, maxime displiceat necesse est, quia nihil nisi brevissimos ordines, mensura pares, numero oppositos, incessu insociabiles audiendos praebet:



Etenim ex thesi ad anacrusin, etsi hae natura pares sunt, tamen non est transitus. Nam ne syllaba anceps coniun-

ctioni obstet, quam hic utraque per numeri leges admittit, tamen, etiam si ambas semper puras servari poëtae voluissent, coniungi non possent, quia, simulatque iungerentur, numerus desineret antispasticus esse, et fieret choriambicus,

6. Hinc factum est, ut Graeci, si quando plures antispastos uno in versu continuos usurparunt, quod fecerunt rarissime, solutionibus eos et productione syllabarum ancipitum lenierint, plerumque autem non nisi unum antispastum posuerint, eumque cum aliis consociaverint numeris. Est autem ea consociatio multiplex, pro varietate numerorum, qui copulantur cum antispasto. Quod totum genus versuum etsi ad compositos numeros pertinet, tamen, quia fere in iis carminibus locisque invenitur, quorum tota indoles antispastica est, de his quoque hic dicendum putamus.

7. Ac primum, quod ad ipsum antispastum attinet, in eo quum prior arsis non solvitur, anacrusis plerumque brevis est, quia sic suavior est numeri incessus: sed soluta priore arsi perinde habetur, brevis an longa anacrusis sit, quia in maiore alacritate numeri minus molesta est longa anacrusis. Ex arsibus autem multo saepius prior, quam posterior solvitur: ac nemo non sentit, melius in initio quam in fine augeri celeritatem numeri. Interdum utraque arsis solvitur. Atque haec quidem et in solo antispasto et in dochmio ita sunt. Thesis autem antispasti plerumque longa est, consistente ibi numero et requiescente. Saepe tamen etiam brevis manet. Sed in dochmio ea syllaba, quae secundam arsin sequitur, plerumque brevis, raro autem longa est. Quod cur fiat, infra dicetur.

8. Antispastici monometri, qui versus rarus est, exemplum exstat apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 155. 164.

ὦ πότνι᾽ Ἥρα.
ὦ φίλ᾽ Ἄπολλον.

Nam antispasticos esse hos versus non dubium est, quia medii sunt inter dochmiacos.

9. Dimetri exemplum in eiusdem poëtae Agamemnone invenisse mihi videor v. 1151. 1161.

νόμον ἄνομον οἵά τις ξουθά.
τί δ᾽ ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ.

Hoc quoque genus rarissime reperias. Atque observari velim, non puros iunctos esse antispastos, sed alterum solutionibus mollitum et longa finali a sequente discretum, ut asperitas numeri mitigaretur, et iunctura certius appareret. Euripides in Suppl. 836. duobus antispastis in fine Bacchium addidit,

Οἰδιπόδα δώματα λιποῦσ᾽ ἦλθ᾽ Ἐρινύς,

si ita dimetiendus est hic versus. Idem in Herc. fur. 919. systema ex tribus antispastis et duobus dochmiis, ut videtur, composuit:

λέγε, τίνα τρόπον ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ τάδε, τλήμονάς τε παίδων τύχας.

Quamquam in huiusmodi locis res valde ambigua est. Nam ille in Supplicibus versus etiam dimeter dochmiacus hypercatalectus esse potest; systema autem, quod ex Hercule attulimus, recisis, prouti ἔσυτο aut ἔσσυτο legas, duabus vel tribus primis syllabis, totum ex dochmiis constare videbitur. Elegantior tamen numerus est, si antispastis, ut indicavi, metiare.

10. Deinde numeri, qui perpetuata oratione coniunguntur cum antispasto, aut sequuntur eum, aut antecedunt. Qui sequuntur, plerumque iambici sunt, aut

dochmiaci, raro trochaei; qui antecedunt, iambici esse solent aut dactylici; interdum etiam trochaei. Dicatur primo de iis, qui sequuntur, ex quibus dochmiacos nunc praetermittimus, quod de his infra seorsim dicetur.

11. Iambi igitur quum antispastum sequuntur, antispastus plerumque longa syllaba terminatur, quo facilius dirimi discernique ab iambis possit. Non fit tamen hoc semper, sed saepe ambiguum videri potest, si quis non universam carminis indolem respiciat, utrum antispasto, an alio numero versus incipiat. Ita amphibracho vel Bacchio antispastum sequente, si ultima antispasti brevis est, versus non potest a Pherecrateo discerni:



Huius quidem generis exemplum, quod antispasticum sit, nunc non habeo in promptu. Sed qui plenum diiambum antispasto subiunctum habet, invenitur in Aeschyli Choëph. 383.

*ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι.*

et soluta priore diiambi arsi in Agam. 416.

*βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν.*

12. Frequentissima vero est penthemimeris iambica antispasto addita:



Aeschylus in Sept. ad Theb. 122. 125. 134. 139. 141.

*Ἀργεῖοι δὲ πόλισμα Κάδμου.*
*κινύρονται φόνον χαλινοί.*
*προσίστανται πάλῳ λαχόντες.*
*ἐχθυβόλῳ μαχανᾷ Ποσειδᾶν.*
*καὶ Κύπρις, ἅτε γένους προμάτωρ.*

Prior antispasti arsis saepissime solvitur. Exempla plura habet Euripides in Supplicibus, ut v. 1156. 1161. 1165. 1170. 1177. 1184. meae editionis. Perraro posterior ar-

sis solvitur. Hic versus, quo tragici strophas concludere amant, interdum cavendum est ne pro logaoedico habeatur, ut in Persis Aeschyli v. 288.

*ἔκτισαν εὔνιδας ἠδ' ἀνάνδρους,*

ubi proclivis ad errorem via esset, nisi admoneret strophicus,

*ἔθεσαν αἳ αἳ στρατοῦ φθαρέντος.*

Alia huiusmodi exempla vide apud Seidlerum de verss. dochm. p. 28. seq. Iambi purissimi servari solent. Nihil tamen obstat, quin prior arsis solvi queat: sed in posteriori non puto hanc concessam fuisse licentiam.

13. Sequitur versus ex antispasto et iambico dimetro brachycatalecto compositus. Aeschylus Sept. ad Theb. 362.

*τίν' ἐκ τῶνδ' εἰκάσαι λόγος πάρα;*

cui respondet in antistropha v. 374.

*παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίῤῥοθον.*

Hic quoque versus frequens in tragoedia est. Tres continuos habet Aeschylus in Suppl. 377. seqq. Solutionibus usus est Euripides in Suppl. 614.

*δίκα, δίκαν ἐξεκάλεσε, καὶ φόνος.*

Strophicus versus vitiatus est. Dubitari vero potest, utrum tres isti iambi uno ordine contineantur, quo facto puros eos esse necesse erit, an versus hoc modo compositus sit:



Suspicionem huius rei facit Aeschyli versus in Suppl. 390.

*μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος,*

quem non ausim mutare, ut visum est Seidlero p. 102. quum ista iamborum compositio valde usitata sit tragicis: de qua re statim dicetur.

14. Nam hi duo versiculi, iambicus monometer hypercatalectus, et dimeter iambicus brachycatalectus ita misceri antispasticis numeris solent, ut inter hos propriam sibi sedem habere videantur. Componuntur autem non solum cum antispasto, ut modo vidimus, et cum dochmio, cuius rationis exempla infra afferemus, sed secum etiam ipsi, et quidem ita, ut monometer iste aut iteretur, aut antecedat dimetrum. Praeterea utraque pars etiam aliam habet formam, quae posita est in adsciscenda disyllaba anacrusi. Vnde quae prodeunt compositiones, ex iis has potissimum observavi:

1. ⏑ˊ–⏑–– | ⏑ˊ–⏑––

2. ⏑⏑ˊ–⏑–– | ⏑ˊ–⏑––

3. ⏑ˊ–⏑–– | ⏑⏑ˊ–⏑––

4. ⏑ˊ–⏑–– | ⏑ˊ–⏑–⏑–

5. ⏑ˊ–⏑–– | ⏑⏑ˊ–⏑–⏑–

Quarum eae, quae disyllabam anacrusin habent, non videntur in antistrophicis respondere posse illis, in quibus monosyllaba anacrusis est. Nam quemadmodum monosyllaba anacrusis ingenti in multitudine exemplorum monosyllabam tantum anacrusin oppositam habet, ita in paucis illis locis, in quibus disyllaba anacrusis est, etiam antistropha duos syllabas habet: vide, ut in Aeschylo consistam, Pers. 1023. Agam. 234. cui respondent verba, quae sunt v. 244. s. Suppl. 537. ubi in antistropha v. 544. poëta scripserat,

*γενοῦ πολυμνῆστορ, ἐφάπτορ Ἰοῦς.*

Et v. 790. Itaque suspicio est, sicubi disyllaba anacrusis monosyllabae respondeat, alterutrum versum corruptum esse. Ita in Aeschyli Sept. ad Th. 352. 364.

*ποτὶ πτόλιν δ' ὀρκάνα πυργῶτις.*
*χαμάδις πεσὼν ἀλγύνει κυρήσας.*

Ibi *χαμαὶ* dederunt Burneius et Blomfieldius, libris omnibus invitis. Nisi vehementer fallor, dochmiaci sunt versus isti, in quibus si *πόλιν*, quae interpretis vox est, deleveris, accurate omnia respondebunt:

*κορκορυγαὶ δ' ἀν' ἄστυ· πρότι δ' ὀρκάνα πυργῶτις.*
*παντοδαπὸς δὲ καρπὸς χαμάδις πεσὼν ἀλγύνει.*

*Πρότι* praebuit cod. Guelf. In Pers. 1022. 1033.

*τί δ'; οὐκ ὄλωλεν μεγάλα τὰ Περσῶν;*
*τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον.*

Hic quidem quis dubitabit reponere *μεγάλως*? In Agam. 205. 218.

*τρίβῳ, κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων.*
*ῥεέθροις πατρῴους χέρας βωμοῦ πέλας.*

Vbi quod nuper quibusdam placuit, *ῥείθροις*, quis credat a poëta profectum esse? qui si disyllaba voce uti voluisset, in promptu habuisset *ῥοαῖς*.

15. Sed si quaeras, ex quibus ordinibus compositi sint versus isti, fatendum est, in plerisque locis, quorum magna copia est, ita puros servari iambos, ut dubitari possit, an, sicubi spondeus pro iambo reperiatur, de emendatione cogitari debeat. Nam si ex ordine trochaico duplici, vel triplici facti sunt hi versus, apparet, trochaeos puros esse debere, neque admitti posse syllabam ancipitem, ut quae a mediis ordinibus exclusa sit. At inveniuntur tamen loci, qui spondeum tueri videantur, ut, quem modo ex Agamemnone attulimus, v. 205. qui etiam in antistropha, etsi alio loco, spondeum habet:

*τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων.*
*ῥεέθροις πατρῴους χέρας βωμοῦ πέλας.*

Eodemque pertinet hic in Persis v. 1013.

*πεπλήγμεθ', οἷαι δὲ αἰῶνος τύχαι,*

ubi etsi libri quidam alius lectionis indicia offerunt, *οἵαί τε δαίμονος τύχαι*, tamen ea correctionis potius, quam genuinae scripturae speciem habent. Ad eamdem quaestionem referendus est etiam hic versus in Suppl. v. 390.

*μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος,*

quem vereor ne iniuria tentaverit Seidlerus p. 102. Accedit vero res longe maioris momenti, quae suadeat, ut versus istos ita potius compositos esse credamus:



16. Nam hic ipse numerus, cuius modo hanc formam posuimus,

usitatissimus tragicis est. Eique rectius, quam trimetro claudo, quintum pedem spondeum habenti, nomen imponi potuisset iambici ischiorrhogici. Integram strophan atque antistrophan hoc metro, si ab uno versu discesseris, Sophocles habet in Electra v. 504.

*ὦ Πέλοπος ἃ πρόσθεν* στρ.
*πολύπονος ἱππεία,*
*ὡς ἔμολες αἰανὴ*
*τᾷδε γᾷ.*
*εὖτε γὰρ ὁ ποντισθεὶς*
*Μυρτίλος ἐνοιμάθη,*
*παγχρυσέων δίφρων* ἀντ.
*δυστάνοις αἰκίαις*
*πρόρριζος ἐκριφθείς,*
*οὔτι πω*
*ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου*
*πολύπονος αἰκία.*

In eadem fabula v. 1259.

ἀλλ' οὐ τὰν Ἄρτεμιν,
τὰν αἰὲν ἀδμήταν.

Quibus resondent v. 1260. seq.

τίς οὖν ἂν ἀξίαν
γε σοῦ πεφηνότος.

Neque enim, quam Seidlerus p. 100. in hoc et quibusdam aliis locis rationem iniit, probari posse existimo. In Trach. 848.

ἦ που ὀλοὰ στένει,
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν
τέγγει δακρύων ἄχναν.

Respondent his v. 859. seqq.

ἃ τότε θοὰν νύμφαν
ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς
τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾷ.

Tertium versum adscripsi, quia is similem compositionem habet,

⏑ ˊ — ⏑ ˘ — | — ˊ —

Aeschylus in Eum. 386. 390. si quidem hi versus non sunt alius generis:

τε μνήμονες σεμναί.
ἀνηλίῳ λάμπᾳ.

Respondent v. 394. 398.

ἐμοῦ κλύων θεσμόν.
ἀτιμίας κύρω.

Certo vero huc pertinent hi in Suppl. 143. 144.

τελευτᾶς δ' ἐν χρόνῳ
πατὴρ ὁ παντόπτας.

quorum antistrophici sunt 153. seq.

διωγμοῖς ἀσφαλὲς
ἀδμήτας ἀδμήτα.

Addam pauca de multis aliis: Sept. ad Th. 903. 904. qui-

bus respondet v. 915. Agam. 382. Eum. 928. Suppl. 101. ubi legendum

*ἰάπτει δ' ἐλπίδων.*

Et v. 169. 170. 897. Fortasse huc pertinet etiam Choëph. 379. si quidem ita distinguendum videbitur,

*Ζεῦ, Ζεῦ,*
*κάτωθεν ἀμπέμπων.*

Et v. 845.

*οὐκοῦν, οὐκοῦν τιλμοί.*

Caeterum etiam lyrici hoc versu usi sunt, sed hac tantum, quod meminerim, forma:

17. Revertor ad antispastum. Eum raro trochaici numeri sequuntur. Nescio an ex hoc genere sit versus in Persis Aeschyli 982.



*τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ.*

Antistrophicus, qui corruptus est, tamen ex iisdem videtur syllabis factus fuisse. Ad eamdem rationem non dubito referre hos versus in Choëphoris 638. 645.

*διανταίαν ὀξυπεύκες οὐτᾷ.*
*προχαλκεύει δ' αἶσα φασγανουργός.*

Valde enim aspera atque insuavis haec foret numerorum divisio,



multoque minus prior pars pro dochmio haberi posset, finiente verbo in longa syllaba ante postremam arsin. Illud vero praestabit fortasse, dirimi hoc metrum in duos versus, antispasticum monometrum, et trochaicum ithyphallicum.

18. Numeros, qui antecedant antispastum, iambicos esse supra diximus aut dactylicos, raro trochaicos. Et iambicos quidem quomodo excipere antispastus possit, non est obscurum. Nam quum hic pes ipse ex iambo et trochaeo constet, apparet, quemvis ordinem trochaicum vel iambicum, qui in arsi desinat, continuari cum antispasto, velut in trochaico et iambico Hipponacteo. Sed quum huiusmodi plures formae reperiantur, non omnes antispasto terminantur. Alii enim versus, qui, si metricam rationem spectamus, aperte antispasto finiuntur, ut in Eumen. 322.

μᾶτερ, ἃ μ᾽ ἔτικτες, ὦ μᾶτερ,

ex musica pedum descriptione ultimum trochaeum, nisi fallor, non trium temporum, sed duodenum, qui semantus dicitur, habebant. Alii autem videntur tantum in antispastum exire, sed finiuntur ordine iambico simplici, qui propter syllabam ancipitem saepe spondeus est. Eiusmodi est versus ille, de quo segm. 16. diximus,



Vere ab iambico numero ad antispasticum transitur in quibusdam compositionibus dochmiacis, de quibus infra explicabitur. Eodem referri licet versum, qui saepe in tragoedia invenitur, hoc metro,



quales sunt, quos paullo ante attulimus ex Aeschyli Eum. 386. 390.

ἀνηλίῳ λάμπᾳ.

nisi tamen hi ad iambicos illos pertinent.

19. Mira vero consociatio est dactylici numeri cum antispasticis, qua tamen usos esse Graecos, nullo modo dubitari potest. Nam si unus tantum dactylus antispastum praecederet, videri ille posset ex iambi solutione ortus esse, hoc modo,

At plures saepe dactyli in antispasticum numerum exeunt: quod non leve indicium est, revera eos dactylos esse; gravius etiam et certissimum illud, quod etiam anacrusin habere potest dactylus dochmium praecedens, ut in Andromacha 842.

τί μοι ξίφος ἐκ χερὸς ἠγρεύσω;

Quod fieri non posset, si dactylus iste numero iambus esset, et proinde ipse ab anacrusi inciperet. Nemo autem non videt, parum concinnum esse transitum, si dactylum purus antispastus excipiat,



quam inconcinnitatem ut lenirent Graeci, ea fere conditione a dactylis ad antispastos transierunt, ut prior antispasti pars ipsa quoque dactylum haberet,



qui dactylus etsi numero longe a praecedente diversus est, tamen, quia mensura syllabarum atque ordine ei par est, commodamque in longa anacrusi moram offert, quae tanto efficacior est, quod soluta arsis leviorem et minus impetuosum, quam non soluta, incessum habet, aptissimus ad utriusque numeri consociationem invenitur. Transitur autem a dactylis, quod ego meminerim, ad solum dochmium, non etiam ad simplicem antispastum. Nam in hoc Aeschyli versu in Sept. ad Theb. 490.

μαινομένᾳ φρενί, τώς νιν,

quem, qui totam strophan considerarit, non magis quam eum, qui sequitur, dactylicum esse intelliget, non a dactylo ad antispastum, sed ab antispasto ad iambos transitur: idemque fit in sequente, cuius usitatissima forma est, iam supra a nobis commemorata,

⏑–⏑–⏑ | ⏑–⏑

⏑–⏑–⏑ | ⏑–⏑–⏑–

Quo facilius quilibet iudicare possit, totam stropham adscribimus.

ἐπεύχομαι – τάδε μὲν εὐτυχεῖν,
ἰὼ – πρόμαχ' ἐμῶν δόμων, – τοῖσι δὲ δυστυχεῖν.
ὡς δ' ὑπέραυχα βά – ζουσιν ἐπὶ πτόλει
μαινομένᾳ φρε – νί, τώς νιν
Ζεὺς νεμέτωρ ἐπ – ίδοι κοταίνων.

20. Denique trochaeus antispasto tam raro praemittitur, ut ea res magis, ne praeterita esse videatur, quam ut explicetur, commemorari debeat. Quumque, quod ego sciam, non nisi ante dochmium inveniatur trochaeus, ibi, ubi de his dicetur, mentionem eius faciemus. Idemque dictum volo de pyrrhichio, tribracho, et proceleusmatico, qui pedes saepe cum dochmiis cohaerent. Alii numeri si forte antispastis iuncti reperiantur, quoniam nihil ea compositio habet, quod memorabile sit, nihil nos morabuntur, veluti quum duobus anapaestis subiicitur antispastus, si quidem haec res satis certa est, cuius generis exempla Seidlerus attulit p. 139. seq. Ille vero versus, quem idem eo loco ex Bacchis 1036. adiecit, non finitur antispasto, sed duobus antispastis subiectum habet molossum, de quo pede in versibus dochmiacis dicemus:

ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος, οὐ Θῆβαι.

## CAP. XXI.

### *De versibus dochmiacis.*

1. Nobilissimum genus metri dochmiacum est, plenum motus et agitationis, ideoque proprium tragoediae, ex qua interdum etiam in comoediam receptum est. Rarius eo, et non continuato, usi sunt lyrici. Nec tragici eos in stasimis continuos usurpant, sed tantum in iis, quae *κομμοὶ* et *ἀπὸ σκηνῆς* vocantur, in quibus propria sedes et quasi domicilium est horum versuum. Metrici antispasticum monometrum hypercatalectum vocant, exemplumque Hephaestio posuit hoc, quod quum pridem ex coniectura corrigi debuisset, nunc ex cod. Heidelbergensi emendatum damus:

*κλύειν μαίεται*
*τὸν ἐγχώριον.*

Explicatius de eo dixit Etym. M. p. 285, 25. quem locum tractarunt Seidlerus p. 401. seqq. et Boeckhius de metris Pindari p. 45. Scholiastes Aeschyli ad Sept. ad Theb. 129. vocat *ῥυθμὸν ὀκτάσημον*, quia ex octo temporibus constat. Maxime vero memorabile est, quod musici duo constituerunt genera dochmiaca, alterum ex iambo et Cretico compositum, qui hic ipse versus est, de quo nunc agitur, alterum ex iambo et dactylo et Cretico factum, quod metrici Glyconeum vocant. Aristides Quintilianus p. 39. *μιγνυμέναν δὴ τῶν γενῶν τούτων*, (ea intelligit, quae illi *τὸ ἴσον*, *τὸ διπλάσιον*, *τὸ ἡμιόλιον* nominant) *εἴδη ῥυθμῶν γίγνεται πλείονα· δύο μὲν δοχμιακά, ὧν τὸ μὲν συντίθεται ἐξ ἰάμβου καὶ παίωνος διαγυίου, τὸ δὲ δεύτερον, ἐξ ἰάμβου καὶ δακτύλου καὶ παίωνος. εὐφυέστεραι γὰρ αἱ μίξεις αὗται κατεφάνησαν. δόχμιοι δὲ ἐκαλοῦντο διὰ τὸ ποικίλον καὶ ἀνόμοιον, καὶ μὴ κατ' εὐθὺ θεωρεῖσθαι τῆς ῥυθμοποιΐας.* Et quamquam versus Glyconeus, quem metrici quoque ad antispasticum genus

referunt, non est antispasticus, ut supra indicavimus, tamen illud in hac re permirum est, quod haec duo metra, dochmiacum et Glyconeum, hac una in re et ipsa inter se conveniunt, et a caeteris metris omnibus diversa sunt, quod saepe ita componuntur, ut integris dochmiacis Glyconeisve particulae quaedam eorumdem metrorum consocientur: quo fit ut utroque in genere distinctio numerorum saepe sit impeditissima. Ac de dochmiacis quidem praeclare meritus est Seidlerus noster, cuius liber, quem de his versibus scripsit, in omnium manibus est. Eius industriae praeter alia multa, haec tria potissimum debentur, primum, quod in his versibus constanter servari antispastum cognovimus; deinde, quod syllabam, quae ante postremam arsin est, ancipitem esse didicimus; denique, quod dochmiacos et ipsos et quosdam alios, qui cum iis copulari solent, numeros systematis comprehendi, soluta saepe ultima arsi, intelleximus. Quod si ille vel in locis quibusdam constituendis, vel in ipsius doctrinae quibusdam partibus explicandis reliquit aliquid, quod amplius perpoliri possit, neminem tam iniquum fore arbitror, qui non videat, quam difficile sit, in tanta et varietate rerum et ambiguitate ubique id eligere, quod omnibus probari debeat. Quin haud mirum est, ubi plurima pluribus modis constitui possunt, aliquando, dum unam quamdam rationem sequimur, viam ad alias praecludi.

2. Nulla autem ex Seidleri observationibus fructuosior est, quam haec, quum syllabam, quae ante postremam arsin est, ancipitem esse ostendit. Nam ea etsi non, qui sit dochmii numerus indicat, tamen aliqua ex parte, quem numerum non habeat dochmius, demonstrat. Ac M. Fabius Quintilianus IX. 4, 97. ita definit dochmium: *est et dochmius, qui fit ex Bacchio et iambo, vel iambo et Cretico.* Harum definitionum posterior, si nu-

merum respicimus, falsa est, quia media Cretici syllaba non potest anceps esse. Nec tamen propterea aut hunc, aut Aristidem Quintilianum, ex quo supra eamdem definitionem protulimus, reprehensos esse volumus: solam enim illi mensurarum comparationem spectaverunt. Excluso igitur Cretico triplex via est, qua numerus dochmii ita, ut ancipitem illam admittat, constitui possit:



Nam aut anacrusis ea syllaba sit necesse est, aut thesis finalis. Reliquae mensurae, quas dochmiacus admittit, eadem facilitate in qualibet harum trium formarum locum inveniunt. Non dubitamus tamen primam earum, ex qua hic versus esset Bacchiacus dimeter catalecticus, prorsus reiicere. Nam etsi Plautus ac Terentius hoc genere usi sunt, tamen aliud est, si illud Bacchiacis, aliud, si antispastis miscetur. Quod ne temere dicere videar, recitet mihi aliquis hos versus Aeschyli isto modo, et, sat scio, videbit, ut in ipsis dochmiacis ferri possit numerus Bacchiacus, tamen, sequente in tertio versu antispasto, intolerabilem exsistere numerorum inconcinnitatem:

*ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ*
*θυρσόοις σαγαῖς πύλαις ἑβδόμαις*
*προσίστανται πάλῳ λαχόντες.*

Praeterea plane contra morem, quem magna severitate Graeci in Bacchiacis observant, in dochmiacis ubique peccaretur, producenda anacrusi. Repudiato igitur Bacchiaco numero, quae reliquae sunt duae descriptiones, ex iis hanc, quae arsin thesi destitutam inter duos iambos habet, ego in praefatione ad Eurip. Herc fur. p. 6. probavi, in eaque adhuc sum sententia. Seidlerus, nihil ipse decernens, pro altera forma, quae ex iambo est,

et trochaeo et arsi nuda, hoc affert argumentum, quod in illo versu, qui saepissime iungitur dochmiacis, aperte integer antispastus est,

*προσίστανται - πάλῳ λαχόντες.*

Id vero argumentum parum mihi videtur idoneum esse. Nam natura antispasti non est in eo posita, ut secunda arsis etiam thesin habeat, sed in eo, ut arsi anacrusin habenti alia continuo arsis subiiciatur,



Id igitur quum sit in hac, quam ego veram puto, dochmii descriptione,

et ipse dochmius indolem habebit antispasticam, et recte consociabitur versibus plenum antispastum habentibus. Contra si dochmium ex antispasto et arsi nullam habente anacrusin compositum putabimus, indoles antispastica ea re non maior fit, arsis autem ista in fine adiecta inconcinnum reddit numerum, et sine exemplo est. Nam eam ipsam inconcinnitatem ut vitarent poëtae, non fecerunt versus, quorum ultimus ordo una arsi, neque anacrusin nec thesin habente, contineretur. Nam si quando in fine versus heroici vel iambici trimetri vox monosyllaba a praecedentibus verbis disiungitur, et tamquam separata arsis pronunciatur, non id ad numerum, qui in versu est, sed ad eum, qui est in oratione, pertinet, qui ita cum versus numero consociatur, hic ut tamen salvus maneat. Contra iambo uno, eoque anacrusin ancipitem habente, etiam alii versus finiuntur, et quidem hi ipsi, qui vel iungi antispasticis numeris solent, ut iambicus iste, de quo in praecedenti capite segm. 16. dictum est, vel tractatione dochmiacis similes sunt, Glyconeos dico. Iambo autem, quod is non ita abruptus est, ut arsis nuda, melius finiri numerum nemo non videt, prae-

sertim si breves ordines praecedant, quod est in his versibus omnibus: quorum maxime iambicus iste ita similis dochmio est, ut eo tantum differat, quod primo ordini thesin addit, quae deest in dochmio:



Iambum istum, qui in fine est, propter infirmum et languidum incessum, debilem iambum appellare visum est.

5. His ita constitutis facile intelligitur, dochmium ex numeri legibus in mediis systematis has admittere mensurae varietates,



in fine autem, aut sicubi dochmio non alii continuantur numeri, has



Haec descriptio, quae ad media systemata pertinet, formas continet triginta duas, quas singulas separatim exhibuit Seidlerus p. 5. seq. Quibus si addas, quae corripienda propter syllabam ancipitem ultima arsi constitui possunt, numerus omnium erit octo et quadraginta. Sed facile est intellectu, non omnium exempla inveniri, maximeque earum, quae ultimam arsin brevem habent. Quae brevis syllaba quum nihil offensionis habeat, ubi etiam anacrusis, quae praecedit, brevis est, ut,

*δώμασι καὶ χθονί,*

tamen, si longa est anacrusis, non ubique commoda est. Nam ut facile ferantur talia,

*παραλίαν ψάμμον.*
*ναυσον, μᾶτερ,*

quod in his ultima syllaba, ut consonante finita, melius acquiescere vocem patitur, tamen vix credibile est, probatum fuisse huiusmodi versum,

πόλιν καὶ δῶμα.

4. In universum in compositione dochmiorum haec notatu digna sunt. Etsi in carminibus antistrophicis plerumque accurate exaequantur mensurae, tamen hic illic, etiam apud ipsum Aeschylum, qui diligentior caeteris est, alia forma alii opponitur. Sunt autem classes quaedam istarum formarum, quae quod nimis diversam indolem habent, plerumque ipsae tantum sibi respondent. Harum classium prima est, quae minimum a primitiva forma recedit, et fere has tantum formas admittit:

⏑ – ⏑ –

⏑ ⏑ – ⏑ –

Earum in priore, quae arses non solutas habet, rara est initio longa anacrusis, sed soluta prima arsi, quo facto offensio abest, saepissime anacrusis producitur. Aeschylus in Sept. ad Theb. 81.

αἰπτεία κύνες με πείθει φανεῖσ᾽
ἄναυδος σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος.

Alterutra de duabus contiguis arsibus longa manente, frequentissime prior, multo parcius altera solvitur. Eurip. Or. 159.

ὕπνου γλυκυτάταν φερομένῳ χάριν.

Difficilior enim incessus numeri est, crescente, quam remittente alacritate. Quare minus displicuit utriusque arseos solutio, ut apud Aeschylum in eodem illo carmine:

ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας.

5. Secunda classis est, quae in fine pro iambo spondeum habet. Ea frequentior est in locis non antistrophi-

cis. Exempla formarum, quae in hac classe usitatissimae sunt, habet Euripides in Hecuba v. 694. ed. Pors.

ὦ τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρός,
τίνι μόρῳ θνήσκεις; τίνι πότμῳ κεῖσαι;
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;

saepe hoc genus adhibetur finiendo systemati. Et hac quidem forma,

—⏑—‖—

sollemne est praegressis dactylis, de qua re infra dicetur. Caeterum vix opus videtur, ut moneamus, improbatum fuisse versum, qui hac in forma voce monosyllaba finiretur. Nam quis non sentiat, quam is rudis et inconcinnus numerus sit, veluti,

ἰὼ τλάμων, φεῦ.

6. Tertia denique classis continet formas ultimam arsin solutam habentes, quod genus plerumque ex solis brevibus syllabis componitur, desinens in communem formam, vel ab ea incipiens. Euripides in Oreste v. 149.

κάταγε, κάταγε, πρόσιθ', – ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι·
λόγον ἀπόδος, ἐφ' ὅ τι – χρέος ἐμόλετέ ποτε,
χρόνια γὰρ πεσὼν – οὐδ' εὐνάζεται.

Nonnumquam in hoc genere etiam ancipites longae sunt, quo valde fractus et querulus fit numerus. Aeschylus in Sept. ad Theb. 209.

ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού-
σασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὄτοβον,
ὅτε τε σύριγγες ἔλαγξαν ἑλίτροχοι.

et in antistropha:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη θεοῖσι πίσυνος, νιφάδος
ὅτ' ὀλοᾶς νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις.

Quasdam in hac classe formas inveniri, quae vix idoneis exemplis muniri possint, ut has,



Seidlerus adnotavit p. 75. At Sophocles tamen ita in Oed. R. 661. 690.

θεὸν πρόμον Ἅλιον,
ἄπαξ μόνον· ἴσθι δέ.

Nam dactylicum esse hunc numerum, ut Seidlero videtur p. 446. ego, ut mihi persuadeam, non facile adducar.

7. Dochmiacos plures non asynartetorum more, ut olim credebatur, sed perpetuato numero in systemata coniungi, praeclare demonstravit Seidlerus. In ea coniunctione primo hoc observandum est, non necessarium esse, ut cum quovis dochmio etiam vocabulum aliquod finiatur. Quae etsi legitima maximeque usitata ratio est, velut in carmine primo chori in Septem ad Thebas, tamen saepe etiam dispescitur vocabulum inter duos dochmios: idque plerumque sic fieri videmus, ut una syllaba in sequentem dochmium coniiciatur. Ita in Aeschyli Prom. 576.

ὑπό δε κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ.

Eademque tum ratio in antistrophico versu observari solet:

πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις;

Saepe vero etiam sic, ut in ultima dochmii syllaba vox incipiatur, ut in Sept. ad Theb. 489.

ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει.

Cui respondet v. 529.

δαίμοσιν ἐχθρὸν εἴκασμα, βροτοῖς τε καί.

Qua in re etsi non est magna necessitas, (vide exempli caussa Aeschyli Sept. ad Theb. 225. 423. Suppl. 744.) tamen minime ea negligenda est, quia nonnumquam vel

corruptelam arguit, vel ab importuna correctione deterret. Vltima arsis quum solvitur, interdum vocem in ipso finali tempore incipere Seidlerus docuit p. 60. ut apud Euripidem in Androm. 844.

ἀπόδος, ὦ φίλος ἀ- πόδος, ἵν' ἀνταίαν.

8. Sed accuratius dici de ista dochmiorum in systemata coniunctione, aliquot versus postulant, qui speciem prae se ferunt asynartetorum. Docte de hac re disputavit Seidlerus p. 79. seqq. quamquam ille modum excedere in hoc genere videtur. Nam illud quidem certum est minimeque dubium, non modo in interiectionibus, ut ἔ ἔ, ἰὼ ἰώ, ἰδοὺ ἰδού, et similibus brevem syllabam pro longa haberi, pariterque hiatum sine offensione admitti, sed eamdem licentiam etiam in aliis vocibus concedi, si eae vel antecedant istiusmodi interiectionibus, vel ipsae iis similes sint. Cuius generis sunt exclamationes atque alloquutiones per vocativum. Euripides in Herc. fur. 874.

ὀτοτοτοῖ, στέναξον· ἀποκείρεται
σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος.

Tum etiam repetitiones eiusdem verbi, ut apud Sophoclem Antig. 1325.

ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών.

et v. 1319.

ἐγὼ γάρ σ', ἐγὼ ἔκανον, ὦ μέλεος.

Vide Seidlerum p. 86. et 90. Sponte vero intelligitur, in repetitione vocabuli hanc potestatem inesse, quia vim sententiae figura illa auget, abrumpens orationem, et repetita voce iterum incipiens. Itaque non ubi primum vox aliqua ponitur, sed ubi iterum, vis illa cernitur, et quidem in iis locis, in quibus solis in recitando tali versu consisti et pausa aliqua fieri potest, i. e. aut ante iterationem vocis, aut post eam. Ad quam rem miror non attendisse Seidlerum: quo factum est, ut p. 90. 91. 92.

115. diversissima permisceret, quin quaedam huc referret, quae ne habent quidem repetitionem, ut ἄδικος ἄδικα ἐκπορίζων, ἄτοπος ἄτοπα παραδίδωσι. Sed omnino ille latius, quam par erat, has excusandi hiatus caussas, quas ipse in medium attulit, extendisse videtur. Ex quo genere est, quod hanc veniam etiam imperativis atque interrogationibus accommodat. Nam quae exempla affert, quorum unum, Sophoclis in Trach. 205. ne esse quidem dochmiacum videtur, ea aut ab ipso ita disposita sunt, coniunctis, quae non debebant coniungi, ut p. 84. in Herc. fur. 885. p. 85. in Sept. ad Theb. 87. aut aliam rationem habent. Primum enim personae mutatio, ut in anapaestis, ita in his quoque versibus interdum et productioni syllabae finalis et hiatui excusationem praebet. Cuius generis locus est, quem p. 87. ex Orestis v. 146. attulit, ipse monens ea de re. Sed eodem referri debebat locus, quem p. 86. commemorat, in Hippol. v. 572. Quam enim p 527. seq. dedit horum antistrophicorum descriptionem, non ex omni parte vera est. Hac enim lege dispositae sunt strophae dochmiacae, ά. β'. β'. ά. quarum singulae a duabus choricis mulieribus cani videntur, ita ut prior earum in prima quartaque stropha duos dochmios, altera autem tres, in secunda autem et tertia stropha prior tres, duos altera habeat. Personae mutatione nescio an etiam locus, quem p. 90. ex Bacchis v. 1039. affert, defendi possit. Potest certe is, quem p. 84. ex Sept. ad Theb. 1003. commemorat: etsi rectius fortasse hoc in loco singulos versus per se constare existimabimus. Nam quum dochmiaci non opus habeant catalexi, nihil impedit, et versus plures, qui non cohaereant, deinceps poni, et systemata plura: quemadmodum etiam anapaestica systemata aliud alii succedere videmus. Quod si in anapaestis de fine cuiusque paroemiacus admonet, in dochmiacis sententia, oratio, hiatus, syllaba anceps indicium facient. Eo igitur retulerim lo-

cos apud Seidlerum hos maxime, p. 87. in Androm. 842. p. 88. in eadem fabula v. 86. et in Herc. fur. 1052. Luculentus in eam rem locus est, quem p. 88. seq. affert, Aeschyli in Choëph. 935.

ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ,
βαρύδικος ποινά·
ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
ἔλαχε δ' ἐς τὸ πᾶν
ὁ Πυθοχρήστας φυγάς,
θεόθεν εὖ τραθαῖσιν ὡρμημένος.
ἐπολολυξάτω δεσποσύνων δόμων,

et quae sequuntur. Horum antistropha haec est:

ἔμολε δ' ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας
δολιόφρων ποινά·
ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ χερὸς ἐτητύμως
Διὸς κόρα, Δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν
βροτοί, τυχόντες καλῶς,
ὀλέθριον πνέουσ' ἐπ' ἐχθροῖς κότον.
τάπερ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσσιος.

Quae quis non malet ita, ut fecimus, in plura systemata disiungi, quorum primum duobus, secundum quinque versibus contineatur, quam, ut Seidlero placet, omnia una numeri perpetuitate continuari? Ac monuit ea de re iam Boeckhius, ipso illo usus loco Aeschyli, in vol. II. Pindari p. 322. Aliae excusationes productioni brevis syllabae et hiatui nunc a nomine proprio paratae sunt, nunc a maiore interpunctione. Prioris generis hoc est Aeschyli in Agam. 1152.

ἀκόρετος βοᾶς, φεῦ, ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς;

posterioris hoc Euripidis in Ione v. 688.

ἐφ' ὅ ποτε βάσεται.
ἄτοπος ἄτοπα μὲν παραδίδωσί μοι,

cui respondent haec v. 707.

καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ
πυρὶ καθαγνίσας. τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται.

Quorum versuum prior iambicus est, ultimam in antistropha, ubi nulla est interpunctio, solutam habens propter perpetuitatem numeri. Eodem modo defendendus est locus in Bacchis v. 996. quem Seidlerus p. 87. commemoravit, et alius in Hippolyto 339. quem attulit p. 90. Difficilius hanc rationem adhibeas loco Sophoclis in Philoct. 176 186. quem Seidlerus p. 88. affert. Eum pridem ita emendaveram:

λιμῷ τ' οἰκτρὸς ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων βαρεῖ.
ἃ δ' ἀθυρόγλωσσος,

quum in eamdem emendationem incidisse vidi Boeckhium p. 323. s. qui tamen in secundo versu ἀθυρόστομος servans, in strophico scribit ὦ παλάμαι βροτῶν, quod tantum abest ut, quemadmodum ipsi videtur, elegans sit, ut, re diligentius considerata, ne ferri quidem possit. In Eumen. 786. 816. ubi nunc editur,

σταλαγμὸν χθονὶ ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ,

scholiastae et veterum librorum scriptura χθονιαφόρον non unam ob caussam inepta est. Non ego magnopere mirarer, si in tali carmine etiam singuli dochmii, nulla perpetuitate numeri iuncti, sese exciperent. Quamquam, si hoc displicet, facillima correctio in promptu est, χθόνιον, ἄφορον. Caeterum, qui diligenter, quid magis minusve placuisse poëtis videatur, notare didicerit, facile adducetur, ut paullo plus veniae concedi credat in fine integri versus, quam in commissura duorum uno versu iunctorum dochmiorum; itemque alio sequente numero, quam ubi continuatur dochmiacus. Quo magis curandum, ut et versus ubivis recte describantur, nec regulas latius, quam deceat, extendas, aut, quod aliquot in locis factum videas, aliis autem in locis nequeas non factum esse demonstrare, debuisse fieri in omnibus censeas.

9. Observatum iam supra est, hiatum vel in trochaicis atque iambicis numeris, quum quidem trochaei in tribrachum solvuntur, interdum admitti. Id in illis numeris tantum in fine ordinis factum videtur. In dochmiacis versibus autem, qui solutiones creberrimas habent, frequentique dactyli receptione pene dactylicorum versuum naturam induunt, hiatus ea lege usurpatur, ut fiat in correptâ longa vocali vel diphthongo, sedemque habeat in altera utra brevium syllabarum, in quas prima arsis soluta sit, ut apud Sophoclem in Aiace 349. et in Electra 245.

*μόνοι ἐμῶν φίλων.*
*γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὤν.*

Vide Seidlerum p. 95. seqq. Non dubium autem videtur, eamdem veniam concedendam esse utrique earum syllabarum, in quas ultima dochmii arsis interdum solvitur: par enim huius et primae conditio est. Exempla tamen non habeo ad manum: nec mirum, quum ista solutio multo sit rarior. Sed si experiare, senties nihil offensionis in hiatu esse; exempli caussa:

*μόνοι γάρ, μόνοι ἔτ' ἐμὲ φυλάσσετε.*
*μόνοι δ' ἐστέ, μόνοι ἐμῶν ἡδάδων.*

A media vero arsi recte excludi hiatum a Seidlero existimo. Nam et fortior illa reliquis duabus est, magisque exauditur, et soluta, quia non ordinem trisyllabum facit, nullam habet cum tribracho dactylove similitudinem. Quare non est verisimile, tales a veteribus versus factos esse,

*φίλων μόνοι ἐμῶν, βέβαιοι ἔτ' ἐμοί.*

Caeterum eamdem plane hiatuum rationem esse in solutionibus iambici ischiorrhogici consentaneum est, firmantque exempla, ut apud Sophoclem in Trachiniis v. 848. s. 856.

*ἦ που ὀλοὰ στένει,*
*ἦ που ἀδινῶν χλωράν·*
*οὔπω ἀγάκλειτον Ἡ-*
*ρακλέα.*

10. Sed docendum iam est de quibusdam formis dochmiacorum, quae a communi forma diversae sunt. Harum prima est, quae in principio anacrusin disyllabam habet. Ei quum in antistropha quoque disyllaba anacrusis respondeat, iure videmur colligere, diversum hoc genus a communi esse. Exempla, quibus quis induci possit, ut disyllabam anacrusin monosyllabae respondere posse putet, vel corrupta esse, vel synizesin admittere Seidlerus monuit p. 105. seq. cui de re ipsa assentior, etsi de medela, quam locis quibusdam adhibet, non ausim accedere. Illud tamen non videtur dubium, in Bacchis v. 996.

*περὶ σά, Βάκχι', ὄργια, ματρός τε σᾶς,*

synizesin faciendam esse. Exemplum disyllabae anacruseos, respondentis sibi, attulit Seidlerus ex Oed. Col. 118. 150.

*τίς ἆρ' ἦν; ποῦ ναίει;*
*ἀλαῶν ὀμμάτων.*

Haud multum autem hac forma usos poëtas esse invenias. Aliud exemplum est in Eurip. Bacch. 999. sed strophicus corruptus est. In locis non antistrophicis plura forsitan exempla reperientur. Ita Aeschylus in Suppl. 847.

*πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατός.*

Eo referri poterit versus Euripidis in Herc. fur. 878.

*ἀποβαλεῖς ὀλεῖς μανίαισιν Λύσσας*
*χορευθέντ' ἀναύλοις,*

si recte ita emendavit Tyrwhittus.

11. Sequitur alia forma, quae ultimi iambi anacrusin disyllabam habet, eadem responsionis necessitate:



Aeschylus in Suppl. 354. 366. quem locum etiam Seidlerus p. 104. attulit:

*ἴδε με τὰν ἱκέτιν φυγάδα περίδρομον.*
*σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γεραιόφρων.*

Adde 888. 889. quibus respondent 910. 911. deinde 942. cui spondet v. 956. Agam. 233. cui respondent verba v. 242. seqq. male disposita. Choëph. 967.

*μύσος πᾶν ἐλάσῃ,*

strophicus vitiatus est. Referri huc potest etiam Eum. 840. 873.

*ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,*

nisi *φεῦ* extra versum est.

12. Deinde commemorandus est dochmiacus hypercatalectus,



qui interdum iteratus ponitur, ut in Agam. 1112.

*ἄφερτον φίλοισιν, δυσίατον· ἀλκά.*

Eum. 791.

*στενάζω; τί ῥέξω; γένωμαι; δύσοιστα.*

Concludendae strophae adhibetur in Sept. ad Th. 427.

*ὀλομένων ἰδέσθαι.*

et alibi saepe. Sed non minus etiam in initio et ante dochmios invenitur, ut in Agam. 1145.

*ἰὼ ἰὼ ταλαίνας κατόποτμοι τύχαι.*

Et inter medios dochmios, ut in Eumen. 170.

*μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος*
*παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων.*

Atque haec quidem forma, quae similis est ordini logaoedico, omnium frequentissima est, maxime in fine stropharum,

*Καδμογενῆ ῥύεσθε.*

Vide Aeschylum in Sept. ad Th. 309. 694. 707. ne plura congeram. Caeterum tertia a fine syllaba semper in hoc versu brevis est. Corruptus est locus Sophoclis in Oed. R. 1316. 1324.

*ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον. οἴμοι.*
*ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεύων. φεῦ.*

Elmsleius ibi, etsi metra non recte constituit, bene tamen reposuit *φεῦ φεῦ*, et utroque in loco interiectionem, quae, ut illa in stropha arguunt, *οἴμοι μάλ' αὖθις*, ad sequentia pertinet, a dochmiis seiunxit. Seidlerus quidem p. 170. hunc locum tentare non est ausus, quoniam illos versus in Oed. Col. 1456. 1471.

*ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ·*
*ὦ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ·*

non videbat quo alio metro esse, quam dochmiaco hypercatalecto, diceret. At sunt illi iambici ischiorrhogici, quorum rationem supra explicuimus. In Oedipo Rege quidem non dubium mihi videtur, utrumque versum dimetrum esse dochmiacum. Quare videndum, ne *δυσούριστον*, quae vox haud perfacilis explicatu est, corrigi, et fortasse *δυσεξούριστον* scribi debeat. Quem praeterea Seidlerus addit Aeschyli versum in Persis 666. 674.

*ἄκακε Δαρειάν, οἵ,*

eum, ut ipse monet, seiuncta interiectio dochmiacum acatalectum praestabit.

13. Eadem lex, ut penultima dochmii syllaba brevis maneat, in aliis quibusdam dochmii formis manet. Nam praeter hypercatalectum alius invenitur versus, integro iambo auctus,

$$\overset{\cup}{\underset{\cup}{\cup}} — \cup — \cup —$$

Aeschylus in Sept. ad Th. 773. 779.

βαρεῖαι καταλλαγαί.
θεοὶ καὶ ξυνέστιοι.

Agam. 253.

τριτόσπονδον εὔποτμον,

cui respondet v. 264.

τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας.

Adde Eurip. Troad. 559.

λόχου δ' ἐξέβαιν' Ἄρης,
κόρας ἔργα Παλλάδος·
σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι
Φρυγῶν, ἔν τε δεμνίοις
καράτομος ἐρημία
νεᾶνις στέφανον ἔφερεν
Ἑλλάδι κουροτρόφῳ.

Ita legendum puto. Nam *νεανίδων* prava explicatio videtur exquisitioris loquutionis, cui simile est *νεάνιδες ἦβαι* in Ione v. 477. Honesta circumscriptione chorus stupra designat, caesis iuvenibus maritis ab hoste mulieribus illata. Alia, sed minus certa exempla attulit Seidlerus p. 161. quaedam etiam, quae alio referenda sunt.

14. Succedat huic alius, eadem lege amphibracho sive Bacchio auctus:

Vt in Persis v. 576. 585.

βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν.
τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.

Vide Sept. ad Theb. 90. Ag. 1461. In Suppl. 103. 111.

βίαν δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει.
δι' ἀμὸν γάμον τεθαλώς.

Et in dimetro in Agam. 412. 430.

κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβάτας ὁπλισμούς.
πάρεισιν δόκαι φέρουσαι χάριν ματαίαν.

Sic etiam 748. 761.

λέγοιμ᾽ ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας·
τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον.

Aptum hoc genus claudendis strophis, ut in exemplis, quae prima attuli.

15. Addo alium versum, diiambo auctum:

⏑–⏑–⏑–⏑–

Aeschylus in Sept. ad Theb. 743. 751.

μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον.
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος.

894. 906.

δι᾽ εὐωνύμων τετυμμένοι.
διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος.

Vide Eumen. 156. Seidlerus p. 162. male huc retulit versus in Euripidis Medea 1255. 1265. quos ipse ita scribit:

τᾶς σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς
ἔβλαστεν· θεῶν δ᾽ αἵματι πιτνεῖν.
δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς
χόλος προσπιτνεῖ καὶ δυσμενής.

At quis credat, tales numeros placere Graecis potuisse? Versus isti ita scribendi sunt:

σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας
γονᾶς ἔβλαστεν· θεῶν δ᾽
αἵματι πιτνεῖν φόβος ὑπ᾽ ἀνέρων.
δειλαία, τί σε φρενῶν
βαρὺς χόλος προσπιτνεῖ
καὶ δυσμενὴς φόνος ἀμείβεται;

Primus versus iambicus ischiorrhogicus est; secundus ex iambo et dochmio, tertius ex diiambo et dochmio. Dochmiacus, quem praecedit antispastus, sequitur autem diiambus, invenitur in Choëphoris v. 33. 34.

δι᾽ αἰῶνος δ᾽ ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ.
γυναικείοισιν ἐν θώμασιν βαρὺς πιτνών.

16. Penthemimeris iambica dochmio iuncta invenitur in Soph. Ai. 702. 715.



*Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ πελαγέων μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων.*
*κοὐδὲν ἀναύδητον φατίξαιμ' ἄν, εὖτέ γ' ἐξ ἀέλπτων.*

In Trachiniis v. 828. 838.

*τῷ Διὸς αὐτόπαιδι, καὶ τἀδ' ὀρθῶς.*
*δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προστετακώς.*

17. Porro dochmius sequente iambico dimetro brachycatalecto:

Aeschylus in Eumen. 391. 399.

*δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.*
*τάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφας.*

Aliud exemplum mox ex Pindaro dabimus.

18. Denique alius invenitur, ex dochmio et iambico dimetro catalectico:



Aeschylus in Choëph. 42. 54.

*ἰὼ γαῖα, γαῖα, μωμένα μ' ἰάλλει.*
*δι' ὠτῶν φρενός τε δαμίας περαῖνον.*

19. Hi quidem versus omnes quum in plerisque exemplis iambos puros habeant, quumque ipse, qui eos praecedit dochmius, puro iambo terminetur, videri possunt non ex dochmio atque iambis, sed ex iambo et ordine trochaico compositi esse, hoc modo, ut exemplo utar postremi,



At consociatio tamen eorum cum aliis dochmiacis versi-

bus non sinit dubitare, ex dochmio eos, atque iambis constare ideoque anacrusin ordinis iambici ancipitem esse. Quin eos certe, qui plures quam duos iambos dochmio adiectos habent, ischiorrhogico versu finiri, certum esse puto. Ita aperte Pindarus Pyth. VI. in fine stropharum:

Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ.

20. Simili quaestioni ansam praebent dochmiaci, quos praecedunt iambi. Vtar exemplo, quod et crebro invenitur, et saepe dubitationem facit. Vnus iambus si praecedit pedem dochmium, duobus modis constitui numerus potest, aut sic,

aut sic,



Si priore modo, et dipodia ista iambica purum servare trochaeum debebit, et, qui eam sequitur, Creticus; sin altero modo, uterque locus admittet syllabam ancipitem. Omninoque numerus utriusque formae diversissimus est. Nam antispasti haec est natura, ut primus ordo, qui ultra iambum debebat procedere, propter debilitatem suam, abrumpatur, eique alius sufficiatur ordo, qui cursum eius peragat. Quare antispastus, et proinde etiam dochmius hoc sibi natura sua postulat, ut numerum ipse incipiat. Nam alia plane compositio est illius versus,

cuius indoles minime est antispastica, quia prior ordo non interrumpitur alio ordine, qui cursum eius peragat, sed iam pervenit ad finem et absolutus est. Itaque huiusmodi versus, ut hi sunt in Euripidis Suppl. 829. 833.

κάτα με πέδον γᾶς ἕλοι,
διὰ δὲ θύελλα σπάσαι,
πικροὺς ἐρείδες γάμους,
πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν,

prouti in diiambum et Creticum vel in iambum et dochmium dividas, alium numerum habebunt, aliam recitationem sibi poscent, alias mensurae varietates admittent. Et quamquam nihil impedit, quin utroque numeri genere usos veteres credamus, certum est tamen, saepe hoc genus vere ex iambo et dochmio constare, quum fere vel mixtum dochmiis, vel in principio systematum dochmiacorum reperiatur, praetereaque interdum secundam arsin solutam habeat, quae ratio aptior est dochmio. Notabile est, quum hic versus saepissime inveniatur, anacrusin dochmii ubique brevem esse solere. Mihi quidem nunc non est exemplum in promptu, in quo ea longa sit. Nam quod Seidlerus p. 115. ex Trachiniis 1016. attulit, suspectum habeo: neque etiam, si admitteretur, probare quidquam posset, quia, quum ex Seidleri descriptione medium sit inter duos dochmios, etiam ad priorem referri potest. Quod autem idem ex Iphig. Taur. 827. exemplum affert, etiam si ita scriptum in libris exstaret, non posset huc trahi, quia non ad hunc versum sed ad systema dochmiacum ab iambo inceptum pertineret.

21. Saepe dochmium duo antecedunt iambi. Exempla Seidlerus multa attulit p. 117. seqq. Hos quoque qui sequitur dochmius, anacrusin solet brevem habere. Sed productam invenies apud Aeschylum in Agam. 1166. 1177.

ἰὼὶ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν·
ἰὼὶ πρόπυργοι θυσίαι πατρός.

Eadem ratio videtur fuisse loci valde depravati in Choëph. 784. 795. Iambi, qui dochmium praecedunt, puri esse solent. Non enim huc pertinent, quae Seidlerus affert ex Aeschyli Sept. ad Theb. 158. 167. et ex Eurip. Iphig. Aul. 1488.

22. Dimeter etiam iambicus et trimeter brachycatalectus, aliique longiores iambici numeri, quin etiam sy-

stemata iambica dochmiis praemitti, Seidlerus ostendit p. 119. seqq. Non tamen omnia, quae hic attulit, exempla eiusmodi sunt, ut uno versu iambi cum dochmiis cohaereant. Sed haec quivis ipse diiudicare poterit. Illud vero monere operae pretium duco, locum, quem ille ex Oreste 182. 205. attulit, alius generis videri.

23. Denique etiam trochaici versus in arsin exeuntes dochmiis praemittuntur: quod tamen rarius factum est. Euripides in Oreste v. 140. 153.

σῖγα, σῖγα λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης.
πῶς ἔχει, λόγου μετάδος, ὦ φίλα.

Alia quaedam vide apud Seidlerum p. 114. qui tamen vereor ut Hecubae locum iure hic commemoraverit.

24. Sed commemorandi iam sunt numeri trochaici, qui ita cum dochmiis coniuncti sunt, ut arsium ac thesium vicissitudines interpellentur, numero ante dochmium in thesi finito, post dochmium autem incipiente ab arsi. Prioris generis est simplex trochaeus dochmio praemissus. Non omni dubitatione vacuus est locus, quem Seidlerus p. 141. affert, Eurip. Hec. 1093. 1097.

ἴτ' ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν,
δεινά, δεινὰ πέπόνθαμεν.

Certior est hic Aeschyli in Sept. ad Theb. 241. 247.

τίς τάδε νέμεσις στυγεῖ;
τίμιον ἔδος ἱκόμαν.

Sed quem Seidlerus ex Trachiniis 844. 855. profert, tractatum ab eo explicatius p. 19. seq. alienum ab hac quaestione esse puto. De eo infra dicam.

25. Non minus rarus est versus ex amphibracho et dochmio factus. Invenitur apud Aeschylum in Persis v. 269. 275.

τὰ πολλὰ βέλεα παμμιγῆ.
ἄλιδνὰ σώματα πολυβαφῆ.

26. Crebro autem usu nobilitatus est versus ex iambico monometro hypercatalecto, seu verius fortasse ex amphibracho et trochaeo praemissis dochmio constans,

⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑ – – ⏑ –

Alcmanium vocat Plotius p. 2643. Aesch. Prom. 582. 601.

οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν.
σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις.

Plerumque iambicus iste longa syllaba finitur, ut in Agam. 246. 255.

βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει.
τὰ δ' ἔνθεν οὐκ εἶδον, οὔτ' ἐννέπω.

Caesuram saepe observari in fine iamborum monet Seidlerus p. 143. sed non raro tamen ea neglitur, ut in Agam. 379. 396.

θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν.
πρέπει δὲ φῶς αἰνολαμπές, σίνος.

Vide v. 386. 404. Minime vero ad hoc genus pertinere arbitror locum, quem ex Troad. 1235. Seidlerus affert. Antistrophica ista sic potius scribenda:

X. ἄρασσ', ἄρασσε κρᾶτα.
E. πιτύλους διδοῦσα χειρός.
ἰὼ ἰώ μοί μοι.
ὦ φίλταται γυναῖκες.
X. Ἑκάβη, σαφῶς ἔνισπε,
τίνα θροεῖς αὐδάν.

Idem genus metri paullo ante restituendum:

X. στέναζε, μῆτερ, E. αἲ αἲ.
X. νεκρῶν ἴακχον. E. ὤ μοι.

27. Alterum genus est, quum trochaei excipiunt dochmium. Ac dipodia trochaica addi videtur apud Sophoclem in Electra v. 1242. 1263.

περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὃν αἰεί.
ἐπεί σε νῦν ἀφράστως ἀέλπτως τ᾽ ἐσεῖδον.

Invenitur eadem ratio apud Aeschylum in Agam. 1132. 1143.

ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς.
πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδοί.

Certe et in stropha et in antistropha verba sic non modo in hoc ipso versu, sed etiam in eo, qui sequitur, multo aptius ad sententiam collocantur, quam si cum Seidlero p. 126. versus ita distinguas, ut duo Cretici dochmium praecedant:

ξυνανύτει βίου
δύντος αὐγαῖς· ταχεῖα δ᾽ ἄτα πέλει.
πολυεπεῖς τέχναι
θεσπιῳδοὶ φόβον φέρουσιν μαθεῖν.

Hoc enim modo verba, quae maxime eminere oportebat, ταχεῖα et φόβον, in secundario ictu obscurantur, quod contra in altera illa descriptione versuum et haec primarios locos tenent, et illa aptissime ad sensum, in fine versus posita, cadunt, δύντος αὐγαῖς. Dubito de Eurip. Helen. 650.

πρὸς ἄλλαν δ᾽ ἐλαύνει θεὸς συμφορὰν τᾶσδε κρείσσω.

Quae Seidlerus p. 160. exempla attulit, omnia aliena esse puto; illud autem, quod ex Herc. fur. 107. et hic et p. 112. commemorat, corruptum est.

28. Praeter hos numeros antispastus sociatur dochmio, plerumque ut antecedat, cuius rei quae Seidlerus p. 158. seq. exempla profert, eorum quaedam aliena sunt. Aeschylus in Choëph. 24. 34.

δι᾽ αἰῶνος δ᾽ ἰὺγμοῖσι βόσκεται κέαρ.
γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πιτνών.

Sophocles in Trach. 847. 858.

μολόντ᾽ ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς.
κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός.

Sequi dochmium videtur antispastus in Choëph. 961.

*μέγα τ' ἀφηρέθην ψάλιον οἴκων.*

Sed quoniam strophicus interiit, incertum de hoc loco iudicium est.

29. Sequuntur Bacchii, quos quum saepius cum dochmiis consociari Seidlerus p. 134. seqq. existimat, vereor, ne quaedam huc traxerit, quae alio pertinebant. Primo geminatum Bacchium, quem ille dochmiacis inseri aliquot exemplis docuit, ego dochmiacum hypercatalectum esse puto. Nihil caussae est enim, quare ad alium numerum confugere, quam, quum liceat, manere in dochmiaco malimus. Itaque exempli caussa versum, qui horum trium in Phoen. 1297. medius est, cuiusmodi exemplum etiam in Rheso v. 694. exstat, nisi ibi tertius versus iambicus ischiorrhogicus est,

*ἰώ μοι πόνων,*
*ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ,*
*ὁμογενῆ ψυχάν,*

aptius, opinor, sic metiemur,

$$\text{⏑}\acute{\text{—}} \mid \acute{\text{—}} \mid \text{⏑}\acute{\text{—}}\text{⏑}$$

quam hoc modo,

$$\text{⏑}\acute{\text{—}}\text{—} \mid \text{⏑}\acute{\text{—}}\text{—}$$

praesertim quum etiam solutio primae arseos, quae in dochmiis usitatissima est, in his versibus reperiatur, ut apud Euripidem in Troad. 320. 336.

*ἀναφλέγω πυρὸς φῶς ἐς αὐγάν, ἐς αἴγλαν.*
*μακαρίαις ἀοιδαῖς ἰαχαῖς τε νύμφαν.*

Et sic in caeteris huiusmodi exemplis. Quorum si in uno alterove etiam Ionicus a minori esse videbitur, ut in Bacchis 1175. 1189.

*Κιθαιρών. τί Κιθαίρων;*
*ἐπαινεῖς. τί δ' ἐπαινῶ;*

hoc quoque similem dochmio numerum habere arbitror.

$$\text{\textsuperscript{\textsmile}}\,\text{\textsmile}\,\text{\textsmile}\,\text{\textsmile

τὶν' ἀλκήν; τὶν' αἰνεῖς;
Ὀδυσσῆ.
τί λάσκων; δυσοίζων,
τί δρᾷς δή; τί ταρβεῖς;
καθ' ἡμᾶς περᾶσαι.
τίν' ἀνδρῶν;

At hoc quidem in loco non video ego, quid impediat, tres istos longiores versus pro dochmiacis hypercatalectis habere, ultimum autem pro monometro Bacchiaco. Idem fortasse faciendum in Aeschyli Sept. ad Th. 105. Neque enim Seidlero, per vim haec p. 182. seqq. in antistrophas cogenti assentior:

τί ῥέξεις; προδώσεις
παλαίχθων Ἄρης τὰν
τεὰν γᾶν;

Nescio tamen an hic praestet, posteriorem versum ex dochmio et ditrochaeo factum putare,

παλαίχθων Ἄρης τὰν τεὰν γᾶν;

Sed fluctuat hic lectio, aliis libris τὰν σὰν γᾶν, aliis γᾶν τεὰν praebentibus. Quod si haec recte disputavimus, valde dubia erit Bacchiaci numeri cum dochmiis consociatio. Nam si res eo redit, ut non nisi monometer Bacchiacus aliquando dochmiacis additus reperiatur, non id propter cognationem quamdam horum numerorum, sed propter singularem vim sententiae, hunc sibi numerum postulantis, factum existimabimus, qualis ille locus est, quem ex Rheso adscripsimus. Idque tanto probabilius videbitur, quod monometer Bacchiacus etiam aliis numeris, ut iambicis trimetris, in simili caussa inseritur. Quin ipsos dochmiacos Bacchio concludi in Sept. ad Theb. 90. supra adnotatum est. Accedit, quod Bacchiacus numerus, nisi fallor, ipsa natura sua ita a dochmiaco diversus est, ut quodammodo pugnare cum eo videatur. Quod qui facto cognoscere volet, is legat velim carmen illud in Septem ad Thebas, unde paullo ante versus quos-

dam attuli: in quo quum ubique dochmiacum numerum dominari videbit, statim sentiet, si versus istos, quos dixi, Bacchiaco numero quis recitet, non modo mutari repente indolem numerorum, sed etiam dissonum quid et repugnans ex ea mutatione nasci.

30. Venio ad Creticos, quod genus saepissime cum dochmiis coniunctum invenitur, nunc ut praecedat, nunc ut sequatur, nunc ut medium sit inter dochmios. Et primo unus Creticus an praemittatur dochmiis in ipso carminis initio, non ausim nunc quidem definire, quum, quae exempla ad manum habeo, in iis alius versus praecedat, ut in Herc. fur. 893.

*φυγῇ, τέκν', ἐξορμᾶτε· δαΐου τόδε,*
*δαΐων μέλος ἐπαυλεῖται.*

Sed etiam in Ione 764. Caetera, quae Seidlerus p. 122. seqq. exempla attulit, omnia medium habent inter duos dochmios Creticum, et ita quidem ut magis cum praecedente cohaerere videatur, ut in Prom. 576.

*ὕπο δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ ἀχέτας*
*ὑπνοδόταν νόμον.*

In fine Creticus dochmiis subiicitur in Sept. ad Th. 95.

*πότερα δῆτ' ἐγὼ ποτιπέσω βρέτη δαιμόνων;*

si quidem hic locus nihil vitii contraxit. Sed quem Seidlerus p. 165. huic strophicum adiicit, eum a me non agnosci, quum ista negem antistrophica esse, monere vix opus est. Aliud exemplum exstat in Aeschyli Suppl. 855. 867. etsi utrobique corruptum. De numero huius Cretici priusquam dicemus, exempla et Creticorum alia, et paeonum commemorabimus.

31. Duo Cretici non minus saepe admiscentur dochmiis, rarius in principio, ut in Herc. fur. 742. 757.

*χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς.*
*τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὤν.*

Adde Helen. 645. Saepius inter medios dochmios. Sophocles Antig. 1263.

στερεὰ θανατόεντ'.
ὦ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.

Plura dabit Seidlerus p. 126. seqq. Non omnia tamen, quae attulit, exempla proba sunt. Saepe etiam in fine duo Cretici inveniuntur. Aeschylus in Prom. 590.

κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

Vide Seidlerum p. 165.

32. Tres Creticos in initio strophae posuit Aeschylus in Suppl. 435.

μήτι τλῇς τὰν ἱκέτιν εἰσιδεῖν
ἀπὸ βρετέων βίᾳ δίκας ἀγομέναν.

In mediis dochmiis tres Creticos vide in Sophoclis Oed. R. 665. 694. quem locum citavit Seidlerus p. 130. Aliis, in iisque etiam dochmiacis numeris iuncti reperiuntur in Choëphoris eo in carmine, cuius initium est v. 781. In fine hos non memini invenire, nec Seidlerus exempla attulit.

33. A Creticis accedamus ad paeones, cognatum genus numeri. Ac primi quidem paeonis rarior usus est, quem in principio carminis positum non habeo quo exemplo confirmem. Sed medios inter dochmios eum interdum invenias in versus initio positum, ut in Sept. ad Theb. 161. 171.

ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός;
ἑπτάπυλον ἔδος ἐπιῤῥύου.

Et in Persis, 666. 673.

βάσκε, πάτερ ἄκακε, Δαρειάν.

Tres primos paeones dochmiis inseruit Sophocles in Electra 1247.

*ἀνέφελον ἐπέβαλες οὔποτε καταλύσιμον*
*οὐδέποτε λησόμενον ἄμέτερον*
*οἷον ἔφυ κακόν.*

Quartum paeonem in principio posuisse videtur Aeschylus in Sept. ad Theb. 83. si quidem ibi legendum est *ἑλέδεμας*,

*ἑλέδεμας πεδί' ὁπλοκτύπος.*

Eurip. in Phoen. 154. ed. Pors.

*ὅς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων.*

In fine autem in Prometheo 117.

*ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον.*

Vide Seidlerum p. 165. Frequens est in initiis carminum geminatus hic pes. Sophocles in Electra 1384. 1391.

*ἴδεθ', ὅπη προνέμεται*
*τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης.*
*παράγεται γὰρ ἐνέρων*
*δολιόπους ἀρωγὸς εἴσω στέγας.*

Plura vide apud Seidlerum p. 125. seq. qui huc referre debebat locum, quem ex Prometheo v. 688. p. 128. attulit, ut tres Creticos coniungi doceret,

*ἔα ἔα, ἔπεχε, φεῦ.*

sive deinde legi vellet

*οὔποτ', οὔποτ' ηὔχουν ξένους,*

sive, ut quidam libri habent, scriberetur,

*οὐπώποτ' οὐπώποτ' ηὔχουν ξένους.*

Inter medios dochmios tres paeones quarti in Prometheo inveniuntur 579. 598.

*τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ταῖσδ'.*
*θεόσυτόν τε νόσον ὠνόμασας, ἄ.*

Quin quinque breves, quae Cretici vel primi quartive paeonis solutione ortae videantur, apud Sophoclem extant in Oed. R. 661. 690.

*θεὸν πρόμον Ἄλιον· ἐπεὶ ἄθεος, ἄφιλος,*
*ὅ τι πύματον*
*ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ' ἔχω.*

ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον
ἐπὶ φρόνιμα
πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι.

34. Sed quaeritur, quo numero sint hi paeones. Atque ad musicorum quidem rationes rhythmicas nihil discriminis est inter Creticum et utrumque paeonem: numerum vero si spectamus, diversissimi hi numeri sunt, ut non temere esse videatur, quod nunc Creticos, nunc primos paeones, nunc quartos poëtae posuerunt. Et in quibusdam quidem locis non est dubium, paeonem solutionem esse Cretici, satis id arguente versu, qui respondet, ut in eo loco, quem supra attulimus ex Herc. fur. 742. 757.

χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς.
τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὤν;

Quumque Creticus numerus usitatissimus sit inter dochmios, etiam primi paeones ex Creticis potius soluti, quam vere paeonici esse videntur, praesertim quum paeonicus ex his pedibus numerus levior sit, quam qui tragoediae satis conveniat. Apparet autem, egregie interdum adhibitum esse pedem istum, quo mollior fieret et solutior numerus, ut in loco Sophoclis paullo ante allato, El. 1247. 1268. Aliter sentio de quartis paeonibus. Hi enim ut quibusdam in locis, velut in eo, qui modo ex Hercule furente allatus est, non dubie pro Creticis positi sint, tamen plerisque in locis, ut in his, quos paullo ante ex Sophoclis Electra et Aeschyli Prometheo citavimus, si Cretici sint, non modo verba ictibus parum eleganter accommodata habent, sed, quod gravius est, ad sensum verborum non satis apti sunt, quem debilitare magis videtur Creticus numerus, quam augenda vi adiuvare: quod contra nihil his locis divinius cogitari potest, si numero quartorum paeonum tres priores syllabas in anacrusi, quartam demum in arsi habeant,

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

qui numerus similis anapaestico, sed concitatior etiam est.

35. Sed quaerendum est de ipsis Creticis, quo numero sint. Atque etsi in quibusdam locis non est dubium, vere Creticos esse, ut in eo, qui supra allatus est ex Aeschyli Suppl. 435. in quo fidem facit praecedens stropha, quae tota ex Creticis et trochaeis constat: at iis in locis, in quibus regnat dochmiacus numerus, vereor magnopere, ne, sive unus, sive duo positi reperiantur Cretici, ii non Cretici sint, sed, ut posterior pars ipsius dochmii, ex arsi una et iambo constent,

– ⏑ | ⏑ –

Id enim ut ita esse credam, non modo similitudo suadet, quae huius numeri est atque dochmiaci, sed hoc potissimum me movet, quod interdum eodem modo, ut Cretici, etiam Molossi dochmiis intermiscentur. Sophoclis carmen in Philocteta v. 827. seqq. unde unum exemplum Seidlerus p. 138. attulit, totum, quoniam corruptissimum est, adscribam, si quid coniectando efficere possim, ubi a codicibus parum auxilii est.

*Ὑπὲρ ὀδύνας ἀδαής, Ὑπνε δ' ἀλγέων* στρ.
*εὐαὴς ἡμῖν ἐλ-*
*θοις, εὐαίων, ὦναξ·*
*ὄμμασι δ' ἀντέχοις*
*τάνδ' αἴγλαν, – ἃ τέταται τανῦν.*
*ἴθι, ἴθι μοι παιών.*
*ὦ τέκνον, – ὅρα, ποῦ στάσει, ποῖ*
*δὲ βάσει, πῶς δέ μοι – ταντεῦθεν*
*φροντίδος· ὁρᾷς ἤδη;*
*πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν;*
*καιρός τοι – πάντων γνώμαν ἴσχων*
*πολύ τι, πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται.*

ἀλλὰ, τέκνον, τάδε μὲν θεὸς ὄψεται· ἀντ.
ὧν δ' ἂν ἀμείβῃ μ' αὖ, βαι-
άν μοι, βαίαν, τέκνον,
πέμπε λόγων φήμαν,
ὡς πάντων - ἐν νόσῳ εὐδρακὴς
ὕπνος ἄϋπνος λεύσσειν.
ἀλλ' ὅ τι - δύναιο μάκιστον
κείνου μοι, κείνου λά - θρα, λάθρα
ἐξιδοῦ, ὅ τι πράξεις.
οἶσθα γὰρ ὃν αὐδῶμαι,
εἴ γ' αὐτὰν - τούτῳ γνώμαν ἴσχεις
μάλα τοι ἄπορα πυκικοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

In stropha plane Aldi et codicum lectiones sequutus sum, nisi quod v. 12. *πολύ τι* addidi. In antistropha v. 2. *αὖ* pro *αὖθις* scripsi, et v. 3. delevi *ὦ* ante *τέκνον*. V. 8. bis *κεῖνο* in *κείνου*, sensu quoque meliore, scripsi, et geminavi *λάθρα*. Denique sensus caussa v. 11. librorum lectionem *εἰ ταυτὰν* in *εἴ γ' αὐτὰν* mutavi. Ita versus 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. iambici ischiorrhogici sunt, quorum septimo dactylus, undecimo Molossus praemissus est, octavo autem in fine Molossus adhaeret. Dochmiaci sunt versus 4. 5. 12. quorum quintum praecedit Molossus. Primos huius carminis versus Seidlerus tractavit p. 33. qui tamen mihi neque dochmiacos esse versus istos persuasit, neque *βαιὰν ἐμοί* scribi posse. Sed redeo ad Creticum. Eum multo magis ex arsi nuda et iambo constare existimandum erit, si verum est, quod ex aliquot locis videtur colligi posse, commutari eum cum Molosso. Et statim in Euripidis Oreste 168. 189. non videtur opus esse, ut, quod olim conieceram, *οὐδέν* scribendo pedes exaequentur:

θωΰξασ' - ἔβαλες ἐξ ὕπνου.
οὐδὲ γὰρ - πόθον ἔχει βορᾶς,

Locus, quem Seidlerus p. 139. ex Euripidis Ione v. 677. affert, audacius ab eo et sic mutatus videtur, ut nume-

ris tantum, non etiam sensui consuleretur. Ego quidem ita scribendum putem:

ὁρῶ δάκρυα καὶ – πενθίμους
ἀλαλαγάς, στεναγμάτων εἰσβολάς.

Antistrophica sana sunt;

φίλαι, πότερ' ἐμᾷ – δεσποίνᾳ
τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν;

Sophocles in Trach. 655. 663.

νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς
ἐξέλυσ' – ἐπίπονον ἁμέραν.

τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ
συγκραθεὶς – ἐπὶ προφάσει θηρός.

Aeschylus in Prom. 578.

πῶ, πῶ, πῶ, ποῖ μ' ἄγουσ'.
τὰν ταλαίπωρον ὧδ'.

Ita enim recte in quibusdam libris legi, non dubium videbitur sententiam consideranti. Videri poterit Creticus Molosso respondere etiam apud Sophoclem in Oed. Col. 1559. 1571.

Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ, λίσσομαι.
εὐνᾶσθαι, κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἀντρῶν.

Sed eo in loco scribendum esse αἰδοῦμαι pro λίσσομαι, praeclare e lectione, quae apud scholiastam est, διδοῦμαι, collegit Erfurdtius. Notabilis est autem hic locus non solum ob ter positum Molossum, sed etiam propter solutionem primae syllabae, nisi quis contendat, tribus syllabis pronunciari potuisse nomen Ἀϊδωνεύς. Aliud exemplum commutati cum Cretico Molossi in Phoenissis exstat v. 330. 331. ed. Pors. qui alter alteri respondere videntur:

ἦ ποθεινὸς φίλοις,
ἦ ποθεινὸς Θήβαις.

Nam Seidleri dispositionem huius carminis p. 253. seqq non puto veram esse. Caeterum ad hunc Molossi usum referri debere illud in Oreste v. 144. 157.

ἆ ἆ σύριγγος ὅπως πνοιά,
ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις,

neque a Bacchio hic ad dochmium transiri, sed incipere versum dochmio, iam supra monitum est. Eodem pertinet Aeschyli locus in Sept. ad Theb. 352. 364. de quo supra disputatum est p. 232. et Euripidis in Bacchis 1056. itidem supra p. 239. commemoratus, ubi duobus antispastis additus est Molossus:

ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος, οὐ Θῆβαι.

36. Maxime denique memorabilis est dactylici numeri cum dochmiis consociatio, quae ut plurimum hanc legem habet, ut, qui dactylum sequitur dochmius, ipse a dactylo incipiat:

—⏑⏑|—⏑⏑—⏑—

Aeschylus Sept. ad Theb.

ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ.
κρημναμενᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.

Plura vide apud Seidlerum p. 145. seqq. qui quidem etsi p. 151. recte contendit, non semper dochmium istum a dactylo incipere, ut ego in praefatione ad Euripidis Herc. fur. p. 7. dixeram, tamen plerique loci, quibus ad hanc rem utitur, alieni sunt. Dicam de singulis. Sophocles Oed. R. 661. 690.

θεὸν πρόμον Ἄλιον, ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος.
ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ παραφρόνιμον ἄπορον.

At quid impedit, quin primam partem huius versus dochmium potius, quam, ut ipsi placet, dactylicam cum iambica anacrusi esse censeamus, praesertim quum et iambicus ischiorrhogicus praecesserit, nec quidquam in tota stropha indicium faciat numeri dactylici? Philoct. 1091. 1112.

σιτονόμου μέλεος; πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ' αἰθέρος ἄνω.

κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπὸν φρενός·
ἰδοίμαν δέ νιν.

At aliud est, coniungi duos numeros in unum, aliud, alterum alteri absque eâ coniunctione consociari. Nam tetrameter hic dactylicus non magis cum sequente dochmio, quam ille, quem supra attulimus ex eadem fabula, cum iambico ischiorrhogico cohaeret:

Ὑπν' ὀδύνας ἀδαής, Ὑπνε δ' ἀλγέων·

qui ut Cretico propter ultimam ancipitem finitur, ita id hic quoque fieri potuisset. At id non foret licitum, si in unum essent hi duo numeri coniuncti. Versum in Phoenissis 183. plane repudio, quem nego numeros habere, quos Seidlerus p. 147. et 245. prorsus insolitos ei tribuit. Non magis huc pertinet Herc. fur. 1056. 1069. ubi cur ita potius, ut in mea editione feci v. 1049. 1061. distinguendi sint numeri, quam uti Seidlero placet, nemini, qui attente locum considerabit, poterit obscurum esse. Soli idonei sunt hi duo loci, unus Aeschyli in Suppl. 849.

σοῦσθε, σοῦσθ' ὁλό- μεναι ἐπ' ἀμίδα,

cui respondet v. 843.

σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ - βᾶριν ὅπως ποδῶν·

de quo loco Seidlerus in addendis dixit p. 414. alter Euripidis in Ione 1448.

συνέκυρσ' ἀδόκητος ἡδό-
νας πόθεν - ἐλάβομεν χαράν.

Aliud exemplum, sed dubitanter, addo ex eodem carmine v. 1508.

μενέτω· τὰ πάροιθεν ἄλις κακά
νῦν δ' ἐγέ - νετό τις οὖρος ἐκ κακῶν, ὦ παῖ.

Certius est hoc in Helena v. 651.

τὸ κακὸν δ' ἀγαθὸν σέ τε κἀμὲ συνάγα-
γεν, πόσι, - χρόνιον, ἀλλ' ὅμως ὀναίμαν τύχας.

Atque hoc quidem et primum illud ex Ione exemplum simili metro sunt, atque tria illa, quae Seidlerus p. 148.

seq. attulit, quartum in addendis commemorans p. 414.

Adde Ionis v. 1466. ubi scribendum videtur:

*ὅ τε γηγενέτας δόμος οὐκέτι νύκτα*
*δέρκεται, - ἀελίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν.*

Non semper autem transitus a dactylo ad dochmium fit praegresso dactylico ordine catalecto in trochaeum, sed etiam ex integro ordine longiore dactylorum, ut in Phoenissis v. 166.

*ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας ποσὶν*
*ἐξανύ - σαιμι δι' αἰθέρος.*

Alia exempla vide apud Seidlerum p. 147. Vel praecedentibus duobus trochaeis, ut in Hecuba 1057. ed. Pors.

*εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον*
*ἀκέσαι', ἀκέσαιο, τυφλὸν,*
*Ἄλιε, - φέγγος ἀπαλλάξας.*

Et in Troad. 271.

*τί δὲ χάλκεομίτορος Ἕκτο-*
*ρος δάμαρ - Ἀνδρομάχη τάλαινα, τίν' ἔχει τύχαν;*

Hinc colligi potest, in Oreste 180. ita disponendos esse versus:

*διοιχόμεθ', οἰχόμεθα. πτύπον ἡγάγετ'. οὐχὶ. σῖγα,*
*σῖγα φυ - λασσομένα στόματος*
*ἀνακέλα - δον ἀπὸ λέχεος ἦ -*
*συχον ὕπνου χάριν παρέξεις, φίλα.*

Secundus horum versuum ex dactylo et dochmio, tertius ex proceleusmatico et dochmio est. Duas alias rationes proposuit Seidlerus p. 73. 120. 204. quarum utraque dubia videtur. Simili modo in Iphig. Taur. 827. scriptum est,

*ἔχω σ', Ὀρέστα,*
*τηλύγε - τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος,*

ut hac quoque re labefactari videatur Seidleri descriptio huius carminis. Perrara sunt exempla, ubi dactylum

dochmius excipit solutione primae arseos carens. Tale hoc videtur in Phoenissis 137.

*οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον,*
*αὐτοκα - σιγνήτας νύμφας ὁμόγαμος κυρεῖ;*

Neque enim verisimilis mihi videtur Seidleri sententia p. 152. Idemque dictum volo de loco, quem ex Andromacha v. 862. affert.

37. Transitur a dactylicis numeris etiam ita ad dochmios, ut arsis dactylica dochmium praecedat. Eurip. Hec. 1102.

*ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίη-*
*σιν ὄσσων αὐγάς.*

Phoen. 107.

*ἰὼ πότνια παῖ Λατοῦς Ἑκάτα, κατάχαλκον ἄπαν*
*πεδίον ἀστράπτει.*

Alia exempla vide apud Seidlerum p. 131. seqq. in quibus memorabiles sunt choriambi. Vnum addo, quod, si ad hoc genus pertinet, ob solutam arsin anapaesticam notatu dignum est, in Helena v. 678.

*ὁ Διός, ὁ Διός, ὦ πόσι, παῖς μ᾽*
*ἐπέλασεν Νείλῳ.*

38. Postremo non est praetereundus spondeus, qui interdum, etsi raro, praemittitur dochmiis. Ita Aeschylus in Sept. ad Theb. 78.

*θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλ᾽ ἄχη,*

sive, recepta altera lectione, *μεγάλα τ᾽ ἄχη*, iambicum ischiorrhogicum pro dochmio substituas. Euripides in Troad. 263.

*ταύταν τῷ πάλος ἔζευξεν;*

Medius inter dochmios positus videtur in Ione v. 1498.

*ἐν φόβῳ*
*καταδεθεῖσα σὰν*
*ψυχὰν ἀπέβαλον, τέκνον.*

## CAP. XXII.

### *De paracatalōge.*

1. Ex numeris, quorum hactenus cum dochmiacis consociatio commemorata est, trochaeus maxime et dactylus dochmio praemissi dubitationem moveant necesse est. Nam quum hi pedes in his metris non soli per se stare videantur, arctissime copulari cum dochmiaco debent. Soli enim si starent, quemadmodum trochaeum videmus in altera forma Glyconeorum vel in versu Eupolideo polyschematisto, ancipitem haberent ultimam, et pro trochaeo spondeus, pro dactylo Creticus admitteretur. Quod si coniungendi sunt cum dochmiaco, permira est haec coniunctio, non quia fit ex thesi in anacrusin transeundo, sed quia, quum ita fiat, tamen non potest pausa fieri in thesi, quoniam, si fieret pausa, disiuncti potius, quam coniuncti numeri forent: unde etiam thesis habitura esset syllabam ancipitem, ut in illo versus genere,

*ἔκτισαν εὔνι – δας ἠδ' ἀνάνδρους,*
*ἔθεσαν, αἴ αἴ, – στρατοῦ φθαρέντος.*

2. Sed non minus mirum est illud, quod Seidleri industria aperuit, dochmiacis consociari duas, tres, quattuor breves syllabas: quas memorabile est, in initio carminis et medios inter dochmios, nusquam autem in fine carminis inveniri. Addi his potest numerus quinque brevium syllabarum, quas supra diximus Cretici vicem sustinere. Sed horum omnium, tum etiam aliarum quarumdam rerum, quae commemoratae supra, non autem satis explicatae sunt, priusquam rationem reddam, exempla istarum brevium syllabarum proferre volo.

3. Ac duas breves syllabas in principio carminis non memini invenire. Sed mediae inter dochmios sunt in Phoenissis 105.

χεῖρ᾽ ἀπὸ κλιμάκων - ποδὸς - ἴχνος ἐπαντέλλων.

In Bacchis 1161.

καλὸς ἀγών, ἐν αἵ-
ματι στάζουσαν - χέρα - περιβαλεῖν τέκνου.

In Helena 697.

ἄγαμος, ἄτεκνος, ὦ πόσι, καταστένει
γάμον - ἄγαμον αἰσχύνᾳ.

Alia exempla, quae Seidlerus p. 152. attulit, aliena sunt, neque commemorasset ea vir praestantissimus, si ab se impetrare potuisset, ut suis antistrophicorum descriptionibus diffideret. Quanta cautione in hoc genere opus sit, duobus aliis exemplis cognosci potest, quorum alterum Seidlerus p. 160. utrumque p. 43. attigit, iambicos in iis numeros cum disyllaba anacrusi esse ratus, quum utrumque neque hos numeros habeat, neque, quod videri cuipiam possit, ex duabus brevibus syllabis et dochmio constet. Alterum est in Agamemnone v. 1174. 1185.

μινυρὰ κακὰ θρευμένας.
γοερὰ θανατηφόρα.

At hic versus dochmiacus est: nam in strophico κακὰ delendum, in antistrophico autem servanda librorum lectio θανατοφόρα. Alter locus est in Sept. ad Theb. 571. 634. constans ex antispasto et ordine iambico:

μεγάλα μεγαλη - γόρων κλυούσᾳ.
θορίπονα κάκ᾽ ἐκ - τρέποντες ἐς γᾶς.

4. Tres breves syllabae, praegressis anapaestis, bis dochmiis praemissae sunt in Phoenissis 1301. ed. Pors.

ἔλεος, - ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας,
δίδυμα - τέκεα, πότερος ἆρα πότερον αἱμάξει.

Et sic in antistropha v. 1316. In Oreste, dochmiis quidem praegressis, sed finito numero, ut syllaba finalis docet, v. 177. ed. Pors. 195.

τὸν Ἄγα - μεμνόνιον ἐπὶ δόμον
ὀλόμεθ᾽, - ὀλόμεθ᾽ ἰσονέκυες.

In Troad. 260.

τί δ' ὃ νε - οχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε τέκος, που. μοι;

Atque haec Seidlerus quoque attulit p. 157.

5. Quattuor breves in principio carminis exstant apud Sophoclem in Oed. Col. 1447. 1462.

νέα τάδε - νεόθεν ἦλθ' ἐμοί.
ἴδε μάλα - μέγας ἐρείπεται.

et apud Euripidem in Oreste 1250. 1267. ed. Pors.

τί δέ με τό - δε χρέος ἀπύεις; ἔνεπέ μοι φίλα.
ἄφοβος ἔ - χε· κενὸς, ὦ φίλα, στίβος, ὃν οὐ δα. κεῖς.

In mediis dochmiis apud Aeschylum in Agam. 1416. 1435.

τί κακόν, ὦ γύναι,
χθονοτρεφὲς - ἐδανὸν ἢ ποτόν,
μεγαλόμητις εἶ,
περίφρονα δ' - ἔλακες, ὥσπερ οὖν.

Plura dabit Seidlerus p. 154. seq.

6. Quaerendum iam est, quem numerum syllabae istae habeant. Neque enim sic temere sine omni numero admisceri potuerunt. Atque apertum est, eam rem sic tantum iudicari posse, si aut antistrophica contractionibus viam monstrent, aut aliorum inter dochmios usitatorum versuum comparatio aliquid lucis afferat. Nam si quis forte utramque rationem eo eludi existimabit, quod exempla quaedam reperiantur, in quibus etiam una vel brevis vel anceps syllaba dochmium videatur praecedere, is nihil, ut mihi videtur, proficiet. Isti enim versus, velut in Helena v. 636.

περιπετάσασα χέρα,

vel in Ione hi antistrophici 688. 707.

ἐφ' ὃ ποτε βάσεται,
καλλίγλογα πέλανον ἐπί,

iambici potius ischiorrhogici habendi sunt. Neque quisquam, opinor, eos afferet dochmiacos, qui disyllabam anacrusin habent. Addam hac opportunitate epodum, quae est in Alcestide v. 268. ne quidam in ea versus fraudem faciant, melius dispositam atque emendatius scriptam. Neque enim Seidlero assentior, haec p. 45. in antistrophica insolentioribus numeris redigenti;

*Μέθετε, μέθετε μ᾽ ἤδη,*
*κλίνατέ μ᾽· οὐ σθένω*
*ποσίν· πλησίον ᾅδας,*
*σκοτία δ᾽ ἐπ᾽ ὄσσοισι νύξ ἐφέρπει.*
*τέκνα, τέκν᾽, οὐκέτι, οὐκέτι δὴ μάτηρ*
*σφῶν ἔστιν· χαίροντες,*
*ἰὼ τέκνα, τόδε φάος ὁρᾶτον.*

Ita secundus et quintus versus dochmiaci erunt; primus, tertius, sextus iambici ischiorrhogici; quartus ex duobus ditrochaeis, altero disyllabam, altero monosyllabam anacrusin habente; septimus denique ex antispasto et ordine iambico.

7. Sed videamus de singulis. Et duabus quidem brevibus dochmio praemissis quum nusquam, quod sciam, longa respondeat, tamen eumdem numerum praebent Cretici duo, qui si ita, uti supra ostendimus, metiendi sunt, et dochmiacum numerum continebunt, et breves istas pro soluta prima arsi habendas esse arguent;

$$\overset{\prime}{\smile}\,|\,\breve{}\,\overset{\prime}{\smile}\,|\,\overset{\prime}{\smile}\,|\,\breve{}\,\overset{\prime}{-}$$

*ἦ ποθεινὸς φίλοις.*
*ποδὸς ἴχνος ἐπαντέλλων.*

Videndum est autem, an, quod valde probabile videtur, etiam hi versus ad hoc genus pertineant, quales sunt in Ione 1475. 1482. 1486. 1494.

*ὑμέναιος ἐμός, τέκνον.*

παρ᾽ ἀηδόνιον πέτραν.
δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν.
ἀνὰ δ᾽ ἄντρον ἔρημον οἰ – ωνῶν γαμφηλαῖς.

Sed hoc si statuitur, putabit forsitan aliquis, eodem referendos esse etiam illos, in quibus pro duabus istis brevibus una longa est, ut in Trachiniis v. 850. 861.

τέγγει δακρύων ἄχναν,
τάνδ᾽ Οἰχαλίας αἰχμᾷ.

Hoc autem si placebit, quid impediet, quin eiusdem generis illa esse putemus, qualia ibidem sunt,

ἦ που ὁλοὰ στένει,
ἦ που ἀδινῶν χλωράν,

quae supra ad iambicos ischiorrhogicos retulimus? Quae si ad dochmios pertinent, iam etiam unam brevem syllabam licebit dochmio praemissam existimare, ut in Philoct. 852.

ἴθι, ἴθι μοι παιών,

vel in Helena 635.

περιπετάσασα χέρα.

Quin etiam ancipitem, ut in Ione 688. 707.

ἐφ᾽ ὅ ποτε βάσεται.
καλλίφλογα πέλανον ἐπί.

At hoc quidem non modo per se parum probabile videtur, quum brevis vel anceps syllaba, sequente anacrusi, neque arsis commode esse possit, nec thesis sit, si nulla arsis praecedat, sed etiam ex eo falsum esse cognoscitur, quod hae formae, si dochmiacae essent, non possent cum aliis iambici ischiorrhogici formis, maximeque cum principali forma

$$\breve{\smile}\,\acute{—}\,\breve{\smile} \mid \acute{—} \mid \breve{\smile}\,\acute{—}$$

commutari. Quare, quantum quidem in harum rerum ambiguitate coniicere licet, hoc quidem satis versimile esse credam, hos versus,

*ὑμέναιος ἐμός, τέκνον,*
*τέγγει δακρύων ἄχναν,*

ad genus dochmiacum pertinere; illos autem,

*ἦ που ὀλοὰ στένει,*
*ἴθι, ἴθι μοι παιών,*

si prima brevis sit, certo in iambicis ischiorrhogicis numerandos esse; si autem longa sit, ambiguum esse, utrius generis sint, si oppositus versus non faciat indicium.

8. Ad tres syllabas breves quod attinet, ambiguum est, quum et iambus et trochaeus praemittatur dochmiis, pro utrius solutione habendae sint. Pro utraque opinione Seidlerus p. 137. exemplum protulit, pro iambo ex Iphig. in Aul. 1475. 1510.

*ἄγετε με τὰν Ἰλίου.*
*ἴδεσθε τὰν Ἰλίου.*

pro trochaeo Hecub. 1093. 1097.

*ἴτ', ἴτε, μόλετε, πρὸς θεῶν,*
*δεινά, δεινὰ πεπόνθαμεν,*

si quidem in Hecubae loco haec sibi respondent. Quamquam etiam si non respondeant, locum hunc non reiecerim, propterea quod eosdem versus in huiusmodi carminibus iterari mos est.

9. Quattuor breves quo numero sint, difficilius dictu est. Nam quod Seidlerus ad Eurip. Troad. 1246. existimabat, confici rem Aeschyli loco in Persis 269. 275.

*τὰ πολλὰ – βέλεα παμμιγῆ,*
*ἁλίδονα – σώματα πολυβαφῆ,*

id nobis exemplum ereptum est, inventa in codice Parisino exquisita lectione *ἁλιδνά*. Tanto magis autem dubium est, quem in quattuor istis syllabis numerum inesse dicamus, quod loci, in quibus inveniuntur, quod

ego sciam, omnes iambicum quoque numerum admittunt, ut,

χθονοτρεφὲς ἐδανὸν ἢ ποτόν.

Iure tamen monet Seidlerus p. 156. si quid analogiae tribuendum sit, de dochmiaco potius numero cogitandum esse. Dirimeret litem locus Sophoclis, quem ille p. 154. affert, in Oed. Col. 1468.

τέλος· δέδια δ᾽· οὐ
γὰρ ἄλιον – ἀφορμᾷ πότ᾽, οὐδ᾽ ἄνευ ξυμφορᾶς,

si quidem ille ita distinguendus esset. At integrum si quis consideraverit, fatebitur, parum verisimilem hanc numerorum distinctionem esse, sed ita potius eos describendos videri:

ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ᾽ ἀεὶ στρ.
χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ᾽ ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.
τί μὰν ἀφήσει τέλος; ἀντ.
δέδια δ᾽· οὐ γὰρ ἄλιον
ἀφορμᾷ πότ᾽, οὐδ᾽ ἄνευ ξυμφορᾶς.

Ac secundus versus etsi videri potest ex duobus paeonibus vel Creticis constare, tamen, ne ita statuamus, prohibet ultima utrobique brevis. Quare videndum, ne ille aut dochmiacus sit hypercatalectus:



aut is dochmiacus, qui anapaestum pro ultimo iambo habet,



nisi placebit paeonicum putare.

10 Quinque denique syllabae breves non videtur dubium esse quin ex Cretici solutione natae sint, Sophocles in Oed. R. 660. 690.

*θεὸν πρόμον Ἄλιον· ἐπεὶ ἄθεος, ἄφιλος*
*ὅ τι πύματον*
*ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ' ἔχω.*
*ἅπαξ μόνον· ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον*
*ἐπὶ φρόνιμα*
*πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι.*

11. Exemplis allatis, numeroque, quem ea habere possint, indicato, quaerendum est, qui fiat, ut versus dochmiaci et ipsi inter se, insertis quibusdam ipsorum particulis, tamquam laxis quibusdam vinculis cohaereant, et cum aliis numeris mira illa theseos et anacruseos coniunctione in unum confluant. Harum rerum, nisi fallor, omnis ratio repetenda est ab ea, quam musici *παρακαταλογὴν* appellabant. De qua re suboluit aliquid Boeckhio, etsi ille, quid esset *παρακαταλογή*, minime perspectum habuit. Nam quum Burettus ex loco Aristotelis, quem mox afferam, Gallica levitate coniectasset, *καταλογὴν* in observatione iusti ordinis veraeque mensurae sonorum, *παρακαταλογὴν* autem in aliqua harum rerum neglectione positam esse, Boeckhius, vir doctissimus, sed, dum festinat, nunc fidere corruptis, nunc a primo quoque oblata, quae e re sua esse videt, cupide arripere solitus, ita credidit Buretto, ut iam *παρακαταλογὴν* nescio cuius vitii nomen putaret, eoque, quidquid tragici secus fecerunt, quam ipse faciendum fuisse censet, notaret atque vituperaret, tragicos ob eam rem, pariter ac lyricos Aeolenses et Atticos comicos, imperfectos rhythmicos esse dictitans.

12. Aristoteles in Problem. IX. 6. ita scribit: *διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλές, καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης· τὸ δὲ ὁμαλές, ἧττον γοῶδες.* Eius inventor perhibetur Archilochus. Plutarchus de musica p. 1140. F.

ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιΐαν προσεξεῦρε, καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔνταση, καὶ τὴν παρακαταλογήν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν. Qui quum paullo post, p. 1141. A. ita scribat, ἔτι δὲ τῶν ἰαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δ' ᾄδεσθαι, Ἀρχίλοχον φασὶ καταθεῖξαι, εἶθ' οὕτω χρήσασθαι τοὺς τραγικοὺς ποιητάς, Schneiderus in lexico Graeco his verbis id ipsum explicatius dici putat, quod uno vocabulo παρακαταλογὴ dictum sit. At, ne memorem, hanc explicationem non posse satis bene cum iis, quae Aristoteles dicit, conciliari, vel propterea falsam eam esse intelligitur, quia Plutarchus recitationem ad citharam vel tibiam aperte a paracataloge distinguit, atque ut duo diversa Archilochi inventa commemorat. Opportune accedit, ut Hesychius, quid cataloge sit, tradiderit: καταλογή, τὸ τὰ ᾄσματα μὴ ὑπὸ μέλει λέγειν. Ita recte Schneiderus. Nam apud Hesychium et Favorinum ὑπὸ μέλη legitur. Quod si καταλογὴ est recitatio absque modulatione, unde dictum est καταλογάδην, παρακαταταλογὴ erit similis ratio in canendo. Eam autem quam aliam esse putabimus, quam quae hodie quoque ab eadem re simili nomine genus canendi recitativum dicitur? Quod quis, obsecro, vel nostris vel veteribus ut vitium exprobrabit, quum eo non modo de industria, sed pro conditione carminis etiam efficacissime utantur?

13. Est autem huius canendi generis natura in eo posita, ut, etsi non destitutum sit numero, tamen non ea severitate observet numerum, quae in cantu rhythmico obtinet: ita enim vocabimus cantum, qui certis mensurarum descriptionibus adstrictus est. Ab eaque re dicta est haec ratio παρακαταλογή, quod relaxata illa rhythmorum severitate propius ad sermonis libertatem accederet. Ἀνωμαλίαν ei tribuit Aristoteles, quia non aequabili rhythmorum decursu continetur, sed pro animi motu li-

berioribus sonis nunc celerius, nunc lentius, sine certa lege devolvitur. Idque παθητικὸν vocat, dicitque vel summo gaudio, vel maximo dolori accommodatum esse, quod animi commotio modum excedens nullis legibus continetur. Et ita hoc genere hodie quoque musici utuntur.

14. Cernitur autem vis et natura paracataloges in his maxime rebus. Primo, quae res minimum a recto numeri incessu deflectit, lentando fine numeri per spondeum:

ἴχνος ἐπαντέλλων.
ὄμμασι δ' ἀντέχοις τάνδ' αἴγλαν.

Vnde haec forma non perinde in omnibus dochmiacis usitata est, sed in his potissimum, in quibus etiam aliis modis paracataloge usurpata invenitur.

15. Deinde ad paracatalogen pertinere videntur soluti in breves syllabas dochmiaci. Quoniam enim ista canendi ratio liberior est, minusque diligenter, quam in cantu rhythmico fit, numerum mensurasque observat, aequales maxime syllabas desiderat, quae pro arbitrio plus minus accelerari tardarive possint. Et ita hodie quoque in hoc genere plurimos eiusdem fere mensurae sonos coniungi videmus. Nihil impedit autem, quin a solutionibus omninoque a brevibus syllabis initium fiat, dum modo in fine saltem rectis pedibus fortius consistat numerus, finirique certo modo et concludi animadvertatur. Aliter enim ne speciem quidem numeri conservabit, sed medio in cursu dilabi ac diffluere videbitur. Atque ita hodie quoque finem paracataloges faciunt certo pede.

16. Deinde vero etiam productio syllabarum ancipitum duobus modis ad paracatalogen referenda videtur, uno, quum etiam arses longae manent, quo in genere, quemadmodum solutis omnibus longis vagus est numerus et instabilis, ita idem fit, ubi omnes aut pleraeque lon-

gae sunt, sublata per nimiam similitudinem iusta mensurarum comparatione,

ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν.
εὐαὶς ἡμῖν ἔλ - θοις, εὐαίων, ὦναξ.

altero, quum arses solvuntur, quae res facit, ut multo magis laxus solutusque numerus videatur, voce paullo longius immorante his syllabis, quae breves esse debebant:

ὅτέ τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἐλίτροχοι,
θεὸν πρόμον Ἄλιον.

17. Porro vel maxime conspicua est paracataloge in transitu a cantu rhythmico, colliquescentibus duobus numeris, rhythmico, et eo, in quo solutiores numeri sunt. Quod genus eiusmodi est, ut, quum ab initio certis pedibus ingrediatur, deinde vel in medio isto incessu, vel novo facto firmi pedis initio, repente languescat, et ambiguo ac veluti trepidante gradu in solutos paracataloges numeros dilabatur:

ἀνεμώκεος εἴθε δρόμου νεφέλας ποσὶν
ἐξανύ - σαιμι δι' αἰθέρος.
ἀϊσσαί, ἀίσσαιο, τυφλὸν,
Ἄλιε, - φέγγος ἀπαλλάξας.

In quibus exemplis dactylus dochmium praecedens, ubi firma arsi institit, statim in thesi remissus confluit in unum cum dochmio. Quem pedem qui totum ita, ut praecedentes dactylos, qui certo numero incedunt, pronunciare volet, is statim sentiet, sic eum non posse in unum numerum cum dochmio confundi, sed mutandum esse numerum, remittendumque, ut incertiore incessu in alium numerum transire queat. Id autem ut plerumque fit in dactylo, ita interdum etiam in trochaeo, ut

τίμι - ον ἔδος ἱκόμαν,

et fortasse etiam in paeone:

δέδια δ' οὐ γὰρ ἅλιον - ἀφορμᾷ πότ', οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς.

18. Denique maxime omnium in eo versatur paracataloge, ut vel initium fiat a vagis illis et incertis pedibus brevium syllabarum, vel hi pedes laxa quadam compage transitum ab alio dochmio ad alium faciant: ut,

ἔλεος, – ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας.
νέα τάδε – νέοθεν ἦλθ' ἐμοί.
χειρὸ ἀπὸ κλιμάκων, – ποδὸς – ἴχνος ἐπαντέλλων.
ἐξ ἁλὸς ὅρμενον – χθονοτρεφὲς – ἐδανὸν ἢ ποτόν.

Quos pedes etsi numerum aliquem habere necesse est, tamen fortasse non ubique eumdem habent. Tres quidem breves syllabae in plerisque locis aptius videntur eo ictu notari, ut si ex trochaeo solutae essent. Quattuor, si sunt in initio, similiter malim tamquam e dactylo solutas pronunciari. Quamquam quis hoc in genere quidquam definire ausit, quum praesertim proprium sit paracataloges, ut nihil nisi fluxa quaedam pedum simulacra habere videatur?

19. Illud vero non est praetereundum, fortasse non solos dochmiacos numeros, sed alios quoque versus paracatalogen admisisse. Certe si e copia brevium syllabarum colligi aliquid potest, etiam iambici numeri interdum ad hunc modum dissoluti sunt: velut in Prometheo v. 900. s. 903. s.

20. Quid vero de dithyrambis censebimus, quo in genere carminis ita, ut nullo in alio, usitatum est, plurimas breves syllabas coniungi? Quae quum multo difficilius ad certos numeros redigi posse videantur, etsi hoc non mirum est in tanta fragmentorum paucitate, ademptaque opportunitate rationis antistrophicae, quaerendum erit, an paracataloge multo magis dithyramborum, quam tragoediae propria fuerit. Fatendum certe est, nihil na-

turae dithyramborum convenientius esse. Quod si usi sunt paracataloge poëtae dithyrambici, Aristotelem illo in loco, quem supra attulimus, non hoc quaerere existimabimus, cur propria tragoediae sit paracataloge, sed cur, quum aliorum sit carminum propria, tamen recte in tragoedia apteque usurpari possit. Non esse autem propriam tragoediae vel ex eo intelligi potest, quod inventa dicitur ab Archilocho. Hinc aestimari poterit, quo iure Boeckhius vel tragicis exprobrarit paracatalogen, vel Pindarum ab ea immunem esse contenderit.

21. Dicatur nunc de Romanis. Ac nimis mirum foret, si hi prorsus a versibus dochmiacis abstinuissent: multoque credibilius est, delitescere apud eos hoc genus, aut a correctoribus obscuratum esse, praesertim si Graecorum exemplo liberioribus formis usi sint. Quamquam vix crediderim eos hoc fecisse, quia in tanta prosodiae libertate vix species certa numeri relicta fuisset. Plauti quidem emendatio si pluribus praesidiis, quam hactenus, adiuta, et felicius atque a peritioribus tentata, maiores progressus fecerit, non est dubium, quin multa, de quibus nunc aut suspicio tantum est, aut ne hoc quidem, vel melius intellecturi vel etiam deprehensuri simus. Ad dochmiacos autem quod attinet, cavendum est, ne cum his confundantur Bacchiaci dimetri catalectici, qui etsi formam habent eamdem, tamen, quod fere Bacchiacis consociati sunt, ad hos potius pertinere, quam in dochmiis numerandi videntur. Eorum exempla quaedam supra attuli in versibus Creticis p. 221. ex quibus hi,

*bonús sit bonís,*
*malús sit malís,*

etiam eo videntur Bacchiacum numerum testari, quia sic rectius ad sententiam pronunciari possunt: nam si dochmiaci essent, ictum, eumque fortiorem, verbum *sit* haberet, quod melius hic in thesi collocatur. Alia

huiusmodi exempla, Bacchiacis versibus mixta, in Persa sunt V. 2, 28. 30.

*perge, út coeperás:*
*hoc, léno, tibí.*
*delúde, ut lubét,*
*herús dum hinc abést.*
*vidésne ut tuís*
*dictís pareó?*

Certo vero dochmiacos esse contenderim hos versus in Menaechmis V. 6, 9.

*verbéra, cómpedés,*
*molae, mágna lássitúdó, famés.*

Totam scenam infra in disputatione de versibus Bacchiacis emendatam dabo. Nam de singulis versibus plerumque incertum est iudicium, nisi totae scenae simul in numeros suos redigantur: idque haud parum impeditam reddit harum rerum investigationem.

---

## CAP. XXIII.

### *De versibus Bacchiacis.*

1. Bacchiacum numerum veteres metrici ad genus paeonicum retulere. Atque Aristides Quintilianus, cuius verba supra p. 193. posuimus, contractione quarti paeonis, scholiastes Hephaestionis autem p. 44. (72. ed. Gaisf.) secundi paeonis contractione Bacchium nasci dicit. Nos, quoniam non tempora numeramus, sed numerum respicimus, numerum huius pedis spondiacum esse existimamus. Verum quoniam Ionici a minori eumdem numerum habent, pro diversitate anacruseos, quae in Ionicis e genere dactylico, in Bacchiis e genere trochaico est, alterum dactylicis, alterum trochaicis numeris adiunximus, ne opus esset aliud genus numeri, spondiacum, introducere.

2. Mirum est, Graecos raro Bacchiacis versibus usos esse, ut diserte testatur Hephaestio: *τὸ δὲ Βακχειακὸν, σπανιόν ἐστιν, ὥςτε, εἰ καί πού ποτε ἐμπέσοι, ἐπὶ βραχὺ εὑρίσκεται.* Cuius rei quae caussa fuerit, ego nescire me fateor. Quam enim Boeckhius in libro de metris Pindari p. 146. *ἀρρυθμίαν* in hoc genere deprehendisse sibi visus est, eius vellem rationem aperuisset, fecissetque, ut ita etiam aliis videri deberet. Est enim hic numerus ita simplex et gravis, ut mirer, si non placeat omnibus. Et placuit certe Romanis. Nam Dionysii Halicarnassensis iudicio non utar in hac re: qui ut recte sentiat de numero Bacchiaco, at de palimbacchio, quem Hephaestio aliique *ἀνεπιτήδειον πρὸς μελοποιΐαν* vocant, ea tradit, quae vix quisquam probet. Eius verba in libro de comp. verb. p. 226. ed. Schaef. haec sunt: *ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν αἱ δύο μακραὶ κατάσχωσι, τὴν δὲ τελευτὴν ἡ βραχεῖα, οἷά ἐστι ταυτί,*

*σοί, Φοῖβε, Μοῦσαί τε, συμβῶμεν,*

*ἀνδρῶδές τε πάνυ τοῦτο τὸ σχῆμα, καὶ εἰς σεμνολογίαν ἐπιτήδειον. τὸ δὲ αὐτὸ συμβήσεται, κἂν ἡ βραχεῖα πρώτη τεθῇ τῶν μακρῶν· καὶ γὰρ οὗτος ὁ ῥυθμὸς ἀξίωμα ἔχει καὶ μέγεθος· παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε,*

*τίν' ἀκτάν, τίν' ὕλαν δράμω; ποῖ πορευθῶ;*

*τούτοις ἀμφοτέροις ὀνόματα κεῖται τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῶν μετρικῶν, Βακχεῖος μὲν τῷ προτέρῳ, θατέρῳ δὲ ὑποβάκχειος.* Quamquam excusari hic quodammodo poterit, si eum de oratorio tantum numero loquutum putabimus. Gaudebo ego quidem, si quis idoneam rationem attulerit, quare Graeci non delectati esse numero Bacchiaco videantur; sin minus, ad ea hoc referam, qualia multa casu an libidine quadam aliis gentibus placuisse, aliis displicuisse videmus.

3. Et dubitari potest, an omnino Bacchiacis versibus usi sint Graeci. Nam etsi, ubi invenitur hoc genus,

ita plerumque verba divisa sunt, ut ea ipsa re pedem Bacchium obtrudere videantur, velut in hoc exemplo, quod Hephaestio solum attulit,

ὁ ταῦρος δ' ἔοικεν κυρίξειν τίν' ἀρχάν·
φθάσαντος δ' ἐπ' ἔργοις προπηδήσεταί νιν·

vel in Aeschyli Prometheo v. 115.

τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;

aliisque exemplis, quae supra cap. XXI. allata sunt: tamen ita hi versus cum dochmiacis, a quorum natura abhorrere Bacchiacum numerum significavimus, coniuncti sunt, ut merito dubitandum videatur, an ex dochmiis hypercatalectis constent. Illis, quae supra attuli, addam haec in Sophoclis Philocteta v. 394. 510.

σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι' ἐπηυδώμαν,
ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρέδιδοσαν, ἰ-ὼ μάκαιρα,
εἰ δὲ πικρούς, ἄναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας,
ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
μετατιθέμενος, ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν, ἐπ-εὐστόλου.

Huiusmodi sunt quaedam eorum, quae Gaisfordius ad Hephaestionem p. 331. seq. commemorat, nominatim Aristophanis in Acharn. 735. Eurip. ex ed. Musgr. in Oreste 173. 1286. Rhes. 697. Neque enim omnia, quae vir doctissimus attulit, ad hanc quaestionem pertinent. Sic etiam in Bacchis v. 991.

φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος
γόνον γηγενῆ.

Nec minus in Helena versus 650, quem Gaisfordius pentametrum esse putat, quum carmen illud maximam partem ex dochmiacis numeris constet, satis firmum Bacchiaci numeri praesidium erit. Praeterea quum dubitari possit, an, si usi sunt Graeci numero Bacchiaco, anacrusin noluerint ancipitem esse, hic versus in Ione, 190. 201.

*ἰδοὺ τόνδ' ἄθρησον,*
*καὶ μὰν τόνδ' ἄθρησον,*

tanto magis videbitur dochmiacus esse hypercatalectus, nisi ille forte ad genus ab utroque diversum, quod cognatum est Glyconeis, pertinet.

4. Quin ne de monometro quidem ita affirmare ausim, ut nihil dubitationis relinquatur. Hic versus enim qui interdum trimetris inseritur, ut in Philocteta 785. 787. 804. alibi ultimam brevem habet, ut in Oed. Col. 123. 130. ut incertum videatur, utrum ille vere Bacchiacus sit, an iambicus monometer catalecticus, praesertim quum etiam anacrusin ancipitem habeat, si quidem recte in Philoct. 796. legitur,

*ὦ μοί μοι.*

Nisi forte distinguendus est alter ab altero.

5. Sed convertamus nos ad Romanos, qui hoc metro valde delectati sunt. Hi, et solutiones utriusque longae crebro usurparunt, praeterquam in fine versus, cuius ultima, quoniam anceps est, immunis a solutione manet, et anacrusin nunc longam esse voluerunt, nunc etiam disyllabam fecerunt. Ac disyllabam maxime in primo et tertio pede, interdum etiam in secundo et quarto admisere. Plautus in Aul. II. 1, 4. 5.

*quamquam haúd falsa súm nos odiósas habéri:*
*nam múltum loquáces merito ómnes habémur.*

In Menaechm. V. 6, 6.

*merito hóc nobis fít, qui quidem húc venerímus.*

In Amphitr. II. 1, 15.

*tun mé, verbero, aúdes herúm ludificári?*

6. Vsi Romani sunt plerumque tetrametro catalecto, interdum etiam ut dimetrum aliquem admiscerent. Inveniuntur vero etiam aliae formae. Praeterea et cum Creticis et cum aliis numeris saepe eos consociant. Neque

comoedia solum, sed etiam tragoedia hos versus usurpavit. Ennius in Hectoris Lustris:

*quid hóc hic clamóris? quid hóc hic tumúlti est?*
*nomén qui usúrpát meum? quid ín castris strépiti est?*

7. Exemplo sit Plauti locus in Poenulo I. 2.

*AD. Negóti sibí qui volét vim paráre,*
*navem ét mulierem haéc duo sibí comparáto.*
*nam núllae magís res duaé plus negóti*
*habént, forte si ócceperís exornáre,*
*neque úmquam sat ístae duaé res ornántur,*
*neque eís ulla ornándi satís satietás est.*
*atque haéc ut loquór, nunc domí docta díco.*
*nam nós usque ab aúrora ad hóc quod diéi est,*
*postquam aúrora illúxit, numquám concessámus*
*ex índustria ámbae lavári, aut fricári, aut*
*tergéri, aut ornári, políri, expolíri,*
*pingí, fingi: et úna binaé singulís quae*
*datae áncillae, eaé nos lavándo eluéndo*
*usque óperam dedére, aggerúndaque aquá sunt*
*virí duo deféssi.*
*apáge sis, negóti quantum ín muliere úna est:*
*sed véro duaé, sat sció, maximo úni*
*populó cuilubét plus satís dare potís sunt,*
*quae nóctes diésque omni in aétate sémper*
*ornántur, lavántur, tergéntur, poliúntur.*
*postrémo modús muliebris núllust, neque úmquam*
*lavándo et fricándo scimús facere fínem.*

*nam quaé lavata est, nísi perculta ea ést, meo quidem ánimo*
*quasi lútea est. AN. mirum equidém, soror, te istaéc sic fabulári,*
*quae tám callida ét docta sís et facéta.*
*nam quóm seduló mundítér nos habémus, vix aégreque amátorculós invenímus.*
*AD. ita ést: verum hoc únum tamén cogitáto:*
*modus ómnibus rebús, soror, negótium optumum hábitu est:*
*nimia ómnia nimium éxhibent negóti hominibus éx se.*
*AN. sorór, cogita, amábo, - itém nos perhibéri,*
*quam sí salsa múriatica ésse autumántur, sine ómni lepóre et siné suavitáte:*
*nisi sí multa aqua úsque et diú macerántur, olént, tangere út non velís . . . .*
*itém nos sumus: eíus seminís mulierés sunt, insúlsae admodum átque invenústate . . sine múnditia et súmptu.*
*MI. coqua ést haec quidem, Agorastoclés, ut ego opínor:*
*scit múriatica út macerét. AG. quid molés-tu's?*
*AD. sorór, parce, amábo: sat ést istuc álios: ne nósmet nunc nóstra etiam vítia eloquámur.*
*AN. quiésco. AD. ergo amó te: sed hóc nunc respónde*
*mihí, sunt hic ómnia, quae ad deúm pacem opórtet*
*adésse? AN. accurávi.*

*AG. diém pulcrum et célebrem et venustatis plénum,*
*dignúm Venere pól, quoi sunt Aphrodisia hódie.*
*MI. ecquíd gratiaé, quom huc forás te evocávi?*
*iam nónne me decét cado dondri vini véteris?*
*dic dáre. nihil respóndes? lingua huic éxcidit, ut opínor.*

In his v. 2. *sibi* Reizius addidit. V. 5. *sat istae* scripsi pro *satis hae*. V. 8. 9. codices sequutus sum, in iisque etiam Lipsiensem. Verba, *postquam aurora illuxit*, tantum abest, ut interpretamentum sint, ut huic orationi praeclare conveniant. Et quis interpres verba *ab aurora* explicatione indigere putasset? V. 13. vulgo, *quae datae nobis ancillae*. V. 14. addidi *usque*, et *dedere* cum Reizio pro *dederant* scripsi. V. 23. addidi *ea*. In sequente versu, ubi V. C. *quasi inlusta*, MS. Dec. *quasi iniusta est*, cod. Lips. *quasi musta est*, veram mihi videor his vestigiis lectionem deprehendisse. V. 29. ita restituit Reizius. V. 37. etiam MS. Lips. *invenustate*. Versus hic, ut. v. 35. mutilus est: excidisse videtur *plenae*. V. 41. libri, *sat est istuc alios dicere nobis*. Delevi, quae ab interprete adiecta videbantur. V. 42. addidi *nunc*, pro quo codd. Parei *in*, et scripsi *eloquamur* pro *loquamur*. V. 45. vulgo *omnia accuravi*.

8. Alium addam locum ex Amphitr. II. 2.

*Satín parva rés est volúptatum in víta atque in aétate agúnda, prae quám quod molé-stum est.*
*ita quoíque est in aétate hominúm comparátum:*
*ita dís est compláeitum, volúptatem ut moéror*

*comés consequátur; quin íncommodí plus*
*malíque illico ássit, boní si obtigít quid.*
*nam ego íd nunc expérior domo, átque ipsa dé me*
*sció, quoi volúptas parúmper data ést, dum*
*virí mei fuít mihi potéstas vidúndi*
*noctem únam modo: átque is repénte abiit á me*
*nunc hínc ante lúcem: sola híc mihi nunc vídeor,*
*quia ílle hinc abést, quem - ego amó praeter ómnis.*
*plus aégri ex eo ábitu virí, quam ex advéntu volúptatis cépi.*
*sed hóc me beát saltem, quóniam perduéllis*
*vicít, - et domúm laudis cómpos revénit.*
*absít: dummodó laude párta domúm se*
*recípiat: feram ét perferam úsque abitum eius ánimo*
*forti átque obfirmáto: id modó si mercédis*
*datúr mi, ut meús victor vír belli clúeat,*
*satís mi esse dúcam: virtús praemium óptumum est:*
*virtús omnibús rebus ánteit profécto:*
*libértas, salús, vita, rés, et paréntes,*
*et pátria, et prognáti tutántur, servántur:*
*virtús omnia ín sese habét: - omnia ássunt*
*bona, quém penes est vírtus.*

Primos quindecim versus, si satis de hexametri usu constaret, nihil impediret, quin hexametros facere liceret. V. 3. ita Reizius ordinem verborum constituit. V. 4. vulgo, *ita dis placitum.* V. 9. vulgo, *dum viri mei mihi potestas videndi fuit.* V. 11. in principio *nunc* addidi, et v. 13. *eo.* V. 16. vereor, ne aliquid vitii reliquum sit: productio enim ut excusari possit propter in-

terpunctionem, tamen displicet, quia minor haec interpunctio est. Et quum *quoniam* in praecedente versu *qm* scriptum sit in codd. videndum, ne haec rectius ita constituantur, *quom perduellis vicit, quom domum laudis compos revenit.* Recte se tuebitur productio v. 25. Quae in fine v. 16. vulgo addita sunt verba, *id solatio est*, delevi, quia codicum et edd. vett. lectio, *in solatio est*, interpretationem haec esse arguit verbi *beat.* V. 21. vulgo, *praemium est optimum.* *Optimum* hic, ut alibi, prima brevi est. V. 25. *in sese* pro *in se* praebuit codex Lipsiensis.

9. Etiam clausulas habent interdum Bacchiaci, easque iambicas, ut apud Terentium in Andr. III. 2, 4.

*quod iússi ei darí bibere et quántum imperávi,*
*date: móx ego huc revértor.*

Harum exempla sunt etiam apud Plautum in Mostell. I. 2. quo in loco, nisi libri nos fallunt in hac tam male habita fabula, etiam trimetri aliqui inveniuntur. Scena ista ad hunc modum constituenda videtur.

*Recórdatus múltum et diú cogitávi,*
*argúmentaque in pectus múlta institívi*
*ego, átque in meó corde, si ést quod mihí cor,*
*volútavi eám rem et diú disputávi,*
*hominém quoius reí, quando nátust,*
*similem ésse arbitrárer, simulácrumque habérem.*
*id répperi iam exémplum.*
*novárum aedium ésse arbitrór similem ego hóminem,*
*quando híc natus ést: ei rei argúmenta dícam.*
*atque hóc haud vidétur verí simile vóbis.*
*at ego íd faciam ita ésse ut credátis:*
*profécto esse ita, út praedicó, vera víncam.*

*atque hóc vosmet ípsi, sció, proinde utí nunc*
*ego ésse autumó, quando dícta audiétis*
*mea, haud áliter id dicétis.*
*auscúltate, argúmenta dúm dico ad háne rem:*
*simúl gnarurés vos volo ésse hanc rem mécum.*
*aedés quom extempló sunt parátae, expolítae, factaé probe, examússim,*
*laudánt fabrum, atque aedís probant sibi quísque: inde exemplum éxpetunt*
*sibi quísque simile suís suo sumptu: óperam non parcúnt suam.*
*átque ubi illo ímmigrat néquam homo indíligens*
*cúm pigra fámilia, immúndus, instrénuus,*
*hic iam aédibus vitium ádditur, bonaé quom curantúr male.*
*átque illud saépe fit, quóm tempestás venit,*
*cónfringit tégulas, ímbricesque: ibi . . .*
*dóminus indíligens réddere aliás nevolt.*
*vénit imbér, lavit párietes, pérpluunt*
*tígna, putréfacit – der operám fabri.*
*néquior fáctus iam – úsus est aédium.*
*átque ea haud ést fabri cúlpa, sed mágna pars*
*mórem hunc induxérunt, si quid númmo sarcirí potest,*
*úsque dum mantánt, neque id . . . . . faciunt, dónicum*
*párietes ruunt: aédificantur aédes totae dénuo,*
*haec árgumenta ego aédificiis díxi: nunc etiám volo*

*docére, ut homines aédium esse símilis arbitrémini.*
*primúm dum paréntes fabrí liberúm sunt,*
*et fúndamentúm substruúnt liberórum,*
*extóllunt, paránt sedulo ín firmitátem, et*
*ut in úsum boní sint, et in speciem pópulo,*
*sibíque aut matériae nepárcunt, nec súmptus*
*sibi súmptui esse dúcunt:*
*expóliunt, docént litterás, iura, léges:*
*sumptú suo et labóre*
*nitúntur, ut alii sibi esse illórum símilis éxpetant.*
*ad légionem quom ítur,*
*dóminiculum eis danunt tum iam dliquem cognatúm suum:*
*eátenus abeunt á fabris. unum émeritum est stipéndium:*
*igitúr tum specimen cérnitur, quo evéniat aedificátio.*
*nám ego ad illúd frugi usque ét probus fui,*
*ín fabrorúm potestáte dum fui.*
*pósteaquam ímmigravi ín ingeniúm meum,*
*pérdidi operám fabrorum íllico: - óppido*
*vénit ignávia: ea míhi tempestás fuit:*
*éa mi adventú suó grándinem, imbrem áttulit:*
*haéc verecúndiam mi ét virtutis modum*
*déturbát, éxuit,*
*detéxitque a med íllico: postílla obtigere néglegens*
*fuí: continuo pro ímbre amor - advénit . . in cór meum.*
*is úsque in pectus pérmanavit, pérmadefecit cór meum.*

*núnc simul rés, fides, fáma, virtús, decus*
*déseruerunt: égo sum in usu fáctus nimio*
*néquior.*
*atque édepol iam haec tigna húmide putént*
*nunc: non videór mihi*
*sarcíre posse aedís meas, quin tótae perpetuaé*
*ruant,*
*quin fúndamento périerint, nec quísquam esse*
*auxilió queat.*
*cór dolet, quóm scio, ut núnc sum ego, at-*
*que út fui:*
*quó neque indústrior dé iuventúte erat*
*árte gymnástica, dísco - hastís, pila,*
*cúrsu, - armís, equo: víctitabám volup.*
*párcimonia ét duritia dísciplinae aliís eram:*
*óptumi quique éxpetebant á me doctrinám sibi.*
*núnc, postquam nihilí sum, id vero meópte*
*ingenio répperi.*

V. 2. *institivi* Reizio debetur. V. 4. vulgo *eam rem volutavi.* MS. Lips. *volitavi.* V. 11. vulgo *esse ita.* V. 12. etiam cod. Lips. *vera.* V. 20. seq. ita plane cod. Lips. nisi quod, ut caeteri codd. *operam pascunt suam.* V. 25. addidi *quom.* In fine sequentis versus *igitur*, vel *ille tum* excidisse videtur. V. 30. vulgo *factus iam est usus.* Quae scriptura non pugnabo ne servetur. Ita versus erit ex duobus Creticis et ordine trochaico compositus, ut v. 50. 51. Neque affirmaverim, non posse talem esse etiam v. 25. etsi id isto loco minus placet. V. 31. addidi *ea.* V. 33. etiam cod. Lips. *usque dum maneant.* Lacunam sic expleri licebit, *neque id dum ut faciant faciunt.* V. 36. scripsi *docere* pro *dicere.* V. 40. libri veteres, *et ut in usum boni, et in speciem populo sint.* V. 42. Dubitari potest, an continuato Bacchiaco numero scripserit, *nec sumptus sibi sumptus ducunt*, vel, *nec sumptus sumptus esse ducunt.* V.

46. *itur* dedit cod. Lips. V. 48. vulgo *unum ubi.* V. 55. vulgo *imbremque.* V. 57. libri, *deturbavit, texit, detexitque a me illico,* et post *obtigere* addunt *eam.* V. 59. excidisse videtur *ad me.* V. 61. vulgo *decusque.* V. 63. *ita* in *iam* mutavi et addidi *nunc.* V. 65. vulgo *quin cum fundamento.* Comparari potest Cistell. II. 2, 1.

*anum sectatus sum clamore per vias.*

et in Epid. II. 1, 6. *uxorem pudore exsequi,* quem locum infra dabimus segm. 16. V. 66. addidi *ego.* V. 68. 69. hiatus similis in simili loco comparari poterit, Bacch. III. 3, 24.

*ibi cursu, luctándo, – hasta, dísco, pugilatú, pila.*

Haud negaverim tamen, et ibi facile removeri hiatum posse, et hic aliquam dubitationem relinqui, an rectius, adhibito ordine illo trochaico, versus ita distinguantur,

*árte gymnástica,*
*dísco, hastis, pila,*
*cúrsu, armis, equo.*
*víctitabám volup,*

sive placeat priores duos in unum coniungi.

10. Interdum versus Bacchiaci videntur systematum perpetuitate cohaerere. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* apud Nonium p. 336.

*quemnám te esse dícam, ferá qui manú corporís fervidós fontium áperis lacús sanguinís, teque víta levás ferreo énse?*

Quamquam apud Plautum, cuius vix ulla fabula sine Bacchiacis est, vereor ne perpauca versuum ita perpetuatorum exempla inveniantur. Et si qua, videndum ne longioribus versibus constent, etsi hi ipsi systematum instar sunt. Vt in fine Pseudoli, qui locus ita scribendus:

*PS. quid nunc? numquid iratus es aut mihi, aut fi-*
*lió propter hás res, Simó? SI. nil profécto.*
*PS. i hác. BA. te sequór. quin vocás spectatóres*
*simúl? - PS. hercle me isti haud solént; neque ego ergo istos.*
*verúm sultis ápplaudere átque approbáre hunc gregem ét fabulam, in crastinúm vos vocábo.*

Quorum versuum singula paria octametrum praebebunt. Plerisque vero in locis, in quibus tetrametri in media voce finiri videntur, ea res corruptelae alicui debetur. Vt in eadem fabula V. 1, 5.

*nam hercle sí cecideró, vostrum erít flagitiúm. per-*
*gitín pergere? áh saeviéndum mihi hódie est.*

Scribe:

*nam sí cecideró, vostrum erít flagitium hércle.*
*pergín pergere? áh serviéndum mihi hódie est.*

Vino madens Pseudolus, ut antea utrumque pedem, ita nunc illum unum, quem tum frustra promovere conabatur, alloquitur. Maxime memorabilis ex illo genere locus est in Menaechm. IV. 2. ubi octo versus cohaerent:

*Vt hóc utimúr maxumé more móro*
*moléstoque múltum: atque utí quique sínt optumí maxumí, morem habént hunc, cliéntis*
*sibi ómnes volúnt esse múltos: boníne an*
*malí sint, id haúd quaeritánt: res magís quaeritúr, quam cliéntum fidés quoiusmodí cluéat: si ést pauper átque haud malús, nequam habétur:*
*sin dives málust, is cliéns frugi habétur.*

Vix tamen erit, opinor, qui a Plauto verba tam misere divulsa esse credat. Nihil vero proficiat, ut videtur, si inde a medio secundo versu usque ad finem sexti Creticum numerum adhibeat, qui hic, ut alibi, ita se commodum praebet, ut difficile sit, utro usum poëtam dicas, invenire. Nisi fallor, sunt isti quidem Bacchiaci versus, sed aliter paullo et scribendi et distinguendi:

*Vt hóc utimúr maxumé more móro*
*móléstoque múltum: atque*
*ut quíque optumí maxumí, morem habént hunc,*
*cliéntis sibi ómnes volúnt esse múltos:*
*boníne an malí sint, id haúd quaeritánt: res*
*magís quaeritúr, quam fidés quoia clúeat.*
*si is ést pauper átque haud malús, nequam habétur:*
*sin díves malúst, is cliéns frugi habétur.*
*quí nec legés, neque aequúm bonum usquám colunt;*
*sollícitos patrónos habént;*
*datúm denegánt, quod datum ést,*
*lítium plení, rapaces,*
*virí fraudulénti:*
*qui aut fénore aut periúriis*
*habént rem parátam: mens ést in querélis.*
*iuris ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur:*
*aut ád populum, aut ín iure, aut ád iudicem ést res.*

V. 9. vulgo *qui neque leges*. Disposui hos versus ita, ut nihil mutari opus esset. Ita hic Creticus, v. 12. trochaicus, 14. iambicus erit. Et, nisi aliud quid emendatiores libri olim praebebunt, certe non improbabilem hanc rationem esse credam. V. 15. vulgatum *partam* in *paratam* mutavi auctoritate MS. Lips. et edd. vett. Post v. 16. quae in libris leguntur, *quippe qui pro illis lo-*

*quantur* (MS. Lips. *loquitur*) *quae male fecerint*, manifesto interpretis verba sunt.

11. Epodici videntur Bacchiaci esse in Pseud. I. 3, 15.

a *PS. hódie nate, heus, hódie nate: tibi ego dico, heus, hódie nate*
*redi ét respice ád nos: tamétsi occupátu's, morámur: mane: ést, colloquí qui volúnt te: B. quid hóc est? quis ést, qui morám mi occupáto*
*moléstam obtulít? C. qui tibí sospitális fuít. B. mortuúst, qui fuít: qui est, is vívost.*
a *PS. nímis superbe. B. nímis molestu's. C. réprehende hominem: asséquere. B. i puere. PS. accédamus hác obviám. B. Iuppitér te perdát, quisquis és. PS. te volo. B. át vos volo ámbos.*
*vorte hác te, puér. PS. non licét colloquí te? B. at míhi non lubét. C. sin tuam ést quippiam ín rem?*
*B. licétne, obsecró, bitere, án non licét? PS. vah,*
c *mánta. B. omitte. C. Bállio, audi. B. súrdus sum: C. profécto . . .*
*B. inánis logísta es.*
*C. dedí, dum fuít. B. non petó, quod dedísti.*
*C. dabó, quando erít. B. ducitó, quando habébis.*
*C. heí hei quam ego malis pérdidi modis,*
*quód tibi détuli et quód dedi. B. mórtuo vérba nunc facis:*

*stúltus es: rem áctam agis. PS. nósce saltem húnc, quis est.*
*B. iám diu scio,*
*qui fuit: núnc quis hic ést, is ipsús sciat.*
*ámbula tu, i, i.*
*PS. potin út semel modo, Bállio, - huc cúm lucro respícias?*

Hic in versu tertio praeclaram lectionem, *est, colloqui qui volunt te*, suppeditavit codex Lipsiensis. V. 4. addidi *mi*, et v. 6. *is*. V. 9. ita cod. Lips. Vulgo, *at vos ego ambos*. V. 13. vulgo Ballioni continuantur verba *profecto inani logistae*, vel, ut in codd. quibusdam et edd. est, *profecto inaniloquus es*. At facile apparet, aliquid hic interloquutum esse Calidorum: sed locus mutilus est. Dixerat ille, nisi fallor, *profecto resta*. V. 23. addidi *hic*, et v. 24. *i, i*.

12. Cum anapaesticis versibus coniuncti sunt Bacchiaci, nisi fallor, in Aululária II. 1. quem locum, quia valde turbatus est, emendatius scriptum afferam.

*EV. Velím te arbitrári med haéc verba, frá-ter,*
*medi fidéi tudique réi hoc*
*caussá facere, ut aéquomst germánam soró-rem:*
*quamquam háud falsa súm, nos odiósas habéri:*
*nam múltum loquáces merito ómnes habémur,*
*nec mútam profécto repértam ullam esse hódie*
*dicúnt ullo in saéclo.*
*verum hóc, frater, únum tamén cogitáto,*
*tibí proximám me, mihíque esse itém te,*
*ut aéquomst, quod ín rem esse utríque arbitrémur,*

*et míhi te, et tibí me consúlere et monére,*
*neque óccultum id haberí tibi, neque pér metum*
*mussári,*
*quin párticipem páriter ego te, ét tu me út*
*fácias.*
*eó nunc secréto forás te hùc sedúxi,*
*ut tuám rem ego técum hic loquerér familiárem.*
*M. hem dá mihi, optuma fémina, manum. EV.*
*úbi ea est? quis ea est nam óptuma?*
*M. tu. EV. tú me ais? M. si negás, nego. EV.*
*decet équidem vera próloqui.*
*nam núlla potis est éligi: alia ália peior,*
*fráter, est.*
*M. idem ego árbitror, nec mé tibi advorsárier*
*certum ést de istac re umquám, soror.*
*quid vís? EV. da mihi óperam,*
*amábo. M. tuást: utere, átque imperá sis.*
*EV. id quod in rém tuam óptumum esse*
*árbitror,*
*téd id admónitum adventó. M. soror, tuó*
*facis*
*móre. EV. factúm volo.*
*M. quid ést id, sorór? EV. quod tibí sempitérnum*
*salútare sít liberís procreándis:*
*ita dí faxint:*
*vólo te uxorém domum dúcere. M. hei óccidi.*
*EV. quíd ita?*
*M. quia míhi misero cerebrum éxcutiunt*
*tua dícta, soror: lapidés loqueris.*

V. 2. ita Reizius, sed omisso *hoc*, quod omittunt MSS. Lips. et Pal. quintus. Ed Carp. et aliae quaedam veteres, *meae fidei tuaeque rei quicquid hoc est.* Vulgo, *meae fidei tuaeque rei hoc.* V. 7. libri *mulierem*

addunt post *dicunt*. V. 9. vulgo *item esse te*. V. 12. addidi *tibi*. V. 14. vulgo, *te huc foras*. V. 16. addidi *hem*. V. 17. vulgo, *decet te equidem*, sed *te* omittunt duo ex Palatinis et Lips. V. 18. libri, *nam optuma nulla*. V. 19. vulgo, *nec tibi adversari*. MS. Lips. *nec tibi adversarier*. V. 22. etiam MS. Lips. *impera sis*. V. 24. vulgo, *te id admonitum*. MS. Lips. *te monitum*. Deinde vulgo, *more tuo facis facta volo*. V. 27. idem codex omittit *salutare*. Horum versuum 16. 17. 18. tetrametri iambici sunt, quos tamen etiam in dimetros dividi licet, qualis est 20. quem praecedit trimeter. V. 23. 24. 29. Cretici sunt; 28. 31. 32. anapaestici. Epiphonema his additum v. 30. nisi quid aliud latet.

13. Catalecticorum cum acatalectis iunctorum memorabile exemplum exstat in Menaechmis V. 6. ubi, si libris fides est, etiam trimeter catalecticus invenitur, cuius exempla quaedam etiam in iis sunt, quae supra ex eadem fabula IV. 2. attuli.

*Spectámen bonó servo id ést, qui rem herílem*
*procúrat, vidét, collocát, cogitát,*
*ut ábsente heró suo rem herí diligénter*
*tutétur, quam si ípse assit, aút rectiús.*
*tergúm, quam gulám; crura, quám ventrem,*
*opórtet*
*potióra esse, quoi cor modéste sitúmst.*
*recórdetur íd, qui nihilí sunt, quid hís*
*pretí detur áb suis herís,*
*ignávis improbís viris,*
*verbéra, cómpedés,*
*molaé, mágna lássitúdó, famés,*
*frígus durum: haec prétia sunt ignáviae. id*
*ego mále malum*

*

*métuo: proptereá bonum esse cértum est potius, quám malum.*
*nám magis multo pátior facilius vérba: verbera ódi ego,*
*nímioque edo lubéntius molitúm, quam molitum praéhibeo.*
*proptérea heri imperium éxsequor: bene ét sedate sérvo id.*
*atque íd mihi prodest, álii sint ita, ésse ut in rem dúcunt.*
*sin égo ero, ut me esse opórtet, id mi adhíbeam, culpa abstíneam,*
*heró meo ut omnibus ín locis sim praésto, metuam haud múltum.*
*prope ést, quando herús, quod faciám, pretium exsólvet.*

V. 3. addidi *suo*. V. 7. *his* pro *iis* dedit cod. Lips. V. 15. *praehibeo* tribrachus est. V. 14. *faeilus*, nisi *facile* scripsit, tribus syllabis pronunciandum. Libri *ego odi*. V. 17. seqq. sic mutavi librorum lectionem, *aliis esse ita, ut in rem esse ducunt, sint: ego ita ero, ut me esse oportet: metum ut mihi adhibeam*. MS. Lips. et ed. Carp. *dicunt: sin ego ero*, omisso *ita*. Deinde MS. Lips. *metum id mihi*. Edd. vett. *mecum id mihi*. Iidem libri *culpa*. *Metum*, quae est interpretatio pronominis, delevi. V. 19. post vocem *praesto* in libris omnibus inserti sunt versus ex Most. IV. 1, 1—4. de quo loco statim dicam. Apertum est autem, propter similitudinem sententiae adscriptos in textum venisse. V. 20. satis clare, quod dedi, indicat scriptum fuisse lectio librorum veterum, *quando ceruso faciam*.

14. Sed ne quis inducatur loco, qui est in Most. IV. 1. ut catalecticos istos etiam anapaesto terminari cre-

dat, operae pretium videtur, scenam illam, quae corruptissima est, emendatius scriptam exhibere.

*Sérvi, qui quom cúlpa caruint, túm tamen metuúnt malum,*
*hí solent herís utibiles ésse: nam illi, quí nihil*
*métuunt, postquam súnt malum promêriti, stultá sibi éxpetunt*
*consília, exercént sese ad cúrsuram, fúgiunt:*
*sed hí si reprénsi sunt, fáciunt a mála*
*pecúli quod néqueunt . . . . . .*
*augént ex pauxíllo, thesaúrum inde páriunt,*
*mihi ín pectore . . consilí . . . . . :*
*malám rem priús, quam ut meúm tergum . . .*
*. . . ut adhúc fuit, mihí corium opórtet*
*sincérum esse, atque út mihi vetém verberáre.*
*si ego huíc imperábo, probé tectum habébo,*
*malúm quom impluát caeterós, ne impluát me.*
*nam út sérvi volúnt esse herum, íta solet . . .*
*boní sunt bonís, improbí, qui malús fuit.*
*nam núnc pessumí tot domí nostrae vívunt,*
*pecúli suí prodigí, plagigéruli:*
*ubi, advórsum ut eant, vocitántur hero:*
*nón eo: moléstus ne sis: scío, quid properas: géstis aliquo:*
*iam hércle nunc íre vis, múla, pastúm foras.*
*béne merens hóc preti inde ábstuli. abíi foras.*

*sólus ego núnc eo advórsum hero ex plú-*
*rimis.*
*hóc die crástini quóm herus rescíverit,*
*máne male concástigabit eós exuviis búbulis.*
*póstremo minóris pendo térgum illorum, quám*
*meum.*
*ílli erunt bucaédae multo pótius, quam ego*
*sim réstio.*

Hic quoque paucis, quid mutaverim, indicabo. Et, quod paullo ante dicebam, primos huius scenae versus in Menaechmis V. 6, 22. ab interprete aliquo adscriptos esse, id ad emendationem eorum aliquid, sed non multum prodest, quoniam, qui eos illic adscripsit, aut, dum id memoriter faciebat, non ubique ipsa Plauti verba posuit, aut, quum sententiam tantum spectaret, formam orationis minus curavit. Sic autem ibi legitur: *servi, qui culpa carent, et metuunt, ii solent esse heris utibiles: nam illi qui nihil metuunt, postquam malum promeritum est, metuunt.* V. C. *qui cum culparent et metuo*, et ex correctione, *qui culpa carent metuunt.* MS. Lips. et ed. Carp. omittunt *ii.* Idem codex, *post malum promeritumst.* Male ed. Carp. *priusquam malum promeritum est.* In Mostellaria ipsa cod. Lips. *servi, qui quom culpa carent, tamen malum metuunt.* Ed. Carp. *servi qui cum culpa carent: tum malum metuunt.* Codd. Pall. *carint*: unde *caruint* et *tum tamen* dedi. V. 2. omnes *esse heris utibiles*, et v. 3. *postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt.* Hic vero *promeriti* dedi, indicium faciente illo additamento in Menaechmis. Id qui scripsit, videri potest, quae Plautus inde a verbis *stulta sibi expetunt consilia* dixerat, breviter uno verbo *metuunt* complecti voluisse. Non diffiteor tamen elegantem ex ista scriptura lectionem concinnari posse, quae non mirum foret si in tanta depravatione Mostellariae interiisset:

*nam illi qui nihil*
*métuunt, post, quum málum promeritumst, mé-*
*tuunt, stulta sibi éxpetunt*
*consília.*

V. 5. *reprensi* pro *reprehensi* dedit et Carp. Omnes, *faciunt a malo peculio.* Metrum monstrabat, *a mala* scribendum esse. Hoc enim vult, primo malam feriri, deinde graviores paullatim poenas succedere. V. 6. 8. 10. omisi mala correctorum supplementa. In codd. lacunae sunt. V. 6. supplementum aliarum edd. *facere de suo*, omittit ed. Carp. Rectius sic expleas, *bono promereri.* V. 7. MSS. Pall. *pauxillo . . . . . de parant.* Hic, quod suppleverunt, *thesaurum inde parant*, ex obscurata vetusti codicis scriptura erutum videtur, quum cod. Lipsiensis, sed parum apte, *aurum magnum inde parant* praebeat. Ed. Carp. sic: *augent est pausillum mihi in pectore consilii: sed illud est. malam rem potius cavebo quam ut meum corium exsincerastum cernam.* Alii aliter. Aptius ita coniectes: *mihi in pectore id consili est, devitare malam rem prius, quam ut meum tergum plagis laedatur.* V. 10. Libri, *mihi corium esse oportet sincerum.* Sed ed. Carp. *ut adhuc mihi fuit corium: esse oportet sincerum.* V. 11. addidi *mihi*, et v. 12. *ego.* Cod. Lips. *habeo* pro *habebo.* V. 12. *me* dedi pro *mihi*, quum libri veteres *caeteros* tueantur. V. 14. ita expleri poterit, *ita solet is esse.* Elegantius esset, si legeretur, *heros, ita solent hi.* V. 15. Codd. Pall. *bonis sunt improbis sunt malus fuit.* Cod. Lips. *boni improbi sunt malus fuit.* Ed. Carp. *bonis cum probi sint. malis sint mali.* V. 16. omnes, *nam nunc domi nostrae tot pessumi vivunt.* V. 18. vulgo *vocantur.* Vti mutavi, versus est anapaesticus. V. 19. Codd. *quod properas.* Vulgo *quo properas.* V. 20. addidi *nunc.* Libri, *foras pastum.* V. 21. Omnes *pretium.* MSS. Pall. *unde abstultabi fo-*

*ras.* MS. Lips. ed. Carp. *unde auscultavi foras.* Vulgo, *inde abstuli. ita abii foras.* V. 22. addidi *ego* ex cod. Lips. qui tamen, *solus nunc ego eo.* Vulgo *ex plurimis servis.* V. 24. libri, *mane castigabit eos bubulis exuviis.*

15. Dimetri catalectici, qui simillimus est dochmio, exempla dedi supra in versibus Creticis p. 221. et in fine cap. XXII. Nisi fallor, idem versus semel iterumve usurpatus est in perturbatissima Captivorum scena III. 2. cuius metra Valens Acidalius numquam a quoquam restitutum iri existimabat. Ea scena hoc modo scribenda videtur.

*Quid ést suavíus*
*quam béne rem gerere públicо bonó, sicut ego féci heri,*
*quom emi hósce homines. ubi quísque vident,*
*eúnt obviám, gratulánturque eám rem.*
*ita núnc me miserúm restitándo, retinéndo lassúm reddidérunt.*
*vix éx gratulándo misér iam eminébam.*
*tandem ábii ad praetorem: íbi vix requievi: rogo*
*mihí syngraphúm*
*datúr mi: illicó*
*do Týndaro: ille abiít domum: - inde íllico praevórtor*
*domúm, postquam id áctum est:*
*eo prótinus ad fratrém, mei ubi sunt Álii captívi:*
*rogó Philocratem ex Álide ecquis hóminum noverít: iam hic*
*exclámat, esse eum síbi sodalem: díco eum esse apúd me.*

*hic éxtemplo orat óbsecratque, eum sibi vidére*
*ut líceat.*
*iussi illico hunc exsólvier: - inde ábii. nunc*
*tu séquere*
*mé, ut quód me oravisti impetres, eum hómi-*
*nem uti convénias.*

V. 2. libri, *bono publico.* V. 5. addidi *nunc*, et v. 9. *mihi.* V. 11. Vulgo *dedi*, alii *do*, quos sequutus sum, quum cod. Lips. habeat *de.* V. 12. Acidalius, quo nescio an nemo praestantiorem operam in Plauto collocarit, verba *inde illico praevortor domum*, pariterque, quae v. 13. post *fratrem* legebantur, *inde abii*, expungenda esse censuit, sequutique eum sunt alii. Verissima sane sunt, quae ille disputat: sed si reputasset, interpunctione mutata, optime omnia procedere, minus confidenter de hac re pronunciasset. Sensus verborum hic est: postquam actum est illud apud praetorem, statim praevertor domum, i. e. non revertor, sed praetereo domum, ac protinus ad fratrem me confero. Illa vero, *inde abii*, quae recte Acidalius aliena esse vidit, primum omissa in textu et in margine posita, deinde alieno loco ab librario aliquo inserta sunt. Ea igitur et metro et re ipsa indicium faciente v. 17. reposui. V. 14. vulgo, *ecquis omnium noverit. tandem hic exclamat. Tandem*, quod non aptum hic est, omittit cod. Lips. in quo est *hic Aristophontes exclamat.* V. 15. invenuste vulgo, *eum esse sibi.* Ibidem vulgo, *dico esse eum*, sed cod. Lips. et ed. Carp. *dico eum esse.* V. 16. vulgo, *eum sibi ut liceat videre.* V. 17. libri *exsolvi.* V. 18. vulgo *ut.*

16. Addam denique unam adhuc scenam, in qua Bacchiaci cum Creticis coniuncti facile fraudem facere possunt. Ea est in Epidico II. 1.

*A. plérique omnes hómines. quos, quom níl ref-*
*fert, pudet, úbi pudendum est,*

*ibi eos deserít pudor, quom usúst, ut pudeat.*
*ís adeo tu es.*
*quid ést quod pudéndum*
*siét, genere nátam bonó pauperém te*
*domúm ducere úxorem? praésertim eám,*
*qua ex*
*tibí commemorés hanc, domí quae est, prognátam.*
*P. révereor fílium. A. at pól ego te crédidi,*
*quám tu uxorem éxtulistí, pudore éxsequi:*
*quóius quotiés sepulcrúm vides, sácruficas*
*íllico Orco hóstiis, néque adeo iniúria,*
*quia lícitum eam tibi ést vivendo víncere. P. oh*
*Hércules égo fui, dum ílla mecúm fuit,*
*neque sexta aerumna acérbior pol Hérculi,*
*quam ílla obiectást mihi.*
*A. pulcra édepol dos pecúnia est. P. quae quídem pol non marita est.*

V. 1. addidi *omnes*. Ed. Carp. omittit *quos*, et habet *pudent*. V. 4. addidi *te*. V. 6. vulgo, *quae domi est filiam prognatam*. Codd. et edd. vett. *familiam* pro *filiam*. V. 8. vulgo, *uxorem, quam tu*. V. 11. libri, *quia licitum est eam tibi*. Reizius *illam*. V. 13. addidi *pol*. V. 14. vulgo, *quum illa mihi est obiecta*. Codd. et edd. vett. *obiecta est* vel *obiectast*. V. 15. libri *maritata est*, quod recte viri docti emendarunt.

# CAP. XXIV.

## *De numero dactylico.*

1. Trochaicos numeros sequuntur dactylici. Horum quoque, ut trochaicorum, quinque sunt genera, ii, qui proprie dactylici vocantur, anapaestici, choriambici, Ionici a maiore, Ionici a minore:

| | | |
|---|---|---|
| | ⏑ – ⏑ – | dactylicus |
| ⏑ | ⏑ – ⏑ – | anapaesticus |
| | – ⏑ – – | choriambicus |
| | – – ⏑ – | Ionicus a maiore |
| ⏑ | – – | Ionicus a minore. |

2. Rhythmici veteres genus numeri trochaicum, quod in eo unum tempus ad duo comparetur, *διπλάσιον;* dactylicum autem, in quo duo tempora duobus opponantur, *ἴσον* vocarunt. Verum ea ratio non in omnes dactylicos numeros cadit. Nam duo horum sunt genera. Eorum alterum iure ab illis *ἴσον* dictum est, quod in eo quae longa est syllaba, accurate aequat duas breves; alterum autem non recte isto nomine vocaveris, quia longam habet irrationalem, quae una quidem brevi longior, sed brevior duabus est. Memorabiles sunt in eam rem duo loci Dionysii Halicarnassensis in libro de comp. verb. Is cap. XVII. p. 224. quum exemplum dactylici numeri posuisset versum heroicum, ita scribit: *οἱ μέντοι ῥυθμικοὶ τούτου τοῦ ποδὸς τὴν μακρὰν βραχυτέραν εἶναί φασι τῆς τελείας. οὐκ ἔχοντες δὲ εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον, ἕτερον δὲ ἀντίστροφόν τινα τούτῳ ῥυθμόν, ὃς ἀπὸ τῶν βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον ταύτην* (sic scri-

bèndum) τελευτᾷ, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαίστων, κύκλιον καλοῦσι, παράδειγμα αὐτοῦ φέροντες τοιόνδε·

κέχυται πόλις ὑψίπυλος κατὰ γᾶν.

Et cap. XX. p. 282. de illo Homeri versu disputans,

αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής·

οἱ δὲ ἄλλοι πάντες εἰσὶ δάκτυλοι, καὶ οὗτοί γε παραδεδιωγμένας ἔχοντες τὰς ἀλόγους, ὥστε μὴ πολὺ διαφέρειν τῶν τροχαίων.

3. Verissimam esse hanc observationem, legitimi anapaesti ostendunt: in quibus quoniam longae syllabae iustam mensuram habent, non modo firmiore illi et magis aequali gradu per dipodias incedunt, sed longas istas etiam in breves solvi patiuntur: quod in iis, qui proprie dactylici versus vocantur, ob id ipsum non recte fit, quia quae in his longae sunt, non sunt duabus brevibus pares. Itaque Aristides Quintilianus p. 51. plane reiicit proceleusmaticum: τὸ δὴ δακτυλικὸν ἐπιδέχεται δάκτυλον καὶ σπονδεῖον, ὡς ἰσόχρονον· προκελευσματικὸν δὲ οὐδαμῶς· ἀπρεπὴς γὰρ, διὰ τὸ τῶν βραχειῶν πλῆθος. Ita haec scribenda videntur.

## CAP. XXV.

### *De versibus dactylicis.*

1. Placuit grammaticis, veterem quemdam usum, ut opinor, sequentibus, in iis versibus, qui proprie dicuntur dactylici, quod genus omnium antiquissimum est, unum pedem metrum appellare, quum in aliis generibus, et in ipso dactylico in iis, qui anapaesti vocantur, duorum pedum coniugationem metrum nominent. Vnde dactylici dimetri, tetrametri, hexametri a pedum, non a dipodiarum numero nomen habent.

2. Mensurae varietates in hoc genere non aliae usitatae sunt, quam dactylus et spondeus. Nec tamen omnibus in formis spondei probantur. In primis autem hoc tenendum est, acatalectos in fine adspernari spondeum. Quoniam enim triplex est dactylicorum clausula, prima, quum dactylo finiuntur, qui sunt acatalecti; secunda, quum trochaeo, qui vocantur catalectici in disyllabum; tertia, quum simplici arsi, qui catalectici in syllabam dicuntur: apertum est, spondeo in fine posito acatalectos a catalecticis in disyllabum, quod horum ultima anceps est, distingui non posse: quo factum est, ut acatalectos puro dactylo, sive etiam propter ancipitem Cretico terminari placuerit. In systematis tamen etiam acatalecti in spondeum exire possunt, quia ibi non dubius est numerus. Ad proceleusmaticum quod attinet, perrarus hic pes est. Defenderunt eum Seidlerus in epistola ad Lobeckium, Aiaci huius adiecta, p. 437. et in libro de verss. dochm. p. 44. seqq. et Erfurdtius in minori ed. Sophoclis ad Antig. 792. Oed. R. 1189. Pleraque tamen, quae ab his allata sunt exempla, aut non sunt ex versibus proprie dactylicis petita, (nam spectabant illi universe genus dactylicum) aut ne sunt quidem omnino dactylica. Ac de choriambicis, de Ionicis a minori, de Glyconeis non est quod dubitemus. In ipsis autem dactylicis valde rara est arseos solutio, et fere tantum in nomine proprio invenitur. Ita Pindarus eam admisit, de quo vide Boeckhium p. 126. ut Isthm. IV. 75. (III. 63.)

*ἔρνεϊ Τελεσιάδα.*

Ita excusari poterit etiam Euripides in Troad. 821. 841. in versu anacrusin habente,

*ἐν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων.*
*Δαρδάνια μέλαθρά ποτ' ἦλθες·*

etsi huic quidem exemplo non multum tribuerim. Nam et brevis syllaba, quam antistropha in fine praecedentis versus habet, dubitationi obnoxia est, et mirum videtur,

quod, quum eo in versu geminata sit prima vox, non fiat idem in strophico versu. Quare etsi nemini auctor sim, ut mutet librorum scripturam, tamen dubitari posse puto, an poëta, quum posset, etiam geminatione illa exaequare antistrophica voluerit, quo facto primus versus ex dipodia iambica et dochmio constabit.

μάταν, μάταν ἄρ' ὦ χρυσέαις
ἐν οἰνοχόαις ἄβρα βαίνων.
ἔρως, ἔρως, ὃς παρὰ Λαρδάνια
μέλαθρά ποτ' ἦλθες . . .

Simile est aliud exemplum, quod ex Andromachae v. 483. 491. deprompserunt:

φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.
παῖδά τε δύσφρονος ἔριδος ὕπερ.

Ibi profecto permirum foret, si poëta noluisset *δύσφρονος ἐξ ἔριδος* scribere. At tantum abest, ut id reponendum sit, ut, qui velit reponere, etiam vitiatum ire numeros videatur. Nam hunc versum non dactylicum esse, sed ex dactylo et dochmio constare, eo minus dubium puto, quod ante in eadem stropha itidem dactyli in dochmium exeunt. Vitium in strophicis versibus est, neque id unum. Repone:

πνοιαὶ δ' ὅταν φέρωσι ναυτίλους θοαί,
κατὰ πηδαλίων διδύμα πραπίδων γνώμα,
σοφῶν τε πλῆθος ἀθρόον, ἀσθενέστερον
φαυλοτέρας φρενὸς αὐτόφρονος
ἑνός, ἃ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα,
κατά τε πόλιας,
ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν.

Α numeri pluralis est. Minus etiam, quam proceleusmatico, anapaesto videtur locus concedi posse. Neque enim verendum puto, ne talia quis exempla allatum eat, quale hoc est in Phoenissis v. 1591. ed. Pors.

ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν φονίαν.

Nam hic versus non potest dubium esse, quin anapaesticus sit, quod genus saepe dactylicis inseritur.

3. Ex iis, quae supra dicta sunt, coniicias duo esse genera versuum dactylicorum, unum, in quo arsis aequet thesin, alterum, quod irrationalem longam in arsi habeat. Si ita est, apparet, illud genus, in quo pares sunt arsis et thesis, gravem habere et aequabilem incessum, alterum autem leviore et citatiore cursu ferri. Qui vero dactylici versus huius, qui alterius generis sint, vix distinguas, quum legibus utantur iisdem, et ne in illo quidem genere, quod iustae mensurae arsin habet, solutio, nisi in nomine proprio, reperiatur. Sensui si quid in hac re tribuendum est, ad illud genus, in quo irrationalis arsis est, praeter heroicos versus, de quibus ex Dionysio constat, etiam pentametrum elegiacum, propter consociationem eius cum versu heroico, tum plerosque omnes, qui systematis comprehendi solent, dimetros, tetrametros, hexametros retulerim. Alterius autem generis, in quo arsis plena mensura est, illos esse putem, qui epitritis, gravi numero, iuncti, Doria harmonia canebantur, quorum frequens usus est apud Pindarum, rarior in tragoedia.

4. Sed utut haec res sit, tamen alio modo duo constitui debent versuum dactylicorum genera. Alii enim hoc proprium habent, quod tantum per dipodias vel alios ordines vere dactylicos, i. e. nullam anacrusin habentes, incedunt; alii autem dividuntur in ordines impares ac dissimiles, ita ut hi ordines etiam anacrusin vel unius vel duorum temporum recipiant.

5. Dicatur primo de iis, qui ex ordinibus vere dactylicis constant. Ii apud tragicos potissimum, et comicos, et lyricos Aeolenses inveniuntur. Incedunt illi fere dipodiis, descripti plerumque in dimetros, tetrametros,

hexametros. Rarius trimetrum et pentametrum videas. Boeckhius quo argumento quattuor plerumque dactylos uno ordine coniungi statuat, non video. Movit eum fortasse hoc, quod viderat saepius in quarti, quam in secundi pedis fine vocabulum terminari. At non modo in aliis quoque versibus caesura non in cuiusque, sed in secundae demum dipodiae fine est, sed etiam insolens parumque aptum foret, ordines permisceri quaternorum et duorum pedum. Tragici et comici, quin, ut videtur, etiam lyrici Aeolenses hos versus in systemata coniunxerunt, numero perpetuato, ut in fine eorum syllabam ancipitem detrectarent. Ea systemata nunc dactylicam aliquam catalexin habent, nunc aliis versibus intermiscentur, repudiata in fine syllaba ancipiti, nunc iis clausulae loco versus alius generis, ut anapaesticus vel dochmiacus, additur; denique inveniuntur etiam systemata dactylica, quibus mediis alii versus, ut anapaestici vel dochmiaci, inseruntur, eodem modo evitata syllaba ancipiti. Antistrophica quum sunt, plerumque diligentissime curatur, ut dactylus dactylo, spondeus spondeo respondeat. Sed ut hoc in plerisque locis observatur, ita alios ab ea lege liberos esse voluerunt. Strenue servatam pedum responsionem videmus in Euripidis Phoen. 796. seqq. ed. Pors. neglectam in nominibus propriis apud Aeschylum in Persis 884. seqq. Sophoclem in Oed. R. 151. seqq. quibuscumque in verbis apud Aeschylum in Agam. 104. seqq. Sed ubi accurata est pedum responsio, diligenter cavendum, ne eam laedi patiamur. Ita in Phoenissis v. 811. 829. ed. Pors.

*ἦ δεινά τις Ἔρις θεός, ἃ τάδε.*
*οὐδ' οἳ μὴ νόμιμοί τοι παῖδες.*

Vbi *τοι* ex uno codice addidit Porsonus. Pro eo codex Grotii *ποτὲ* habet: quod Seidlerus de verss. dochm. p. 345. post *παῖδες* collocans, non persanavit versum. Scribendum puto:

οὐδ' οἱ μὴ νόμιμόν ποτε παῖδες ὂ
μητρὶ λόχευμα, μιάσματα πατρός.

i. e. οὐδὲ οἱ μιάσματα πατρὸς ὄντες παῖδες, ὃ μὴ νόμιμόν ποτε μητρὶ λόχευμα. *Νομιμὸν* iam Porsonus receperat: τε post *λόχευμα* omittit Aldina.

6. Regnat in his systematis fere tetrameter. Et eo etiam lyrici usi sunt. Hephaestio: Ἀλκμὰν δὲ καὶ ὅλας στροφὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ κατεμέτρησε·

Μῶσ', ἄγε, Καλλιόπα, θύγατερ Διός,
ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων, ἔπι δ' ἵμερον
ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.

Quo in loco mirum est probari a quibusdam potuisse monstruosum Arnaldi commentum, *ἐπὶ δ' ἵμερον ὕμνον* legentis, quod dictum sit pro *ἐφίμερον ὕμνον*. Apud tragicos dubitari interdum potest, quomodo distingui versus istorum systematum debeant. Nam quum numerus una dipodiarum perpetuitate videri possit procedere, ut fit in trochaicis atque iambicis systematis, tamen, quoniam in antistrophis saepe videmus iisdem in locis, ac mediis etiam in dipodiis verbum finiri, omninoque maiorem quamdam curam exaequandis antistrophicis adhibitam esse, apparet, non temere versus omnes tetrametros et dimetros faciendos esse, sed, prouti verba, orationisque termini indicant, diversae et formae et longitudinis versus debere constitui. Neque enim aut vocabula hoc in genere versuum inter duos versus dividi, aut orationis membra in numerorum dispositione negligi videntur. Quumque his systematis etiam anapaesti admisceri soleant, non est verendum, ne dactylicum numerum male perdamus, si, verbis ita exigentibus, etiam anapaestos introducamus. Ita in Phoenissis v. 796. si antistropha concineret, quis dubitaret, recte versus ita distinctos esse,

ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί ποθ' αἵματι
καὶ θανάτῳ κατέχει, Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς;

At quum ibi dissecari vocabulum necesse sit, non dubium esse puto, ita distingui versus debere, ut utrobique integra maneant vocabula:

ὦ ξαθέων πετάλων
πολυθηρότατον νάπος Ἀρτέμιδος
Χιονότροφον ὄμμα Κιθαιρών.

In eodem carmine hi versus leguntur:

ἱππειαίσι θοάζεις,
Ἀργείους ἐπιπνεύσας
σπαρτῶν γέννᾳ.

et in antistropha:

Καδμείοις ἐπιπέμπει·
δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα
θάλλει παίδων.

Qui rectius quidem distincti sunt, quam si in duos tetrametros divisi essent. At quum illo in carmine nulli sint trimetri, aliquot autem hexametri, multo convenientius videtur, priores duos in unum hexametrum coniungi. In strophicis quum Porsonus, quoniam, qui hos sequitur versus a vocali incipit, hiatus vitandi caussa γέννᾳ σπαρτῶν contra omnes libros posuit, non attendit, eo loco finiri unum illorum systematum, ex quibus hae strophae constant. Ita fit etiam v. 800. ubi hiatus eum non offendit.

7. Hexameter, qui saepe in his systematis invenitur, nunc videtur heroicus esse, nunc simpliciter dactylicus, qui per tres dipodias dimetiendus sit. Arguit id caesurarum, quae propriae sunt heroici metri, neglectio, ut in Phoenissis v. 802. 820.

αἵματι Θήβας, κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.
πένθεα γαίας, Σφιγγός, ἀμουσοτάτοισι σὺν ᾠδαῖς.

nisi hi ex dimetro et tetrametro constant. Dubites tamen an plerisque in locis etiam qui heroicus videtur, tribus potius dipodiis incedat. Ita in Euripidis Suppl. 271.

βᾶθι, τάλαιν', ἱερῶν δαπέδων ἀπὸ Περσεφονείας,
βᾶθι, καὶ ἀντίασον γονάτων, ἔπι χεῖρα βαλοῦσα,
τέκνων τεθνεώτων κομίσαι δέμας, ὦ μελέα γώ,
οὓς ὑπὸ τείχεσι Καδμείοισιν ἀπώλεσα κούρους.

Horum ultimus tantum, si heroicus esset, minime elegans foret, non ille reprehendendus, si dactylicus est ex tribus dipodiis. Vt coniicias iisdem dipodiis incedere etiam antistrophicum, etsi hic plane heroicos numeros habet,

γούνασιν ὧδε πιτνῶ, τέκνοις τάφον ἐξανύσασθαι.

Contra, qui primo respondet, hunc quoque, quamvis simillimum heroico, suspectum reddit:

μηδ' ἀτάφους, τέκνον, ἐν χθονὶ Κάδμου, χάρματα θηρῶν.

Vnde non temere forsitan colligemus, omnes istos non esse heroicos, sed simpliciter dactylicos ex dipodiis. Plura hexametrorum apud tragicos exempla indicavi in commentario ad Aristotelem de arte poëtica p. 134.

8. Rarus est hexameter aperte acatalectus, ideoque in dactylum exiens. Sophocles in Electra 134. 150.

ἀλλ', ὦ παντοίας φιλότητος ἀμειβόμεναι χάριν.
ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν.

Euripides in Suppl. 277. 278.

πρὸς σὲ γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι,
ἅντομαι, ἀμφιπιτνοῦσα τὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα δειλαία.

Certe, quum reliqui isto in loco hexametri sint, uno excepto, nihil impedire videtur, quin hos quoque hexametros potius esse, quam in dimetrum, duo tetrametros, et iterum dimetrum distingui velimus. Ita visum etiam Gaisfordio ad Hephaest. p. 272.

9. Dimetri catalectici, qui Adonius vocatur, exempla quum alibi saepius inveniuntur, tum inter alios dacty-

licos apud Aeschylum in Agam. 166.

*τοῖσδ' ὁμόφωνον.*

In hoc versu primus pes non solet cum spondeo commutari.

10. Trimetrum et pentametrum, qui quidem in dactylum exeant, et propterea aperte acatalecti habendi sint, non memini invenire, sed spondeo terminatos saepius reperias, interdum etiam trochaeo, unde catalecticos esse intelligitur. In trimetro saepe primus pes spondeus est, quo versus similis fit Pherecrateo, ut apud Aeschylum in Agam. 108. 119.

*ἀλκᾷ σύμφυτος αἰών.*
*παμπρέπτοις ἐν ἕδραισι.*

Sophocles continuos posuit in Trach. 112.

*πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος*
*ἢ Νότου ἢ Βορέα τις*
*εὐρεῖ κύματα πόντῳ.*

Et sic etiam Aeschylus in Agam. 729. ubi in antistropha v. 739.

*μηλοφόνοισιν ἄγαισιν,*

non *μηλοφόνοις ἄταισιν* scribendum videtur.

11. Pentametrum habet Aeschylus in Agam. 123. 143. 167.

*αἴλινον, αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.*

Aliud exemplum statim dabimus ex Aristophane. Hephaestio hunc versum Simmieum vocat, exemplo usus Simmiae,

*χαῖρε, ἄναξ, ἔταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας.*

Plotius p. 2656. quo auctore dicat, in huius versus ultima sede quemvis pedem disyllabum admitti, nescire me fateor. Vereor autem ne observatio ista, si e Graecis hausta, neque, quod suspicari licet, e Latinorum exemplis petita est, (nullum enim ille se Graecum exemplum,

praeter illud ipsum, quod apud Hephaestionem est, reperisse testatur) originem debeat locis, in quibus basis, quae in initio sequentis versus esse debebat, male addita erat praecedenti tetrametro dactylico. Plura de hoc versu vide apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 272. seq. qui quum exempla afferret ex Aeschyli Eumen. 369. seqq. addere poterat ex eodem carmine v. 348. ubi itidem duo continui sunt. Sed in illis, quos attulit, huius carminis versibus, tertium non pentametrum, quem sequatur trochaicus, sed tetrametrum esse puto, quem trochaicus excipiat a spondeo incipiens, qui spondeus mihi trochaeus semantus videtur:

*ἡμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν,*
*ὀρχησμοῖς τ᾽ ἐπιφθόνοις ποδός.*
*καὶ δνοφερὰν τιν᾽ ἀχλὺν κατὰ δώματος*
*αὐδᾶται πολύστονος φάτις.*

Neque enim temere factum existimari debet, ut quarto, non quinto pede vocabulum terminaretur. Confirmatque eam rem Sophoclis exemplum in Antigona v. 339. in quo, ut ibidem refert Gaisfordius, Hotchkisius pentametrum restitui volebat. Nam ibi quoque tetrametros eadem ratio, quam dixi, tuetur:

*ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται,*
*ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος,*
*ἱππείῳ γένει πολεύων.*
*θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ᾽*
*ἵππον ὑπάξεται ἀμφίλοφον ζυγόν,*
*οὔρειόν τ᾽ ἀδμῆτα ταῦρον.*

Et ita disposuit Erfurdtius.

12. Sed ut aliquod tamen integri systematis exemplum afferamus, hac utemur stropha in Nubibus 275.

*ἀέναοι Νεφέλαι*
*ἀρθῶμεν φανεραὶ*
*δροσερὰν φύσιν εὐάγητον*

πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος
ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ
δενδροκόμους, ἵνα
τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα,
καρπούς τ' ἀρδομέναν ἱερὰν χθόνα,
καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα,
καὶ πόντον κελάδοντα βαρύβρομον,
ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται
μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς.
ἀλλ' ἀποσεισάμεναι νέφος ὄμβριον
ἀθανάτας ἰδέας ἐπιδώμεθα
τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.

Antistropha plerisque in versibus, non in omnibus eosdem pedes habet.

13. Omnium tamen horum versuum nobilissimus est tetrameter acatalectus, quo nunc continuo usi sunt poëtae, ut in exemplis, quae commemoravimus, nunc etiam, ut unum aliquem ponerent. Et hic ultimam habet ancipitem. Sophocles in Philoct. 826.

ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, ὕπνε δ' ἀλγέων.

Adde Trachin. 504. Vtroque modo iis usi sunt etiam Latini. Attius in Antigona apud Nonium in v. *expergite*:

*heú vigiles, properáte, expergite,*
*péctora tarda sopóre, exsurgite.*

Et Terentius in Andr. IV. 1, 1.

*hóccine credibile aút memorabile;*

ubi Cretici sequuntur.

14. Tetrametro catalectico in disyllabum primus usus esse Archilochus dicitur in epodis,

φαινόμενον κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι.

Deinde, ut ait Hephaestio, Anacreon integra carmina hoc metro condidit,

ἁδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

Aristophanes in Pace duos huiusmodi versus duobus acatalectis praemisit v. 114.

ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἆρ' ἔτυμός γε
δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει,
ὡς σὺ μετ' ὀρνίθων, προλιπὼν ἐμέ,
ἐς κόρακας βαδιεῖ μεταμώνιος;

15. Ex catalecticis in syllabam apud Hephaestionem hi commemorantur, trimeter Archilochi,

ἐν δὲ Βατουσιάδης.

Vide Aeschylum in Suppl. 550. seq. Idem ibidem v. 851. seq.

ἁλμήεντα πόρον,
δεσποσίῳ ξὺν ὕβρει.

Dubitari hic potest, an prior horum a vitio vacuus sit. Antistrophicus enim dactylum in prima sede habet:

ἀλφεσίβοιον ὕδωρ.

Deinde tetrameter apud Alcmanem:

ταῦτα μὲν ὡς ἂν ὁ δῆμος ἅπας.

Aeschylus in Suppl. 552. 561. spondeum in nomine proprio opposuit dactylo:

πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα
Παμφύλων τε διορνυμένα.

16. Gaisfordius ad Hephaest. p. 274. recte his addere videtur tetrametrum hypercatalectum, sive eum malis pentametrum catalecticum in syllabam vocare, ex Sophoclis Aiace 224. 248.

τῶν μεγάλων Δαναῶν ὑποκληζομέναν.
ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον.

Servius hunc versum Alcmanium nominat.

17. Versus dactylicos etiam ultra hexametrum productos esse, Gaisfordius ad Hephaestionem p. 274. seq. ex Servio adnotavit, qui hexametrum hypercatalectum, Alcmanium; heptametrum catalecticum, Stesichorium;

heptametrum acatalecticum, Ibycium; heptametrum hypercatalectum, Ibycium, commemorat; et ex Mario Victorino, cuius haec verba p. 2519. adscripsit: *inter haec, ne ignorasse videar, non praetermiserim, quod ferunt apud auctores exempla reperiri, quibus ostendant, hexàmetrum dactylicum usque ad octametrum disyllabo terminatum processisse, ultra quam proceritatem nihil in eodem scrutandum est.* Idem Gaisfordius heptametri catalectici exempla ex Aeschyli Pers. 866. 870. 873. 877. attulit, Burneium sequutus. In qua re cur a viro praestantissimo dissentiam, infra cap. XXIX. indicabo. Rectius huc referri posse putaverim metrum, quod in eadem fabula v. 854. 860. est, Cretico et trochaeo post octo dactylos terminatum:

*ὦ πόποι, ἦ μεγάλας ἀγαθᾶς τε πο-*
*λισσονόμου βιοτᾶς ἐπεκύρσαμεν,*
*εὖθ' ὁ γηραιός.*
*πρῶτα μὲν εὐδοκίμου στρατιᾶς ἀπε-*
*φαινόμεθ', ἦδὲ νομίσματα πύργινα*
*πάντ' ἐπεύθυνον.*

Sed haec iam magis ad systematum magnitudinem accedunt. Huiusmodi longiores versus in mente habuisse Aristidem Quintilianum puto, quum p. 52. scriberet: *τοῦ δὲ γενικοῦ δακτυλικοῦ πεποιήκασιν οἱ μὲν* (ita L. Santenius pro *μετά*) *ταῦτα εἴδη· δίμετρον, τρίμετρον, τετράμετρον, πεντάμετρον. παραβαίνουσι δέ τινες αὐτό, καὶ κατὰ συζυγίαν ποιοῦντες τετράμετρα καταληκτικά.* Nam quae hic *τετράμετρα κατὰ συζυγίαν* vocat, videntur ex quater binis pedibus composita intelligi debere.

# CAP. XXVI.

## *De versu heroico.*

1. Versuum omnium et antiquissimus et nobilissimus est hexameter heroicus, cuius originem plerique ad Phemonoën retulerunt, de qua re videndi Pausanias X. 5, 4. Proclus in Chrestomathia apud Photium p. 340. sive ex Gaisfordii editione p. 576. Eustathius ad Iliad. p. 4, 1. Nec sane immerito divinum quid habere visa est huius versus inventio. Quis est enim, qui, si accuratius eius naturam consideraverit, non admiretur eximiam illam Graecorum sollertiam, qui in ipsis artis primordiis statim illud metrum repererint, in quo omnia, quae gratam varietatem, venustatem, dignitatem carminibus adderent, coniuncta cernerentur? Qua in re explicanda quum mihi non satisfecerint ea, quae Frider. Thierschius in dissertatione de poëmatis Hesiodi, commentariis Academiae Monacensis inserta, p. 38. attulit, paucis, quid ego sentiam, volo exponere. Animadvertebant autem, ut opinor, illi, qui primi communem sermonem ad poësin attollere conabantur, numero opus esse, qui dum humilitatem familiaris orationis desereret, retineret tamen eius aequabilitatem, quo pariter et omnibus rebus exponendis aptus esset, et diu sine taedio continuaretur. Ita fieri non potuit, quin dactylicum numerum caeteris praeferrent, qui, quoniam simillimus tribracho est, dum huius alacritatem haberet, fortius tamen incederet, simul autem apte spondeorum tarditate posset temperari. Sentiebant autem, si hunc numerum ab anacrusi inciperent, vehementiorem eum futurum esse, ac minus aequabilem, quam deceret: unde ab arsi eum inchoandum intellexerunt, quod grave simul et sedatum oxordium est. Praeterea curandum erat, ut, dum aequabiliter procede-

ret versus, tamen etiam varietatem idoneam haberet. Itaque ordines non modo nec longi nimis, nec breves, sed etiam cum similitudine dissimiles esse debebant. Vtrumque consequuti sunt, quum versum ex his ordinibus composuerunt,

quorum quum uterque eam habeat magnitudinem, quae neque brevitate sua orationem concisam reddat, nec nimia longitudine molestiam in pronunciando creet, ambo ad aequabilitatem numeri conservandam conspirant, sed ita, ut, quoniam dissimiles sunt, aptam simul varietatem ei addant. Nam quum similes sint eo, quod uterque triplici ordine periodico constant, dissimilitudinem affert et anacrusis, a qua orsus alter dum facile nectitur priori, fortior est, et catalexis, quae quoniam in secundo lenior, quam in primo est, temperat ea rursum vim ab anacrusi ortam, simulque facit, ut et placide conquiescat numerus, et sine asperitate ei alius eiusdem generis versus possit succedere. Sed haec compositio aliam praeterea, eamque admirabilem praestabat commoditatem. Nam etsi haec, quam dixi, ordinum divisio legitima est, et naturam continet versus heroici, tamen talis ea est, ut, quum multis modis mutari possit, incredibilis ordinum varietas in versum heroicum inferatur, eoque ille in infinitum repetitus numquam, si quis ista varietate recte uti sciat, taedio auditorem afficiat. Sed de hac re omni deinceps explicabimus, Romanorum promiscue et Graecorum exemplis utentes.

2. Atque apud Romanos primus, qui hoc versu uteretur, fuit Q. Ennius: quod non, ut Hier. Columna, ex Lucretio Siliove colligam, sed ipsi Ennio credo, versus Saturnios ridenti:

*quos olim Fauni vatesque canebant,*
*quom neque Musarum scopulos quisquam superarat,*
*nec dicti studiosus erat,*

et quidem *ante hunc*: tum illa,

*nos ausi reserare,*

certius rem confirmant. Longos autem ille vocabat versus heroicos, ut refert Cicero in fine lib. II. de legibus. Itaque recte Scaliger ad Festum v. *topper*, neminem apud Romanos ante Naevium, et ne hunc ipsum quidem hexametro usum dicit. Nam Cypria Ilias, ex qua Charisius p. 118. et Priscianus p. 881. duos versus heroicos afferunt, non Naevii fuit, sed Laevii, quod vidit Vossius de Analog. III. 35. Scriverius autem in Baudii Amoribus p. 416. nescio cuius Ninnii putat esse. Haec latuerant Heynium in Exc. I. ad Virg. Aen. II. Non magis, quae anno urbis IↃXL. reperta sunt Marcii vatis carmina, quum Ennius annos natus esset XXVII. hexametro versu scripta fuere, quo numero eos conceperunt Alciatus et Scaliger. Vide Scalig. ad Varr. p. 82. Column. ad Enn. p. 122. Desprez. ad Horat. Epp. II. 1, 26. Nam Marcium quoque e Cicerone de div. I. 50. Saturniis versibus cecinisse colligas, multoque facilius in istis carminibus, quemadmodum ab Livio XXV. 12. et Macrobio I. 17. referuntur, Saturnium, quam heroicum numerum inveneris.

3. Apud Graecos versus heroicus mutationes quasdam expertus est, sive prosodiam spectes, sive ipsos numeros. De utraque re diligentius disputavi in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum. Hic mihi hoc tantum commemorandum est, inde ab Homero usque ad quintum a Christo saeculum poëtas epicos hac forma usos esse, quae et spondeos promiscue cum dactylis commutatos, et caesuram potissimum habet masculam illam,

quae *πενθημιμερὴς* a grammaticis vocatur, quae est in tertii pedis arsi. Sed eo, quo dixi, saeculo eo iam processerat poëtarum inscitia, ut, quae praeterea ad elegantiam versus heroici conferrent, plane ignorasse videantur. Tum exstitit vir fervidioris ingenii, et in primis ad poësin factus, Nonnus Panopolitanus, qui edito ingenti volumine Dionysiacorum omnes, qui tum vivebant, poëtas ita praestinxit, ut quasi novus Homerus haberetur. Is dactylum rarius spondeo cedere passus, caesuram regnare voluit eam, quae a grammaticis *κατὰ τρίτον τροχαῖον* vocatur: quo volubilitatem, quam consectabatur, huic versui conciliavit admirabilem:

*εἰπὲ, θεὰ, Κρονίδαο διάκτορον αἴθοπος αὐγῆς.*

Hunc igitur, ut priores Homerum, ita, qui post eum fuerunt, omnes exemplum sibi sumpserunt, ut vel ex numeris aetatem eorum coniicere possimus, veluti Musaeus, Tryphiodorus, Coluthus, Christodorus, Ioannes Gazaeus, Paullus Silentiarius, Leontius, Macedonius.

4. Sed dicatur iam de caesuris versus heroici. Earum grammatici quattuor commemorant, *πενθημιμερῆ, κατὰ τρίτον τροχαῖον, ἑφθημιμερῆ, τετραποδίαν βουκολικήν.* Vide praeter scholiastas Hephaestionis Gellium XVIII. 15. Diomedem p. 496. Terentianum p. 2419. seq. Marium Victorinum p. 2508. Bedam p. 2368. Hae a nobis suo quaeque loco commemorabuntur. Nam quum praeter has multae sint aliae, sunt autem omnes numero XVI. quoniam de quinque dactylis quisque tres, ultimus pes autem unam admittit, earum omnes, quae vel ad elegantiam aliquid conferant, vel corrumpant numeros, attingere convenit. Nemo autem non videt, saepe unum versum plures habere caesuras posse, quin debere etiam, si una earum vel initio vel fini ita propinqua est, ut reliqua versus pars non possit facile uno ordine contineri.

5. Prima caesura est in prima arsi. Ea praeclare usus est Homerus Iliad. α. 51. Odyss. μ. 439.

αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχιπευκὲς ἐφιεὶς
βάλλ', – αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.
ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
ὄψ' · – ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη.

6. Tertia in fine primae theseos. Iliad. τ. 319.

ἄκμηνον πόσιος καὶ ἐδητύος, ἔνδον ἐόντων,
σῇ πόθῃ. – οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι.

et ω. 500.

τὸν σὺ πρώην κτείνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης
Ἕκτορα · – τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας Ἀχαιῶν.

Virgilius Georg. IV. 195.

*ut cymbae instabiles fluctu iactante saburram*
*tollunt: – his sese per inania nubila librant.*

7. Quarta est in secunda arsi. Theocritus XXV. saepius, ut 260.

τῷ μὲν ὑπὲκ χειρῶν ἔφυγεν τανύφλοιος ἐρινεὸς
καμπτόμενος, – τηλοῦ δὲ μιῇ πήδησεν ὑφ' ὁρμῇ.

Virgilius Georg. II. 296.

*tam fortes late ramos et brachia tendens*
*huc illuc, – media ipsa ingentem sustinet umbram.*

8. Sexta in fine secundae theseos. Virgilius Georg. III. 99.

*ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis*
*incassum furit: – ergo animos aevumque notabis.*

9. Septima, quam πενθημιμερῆ vocant, in tertia arsi est:

*fortunam Priami - cantabo et nobile bellum.*

Hanc supra ostendimus propriam esse versus heroici caesuram, eaque inde ab Homero apud epicos pariter ac caeteros, qui hexametro usi sunt, legitima habita est. Idque in mente habuisse puto Varronem apud Gellium XVIII. 15. quum dixit, omnimodo in quinto semipede verbum terminari: quare iniuria reprehensus ille est a Mureto in Var. lectt. XI. 6. et a Bentleio in dissertatione de metris Terentii. Quod sicubi negligitur haec caesura, substitui ei necesse est aliam earum, quae versum apte in duas partes dirimant. Hae sunt autem plerumque octava, rarius decima, perraro duodecima. Nam etiam ubi potior caesura non fit in tertio pede, tamen curari solet, ne ille sine omni incisione sit, quia sic asperior fit numerus, et exuere videtur naturam versus heroici. Octava igitur caesura omnium aptissima est, quae propriae locum teneat,

*ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, - πολύτροπον, ὃς μάλα [πολλά.*

Decima talis est, ut apud Catullum in Epithal. Pelei. v. 139.

*Eumenides, quibus anguineo - redimita capillo.*

Ea hoc in versu, et simile quid in aliis huius generis versibus animadverti licet, hanc ob caussam minus offensionis habet, quod potior caesura est in secunda arsi, unde versus in tres ordines dividitur,

*Eumenides, - quibus anguineo - redimita capillo.*

Duodecima minus grata est, et tantummodo, ne versus plane pravus sit, efficit, ut apud Lucretium III. 544. 611. 630. IV. 759.

*an contractis in se partibus - obbrutescat.*
*dissolvi: quod si immortalis - nostra foret mens.*
*sic animas introduxerunt - sensibus auctas.*
*per simulacra leonum caetera, - quae videt aeque.*

Quorum versuum secundus reliquis melior est, propter eamdem rationem, quam indicavimus, quia ex tribus ordinibus constans, aliam potiorem caesuram habet.

10. Octava caesura, quam κατὰ τρίτον τροχαῖον grammatici vocant, ut supra dictum est, ab Nonno, et qui hunc sequuti sunt, ut legitima usurpatur. Haec talis est,

*Orphei Colliopea, - Lino formosus Apollo.*

Propter lenitatem haec mollibus argumentis accommodatissima est. Ita fere ubique eam usurpatam videas in Moschi epitaphio Bionis. Eadem interdum tranquillam quamdam gravitatem habet, ut in Odyss. λ. 538.

ψυχὴ δε ποδώκεος Αἰακίδαο
φοίτα μακρὰ βιβῶσα κατ᾽ ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

Apte usurpata est etiam in hoc versu, Iliad. δ. 455.

τῶν δέ τε τήλοσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.

Saepissime autem volubilitatem auget. Homerus Od. λ, 598.

αὖτις· ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.

Vide Lucretium III. 116. VI. 336. Catullum in Epithal. Pel. 115.

11. Nona, quae est in fine tertii pedis, quoniam in duas aequales partes versum dirimit, praesertim si spondeus est tertius pes, minime suavis est. Vsus est ea tamen non sine vi quadam Virgilius, artifex in his rebus laboriosissimus, Georg. I. 357.

*incipiunt agitata tumescere, et aridus altis*

*montibus audiri fragor: - aut resonantia longe.* Vide ibi Vossium.

12. Decima quoque, quae in quarta arsi est, idem poëta apte utitur Georg. I. 201.

*non aliter, quam qui adverso - flumine lembum*
*remigiis subigit.*

13. Vndecima, quae *κατὰ τέταρτον τροχαῖον* a grammaticis vocatur, rarissima est, et studiose vitatur: ut Terentianus exemplorum penuria ipse versum finxerit,

*quae pax longa remiserat arma, novare parabant.*

Vide etiam Marium Vict. p. 2508. Nam non modo ipsa mollis est, sed etiam debilem reddit postremum ordinem, qui a levi anactusi incipiens, statim in prima dactyli repetitione trochaeo exstinguatur. Id adeo offensioni fuit veteribus, ut, etiam si versus alias haberet incisiones, tamen diligenter caverint, ne in medio quarto dactylo terminaretur vocabulum. Itaque apud bonos poëtas perrari sunt versus, qualis hic est Iliad. *ι*. 394.

*Πηλεὺς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.*

Sed quo quisque deterior est ac negligentior, id quod in multos recentiorum cadit, eo maiorem in hac re incuriam deprehendas, ut pluribus ostendi in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum p. 694. seqq. Illud vix opus est monere, si ultimum quarti pedis tempus in voce monosyllaba sit, eaque non ad sequentia, sed ad praecedentia pertineat, abesse illam offensionem. Itaque frequentissimi sunt tales versus, ut,

*ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἴσατο χαλκός.*
*ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντο τε κύδαινόν τε.*
*λαὲξ ποδὶ κινήσας, ὤτρυνέ τε νείκεσέ τ' ἄντην.*
*πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε, δόχμιά τ' ἦλθον.*

Neque offensionem habet terminatum eo loco vocabulum, si praecedit vox monosyllaba ad sequentia pertinens, ut,

*ὣς ἔφατ᾽· ἔδδεισεν δ᾽ ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.*

Quod si hoc non fit, plerumque operam dederunt poëtae, ut certe in quinta arsi vox finiretur, ut Iliad. ζ, 2.

*πολλὰ δ᾽ ἄρ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθ᾽ ἴθυσε μάχη πεδίοιο.*

Multo enim deterior est numerus, si finitur in media quinta thesi, ut ψ. 760.

*ἄγχι μάλ᾽, ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο.*

Sed plura de hac re vide in dissertatione, quam dixi p. 692. seqq. Saepius caesura ista apud Latinos invenitur, ut apud Lucretium II. 454. V. 302. 1070. VI. 176. 223. 934. apud Virgilium Ecl. III. 42. Aen. I. 417. III. 112. 158. IV. 58. 59. 71. X. 10. XI. 825. Apud Ovidium autem et Calpurnium frequentissima haec incisio est. Nam Horatium, apud quem ipsum quoque plurima exempla inveniri licet, commemorare nolo: de quo infra dicam.

14. Duodecima nobilis incisio est, quam Graeci, quod ea apud bucolicos poëtas legitima habetur, *τετραποδίαν βουκολικὴν* vocarunt:

*ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἃ πίτυς, - αἴπολε, τήνα.*

Mirum est, Virgilium in Eclogis deseruisse exemplum Theocriti. Haec caesura etiam apud epicos poëtas saepissime invenitur, fecitque, ut quartus pes singulari licentia frueretur: de qua re saepius mentio facta est in primo libro. Magnam interdum vim haec incisio ad augendam rei, quae describitur, magnitudinem habet, ut apud Homerum Iliad. δ. 424.

*πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, - αὐτὰρ ἔπειτα*
*χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, - ἀμφὶ δέ τ᾽ ἄκρας.*

Dionysius Periegetes v. 131.

*Αἰγαίου πόντοιο πλατὺν πόρον· ἔνθα τε κῦμα.*

Lucretius III. 920. VI. 155. 1260.

*insatiabiliter deflebimus; – aeternumque.*
*denique saepe geli multus fragor, – atque ruina.*
*omnia complebant loca tectaque, – quo mage eos tum.*

Virgilius Georg. I. 356.

*continuo ventis surgentibus, – aut freta ponti.*

et Aen. IX. 721.

*bellatorque animos deus incidit.*

15. Tertia decima non inepte usus est Ennius in his versibus:

*nam me visus homo pulcer per amoena salicta*
*et ripas raptare, locosque novos: – ita sola*
*postilla, germana soror, errare videbar,*
*tardaque vestigare, et quaerere te, – neque posse*
*corde capessere: semita nulla pedem stabilibat.*

In quorum versuum ultimo etiam sexta caesura, etsi parum illa elegans, tamen ad declarandam perturbationem animi valde accommodata est.

16. Memorabilis est quinta decima incisio, quae est in fine pedis quinti, improbata Graecis grammaticis. Scholiastes Homeri in cod. Harl. ad illud Od. β. 77.

*τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ ποτιπτυσσοίμεθα μύθῳ,*
*χρήματ' ἀπαιτίζοντες,*

de verbo ποτιπτυσσοίμεθα disserens, ita scribit: *καὶ ἔδει μὲν ἡμᾶς ὑποστίζειν εἰς αὐτό, τὸ δὲ μύθῳ τοῖς ἑξῆς ἀποδιδόναι· ἀλλ' οὐδέποτε ὁ εἰκοστὸς χρόνος τοῦ ἡρωϊκοῦ στιγμὴν ἐπιδέχεται.* Egregia est observatio Bentleii ad Luca-

num I. 231. merito repetita a Gaisfordio ad Hephaest. p. 270. Latinos poëtas, quum hac caesura utuntur, fere in sexto pede duas ponere voces monosyllabas, ut Virgilium in Ecl. VII. 35.

*nunc te marmoreum pro tempore fecimus: - at tu.*

Exemplis, quae ille attulit, adde Virg. Georg. I. 370.

*at Boreae de parte trucis quum fulminat, - et quum.*

Sed quod idem contendit, aliquot exemplis permotus, eamdem rationem esse, quum disyllaba vox, sed repetita, sextum pedem tenet, ut apud Virgil. Ecl. VI. 39.

*incipiant silvae quum primum surgere, - quumque.*

apud Lucanum VII. 350.

*ipsi tela regent per viscera Caesaris, ipsi.*

apud Virgilium Aen. V. 633.

*nullane iam Troiae dicentur moenia, - nusquam,*

ubi etsi non vox eadem, at sensus tamen idem iteratur: id argutius, quam verius dictum puto. Omninoque obscurior est ratio, qua explicare vir summus et hoc et duas istas monosyllabas voces conatur, more suo ad arcanam musices rationem provocans: quam si ipse satis explicatam habuisset, neque arcanam, opinor, appellavisset, et exponere, quam digitum ad eam intendere maluisset. Nimirum vir eximius acute sentire, quid recte, quid secus fieret, solebat, sed explicare nunc nolebat, nunc alia, quam debebat, via aggrediebatur. Mihi quidem ex illis duabus observationibus haec tantum vera videtur, quae est de duabus in sexto pede vocibus monosyllabis, alteram casui tribuendam puto. Nam etiam sine repetitione disyllaba vox eum locum tenet, ut in Aen. X. 195.

*ingentem remis Centaurum promovet: - ille.*

Sed quum sentirent poëtae, ubi ista caesura uterentur, nimis brevem esse ultimum ordinem, quam ut apte ad praecedentia comparari posset, ei incommodo sic plerumque mederi studuerunt, ut eum ex duabus vocibus componerent, quo id consequebantur, ut, dum singulae seorsim, et, ut in initio sententiae, gravius pronunciarentur, multo diutius vox iis immorari cogeretur, eaque re longior fieret ultima pars versus. Videtur enim illa iam magis ex duobus ordinibus, i. e. ex duabus arsibus constare,

*át Boreae de parte trucis quum fulminat, - étquúm,*

habetque eamdem rationem, ut, quam statim commemorabimus, postrema caesura. Caeterum exempla duarum in fine vocum monosyllabarum ex Horatio multa reperies in iis, quae Morgensternius in diss. de satirae atque epistolae Horatianae discrimine p. 36. seqq. collegit.

17. Haec enim, quae numero est sexta decima, in sexta arsi est, quo quidem loco non sane oratio finiri solet: esset enim hoc satis ineptum, ante syllabam finalem concludere orationem, ipsoque in fine versus novam incipere sententiam: sed vocabulum tamen saepe eo loco terminatur, succedente voce monosyllaba, eaque tali, quae non sine accentu pronuncianda sit. Quo fit, ut ea vox non possit in thesi delitescere, sed novo ictu notata per se aliquem ordinem faciat, thesi illa in arsin mutata. Sic Odyss. ϑ. 69.

*γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' οὐρανόθεν - νύξ.*

Dionysius Periegetes v. 759.

*ἐσχατιάς· πέρι δέ σφι δυσήνεμος ἐκτέταται - χθών.*

Virgilius Aen. I. 105.

*dát latus, ínsequitur cumuló praeruptus aquae - móns.*

et Georg. I. 247.

*illic ut perhibent, aut intempesta silet - nox.*

Et his quidem in locis gravis est et severa haec incisio: alibi autem ad res leves et pusillas transfertur, ut apud Horatium,

*parturiunt montes, nascetur ridiculus - mus;*

et apud Virgilium Georg. I. 181.

*tum variae illudant pestes: saepe exiguus - mus.*

ubi de ea caesura videndus est Vossius.

18. In huiusmodi rebus exili diligentia apud Romanos Virgilius, apud nostros Vossius elaborarunt. Homerus, et quiqui natura magis, quam disciplina poëtae fuerunt, non anxie talia quaesivere, sed, dum sensum suum atque animi impetum sequuntur, ultro oblata non repudiaverunt. Hinc illa est tam incredibilis et pene divina vis, quam habet versus heroicus, dum non modo pro mensurae diversitatibus celerius, vel tardius incedit, sed etiam pro mira illa varietate caesurarum modo volubilis, modo gravis; modo lenis, modo asper; modo sedatus, modo agitatus est. Atque haec ordinum varietas quodammodo in singulis versibus requiritur. Ii enim sunt pessimi versus, qui nimiam habent ordinum similitudinem, ut quum in duas aequales partes dividitur versus, sicut apud Ennium VII. Annal. in ed. Merulae p. 417.

*Poeni pervortentes - omnia circumcursant;*

vel quum singuli pedes vocabulo terminantur, ut apud eumdem p. 169. ed. Hessel.

*sparsis hastis longis campus splendet et horret;*

etsi interdum id non sine quadam virtute fit, ut in alio eiusdem poëtae versu, apud Merulam p. 354.

*disperge hostis, distrahe, diduc, divide, differ.*

Grammatici huiusmodi versum ὑπόῤῥυθμον vocant: v. schol. Hephaest. p. 91. (178. ed. Gaisf.) et Eustath. p.

740. init. (635, 32.) Vix est autem, quod magis displicere debeat, quam quum ad similitudinem ordinum etiam debilitas accedit. Recte enim observavit Vossius ad Virgil. Georg. III. 519. neminem veterum hos numeros probaturum fuisse,

*sole cadente iuvencus aratra reliquit in árvo.*

19. Sunt in hoc genere nonnulla, in quibus Latinorum severior, quam Graecorum usus est, non quod illi meliores versus, quam Graeci, fecerint, sed quod lingua eorum non tanta libertate gaudet. Etenim quum Graeci accentum, qui ipsorum est vocabulorum proprius, in versibus non multum curare soleant, nihil offenduntur, si ictus metrici alios in locos, quam accentus, incidunt. Romani autem, etsi ipsi quoque, et maxime in heroico versu, accentum vocabulorum negligere debuerunt, tamen interesse aliquid senserunt, quo in loco, et quali in vocabulo id fieret. Et quum illud potissimum naturae Latinae linguae repugnet, si in fine acuantur vocabula, operam dederunt, ut id in versu heroico eadem ratione, qua in versibus trochaicis atque iambicis, ibi tantum facerent, ubi evitari non posset, i. e. in secunda, tertia, quarta arsi. His enim in locis nisi id non concedatur, non licebit facere hexametrum. In quinta vero sextaque arsi maiorem viderunt cautionem adhibendam esse. Nam circa finem versus, ut saepe monuimus, cultiorem ac nitidiorem decet numerum esse, remissis iam viribus, et aure finito versu sonum quasi retinente aliquamdiu. Hinc, quod multi praecipiunt, versum heroicum non esse terminandum vocabulo tetrasyllabo, cuius duae priores syllabae breves sint, non propter istam vocem verum est, sed propter vocem praegressam. Quae si anapaestus est, asper est et insuavis versus, ut hic Lucretii II. 77.

*aúgescunt aliae gentes, - alide - minuúntur.*

Quare praemitti solet longior vox, ut apud Virgilium,

*Amphion Dircaeus in Actaeo-Aracýntho.*
*lámentis gemituque et fémineo-ululátu.*

Paullo durior est numerus, si ea vox, quum anapaesto finitur, etiam anacrusin habet, ut in Virgilii Aen. XII. 419.

*ámbrosiae succos et odóriferam-panacéam.*

Aliam rationem habet illud, quod non laudatur versus, in quo duo extremi pedes una voce contineantur. Id propterea fit, quia, quum minui vim numeri in extremo versu conveniat, augetur ea, longiore ordine sequente breviorem: etsi interdum tales versus, si sententiae accommodati sunt, suam virtutem habent, ut apud Lucretium III. 71.

*cónduplicant avidi, caedém caedi áccumulantes.*

20. Ad mensuram quod attinet, in qua caesurarum quoque aliqua vis est, pleraque libro primo in eo capite, quod est de prosodia, tetigi. Multa etiam ea de re dicta sunt in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum. Diligentissime hunc omnem locum pertractari a Spitznero, rectore scholae Vitebergensis, dum haec scribebam, comperi, allatis ad me primis foliis libri, qui sub prelo nunc est, de versu Graecorum heroico. Hic paucis commemorabo grammaticorum exiles argutias, de quibus multi sunt scholiastae Hephaestionis. Ac satis erit, Athenaei verba in libro XIV. apposuisse qui quum p. 620. C. sic scripsisset: *Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου*: ita scribit p. 632. C. *ὅτι δὲ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δῆλον καὶ ἐξ Ὁμήρου, ὃς διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν, ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαρούς, ἔτι δὲ*

μειούρους. Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων καὶ Θέογνις καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος, ὁ Κορίνθιος ἐλεγοποιός, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηθεὶς ἀκέφαλος ἔσται, μήτε λαγαρός, μήτε μείουρος. ἀκέφαλοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες,

ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο·

ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἴφι κταμένοιο·

λαγαροὶ δέ, οἱ ἐν μέσῳ, οἷον,

αἶψα δ' ἄρ' Αἰνείαν φίλον υἱὸν Ἀγχίσαο·

τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδες·

μείουροι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς, οἷον,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν·

καλὴ Κασσιέπεια, θεοῖς δέμας ἐοικυῖα·

τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἠΐα.

Pugnantia hic tradit de Phocylide; falsa de Theognide, si quidem ex hoc quoque versus ἀκέφαλοι proferuntur. Homerum quidem et Hesiodum cecinisse potius carmina sua, quam recitasse, vix erit, qui dubitet: sed istam modulationem valde simplicem fuisse credibile est, ut, ubi iusta mensura syllabarum neglecta est, id partim necessitati a metro impositae, partim pronunciationi ab accentu determinatae, quam poësis nondum omnem deseruerat, partim vero etiam caesuris tribuendum videatur. De quibus rebus dictum est libro primo. Caeterum omisit Athenaeus versus δολιχοούρους sive μακροσκελεῖς, cuius generis postremus eorum est, quos affert, et προκεφάλους, et προκοιλίους, de quibus scholiastae Hephaestionis p. 181. seqq. ubi vide, quae Gaisfordius ex Eustathio adiecit.

21. Pedes vero alienos, anapaestum et proceleusmaticum, sicubi admisisse veterrimi videbuntur, ut

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον,

νέα μίν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,

πλέονές κεν μνηστῆρες ἐν ὑμετεροῖσι δόμοισιν,
ἐκ δὲ στέατος ἔνεικε μέγαν τρόχον ἔνδον ἔοντος,

(vide Iliad. ι. 5. ψ. 195. Od. ι. 283. σ. 246. φ. 178. 185.) eos contractione facta tolli, apertum est. In Odyss. ο. 83. Wolfius nunc dedit,

αὕτως ἀππέμψει, δώσει δέ τι ἔν γε φέρεσθαι,

ubi olim ἀποπέμψει legebatur. Non minus constat, apud Latinos *tenuia*, *abiete*, *fluviorum rex Eridanus*, apud Virgil. Georg. I. 482. et quae sunt huiusmodi alia, non proceleusmaticos, sed dactylos esse. Attigit haec Macrobius V. 14. Ennius tamen et proceleusmaticum et anapaestum in primo pede, qui aptior tali licentiae est, sibi indulsit in his versibus p. 135. 159. ed. Hessel.

*capitibus nutantis pinus rectosque cupressos.*
*melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam.*

22. Trochaeus, qui interdum apud Homerum invenitur, si in quarto pede est, quam excusationem habeat, ostendimus libro primo p. 40. seq. In primo pede nomini proprio aliquid condonandum videtur in Homerico hymno Apollinis v. 373.

Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι.

Sed in illo, Od. κ. 493. μ. 267.

μάντιος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσιν,
μάντιος ἀλαοῦ, Θηβαίου Τειρεσίαο,

μάντηος scribendum esse puto. Μάντεϊ constans lectio est Iliad. ν. 69. Variat scriptura ω. 221. ubi Wolfius μάντιες praetulit. Videtur hoc nomen, ut πόλις, triplicem declinationem habuisse. Varro apud Nonium p. 272. scripserat, haud dubie de Aiace loquens,

*mox unum credit ferro se caedere Vlixem,*
*quum bacchans silvam caedit, porcosque trucidat.*

Male ibi *maximum* legitur. Lucilii verba fragm. 64.

apud interpretem Iuvenalis ad III. 175. fortasse hoc modo distribuenda sunt:

*principio exitus dignus,*
*exordiumque sequetur.*

Aliud trochaei exemplum in eiusdem poëtae fragm. 51. apud Nonium p. 4. corruptum est.

23. Quinta sedes legitimum pedem habet dactylum, quia sic exitus numeri suavior est. Rarior spondeus eo in loco est, sed interdum gravitate sua et tarditate ad sententiam aptissimus. Ita apud Virgilium Ecl. IV. 49.

*cara deum soboles, magnum Iovis incrementum.*

Romani in hoc genere versuum plerumque ultimam vocem ex quattuor syllabis constare voluerunt, quia sic in iis, quae eam vocem praecedunt, fere evitari potest ictus in ultimam incidens: ut apud Propertium II. 14, 49.

*sunt apud infernos tot millia formosarum.*

Vide Catullum, qui prae caeteris hoc exitu delectatus est, in Epithal. Pel. v. 3. 11. 15. 24. 28. 36. 67. 71. 78. 79. 80. 83. 91. 98. 108. 256. 258. 269. 274. 277. 302. 359. LXVI. 3. 61. LXVIII. 65. 87. 109. LXXVI. 15. C. 1. CXVI. 3. Propert. I. 13, 31. 19, 13. 20, 31. II. 2, 61. III. 5, 29. IV. 4, 71. Rarius longior quattuor syllabis vox in fine est, ut apud Catull. Epithal. Pel. 286.

*Tempe, quae silvae cingunt superimpendentes,*

nisi hoc dividi placet. Trisyllaba vocabula in fine, propter ictum, qui tum in ultimam praecedentis vocabuli syllabam incidit, minus probantur. Sic apud Catullum est LXVI. 57.

*ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat:*

apud Virgilium Aen. VII. 634.

*aut levis ocreas lento ducunt argento.*

Evitatur asperitas nunc insertis brevioribus vocibus, ut apud Catullum in Epithal. Pel. 44.

*regia, fulgenti splendent auro atque argento:*

et Aen. VIII. 679.

*cum populo, patribusque, penatibus, et magnis dis:*

nunc longiore praemittendo vocabulo, ut in Georg. III. 276.

*saxa per et scopulos et depressas convallis.*

ubi videndus Vossius. Adde Aen. VII. 654. Catullus in Epithal. Pel. 74. 253.

*egressus curvis e littoribus Piraei:*
*cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis.*

Vide ibid. v. 96. 298.

24. Recentiores et Graecorum et Romanorum poëtae defugerunt versum heroicum ex solis spondeis facere: quod genus Maximus Victorinus p. 199. durum esse ait, ut Albinus in libro, quem de metris scripsit, ita posuerit,

*vilem spondeo totum concludere versum.*

Antiquiores et Graecorum et Romanorum poëtae aliter sensere, qui non modo duos tantum vel unum dactylum in principio posuerunt, ut Virgilius Georg. III. 276.

*saxa per et scopulos et depressas convallis,*

Catullus LXVIII. 87.

*nam tum Helenae raptu primores Argivorum,*

sed interdum etiam solis utuntur spondeis, ut Homerus Iliad. λ. 150.

*Ἀτρεΐδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουνάζεσθην·*

ubi vid. schol. Ven. Ita etiam ψ. 221. Od. ο. 33. φ. 15. χ. 175. 192. Ion Chius in Brunckii Anal. T. I. p. 162. fragm. II. 5. Ennius: (vide Merulam p. 197. 346. 347.)

*olli respondet rex Albai longai.*
*cives Romani tunc facti sunt Campani.*

*Romani muris Albam cinxerunt Longam.*
Lucretius VI. 1133.
*an caelum nobis natura ultro corruptum.*
Catullus CXVI. 5.
*quis te lenirem nobis, ne conarere.*

25. Vltimus pes dubitari potest, utrum spondeus natura sua an trochaeus sit. Atque haud scio, an eum in hexametris dactylicis, quibus tragicos uti supra dictum est, plerumque spondeum potius, quam trochaeum esse dicam, quoniam hi versus per dipodias dactylicas incedunt, aequalem ubique cursum servantes. In heroico autem versu, a quo ista ordinum aequalitas abest, quique saepe etiam in medio trochaicam clausulam habet, quae *κατὰ τρίτον τροχαῖον* vocatur, tanto confidentius ultimum pedem trochaeum esse contenderim, quod is irrationalibus dactylis etiam aptior esse, quam spondeus, videtur. Verum id nihil impedit, quin poëtas, ubi liberum erat, brevi an longa syllaba finire versum vellent, longam praetulisse credamus. Nam in fine versus quoniam consistit vox et pausa fit in pronunciando, longa syllaba, quia stabilior est, omnino ad concludendum versum aptior est iudicata. Itaque et *ν* paragogicum addi in melioribus libris videmus, et ipsi poëtae anteposuerunt productas syllabas, *εἶναι* quam *ἔμμεν*, *αἰεὶ* quam *αἰέν*, et quae similia sunt, in fine versus dicere praeferentes. Vide, quae dixi de hac re in libro de emend. rat. Gr. gramm. p. 22. seq. et in praefat. ad Orphica p. 9. Sequutus eam rationem est Wolfius in postrema editione Homeri.

26. Graecorum mos est, omnimodo finire versum heroicum integro vocabulo: nam si Simonides aut aliquis alius epigrammatum scriptor nomen proprium, quod dactylico numero aliter aptari non poterat, inter duos ver-

sus divisit, id necessitate contra regulam factum est. Epici numquam ne hoc quidem sibi indulserunt, ut syllabam in fine versus eliderent. Apud Homerum quidem plerique grammatici ita putarunt distinguendum esse Iliad. ξ. 265.

*ἦ φῆς ὣς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρυόπα Ζῆ-*
*νʼ, ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο.*

v. schol. Ven. et Eustathium p. 984, 2. cuius verba repetiit Gaisfordius ad Hephaest. p. 234. seq. sed ita abhorret ista ratio ab epici carminis simplicitate atque elegantia, ut, etsi illud *εὐρύοπα Ζῆνʼ* etiam Iliad. ϑ. 206. et ω. 331. invenitur, tamen valde dubitem, an grammaticis potius elisio ista, quam Homero tribui debeat. Certe Eustathius, sive suam promens coniecturam, sive alium sequutus, etiam *εὐρύοπα Ζῆν* sine elisione scribi posse observat, quemadmodum *ἦλ, δῶ, κρῖ*, atque alia dicantur, quae maxime in fine versus pro longioribus formis poni solent: de quo genere dixit Strabo lib. VIII. p. 364. (560). Et haec mihi quidem verior sententia videtur. Ex Latinis vero Virgilius, proximum Homero se fore ratus, si talium rerum nihil intactum reliquisset, in vitio virtutem quaesivit, ut Georg. I. 295.

*aut dulcis musti Volcano decoquit humorem,*
*et foliis undam tepidi despumat aheni.*

Vide II. 69. 344. III. 242. 449. quorum partem attulit Macrobius V. 14.

27. Grammatici multas distinctiones protulerunt versus hexametri, quarum eas, quae pueriles sunt vel inutiles, praetermitto: sed commemoratu dignum videtur illud genus, quod *κατʼ ἐνόπλιον* vocant, quod spondeum habet duobus dactylis additum, ut Iliad. α. 357. quo illi exemplo uti solent,

*ὣς φάτο δακρυχέων, τοῦ δʼ ἔκλυε πότνια μήτηρ.*

Hoc genus non propter versum heroicum memorabile est,

sed propter numerum illum, quem *κατ' ἐνόπλιον* nominant: de quo praeter scholiasten Hephaestionis p. 91. (178. ed. Gaisf.) et Eustathium p. 1899, 60. videndus schol. Aristoph. ad Nub. 651. et quae ibi adnotavi. Quantum ex iis, quae a veteribus tradita sunt, colligi potest, duo numeri enoplii dicti sunt, unus, qui est ex duobus dactylis et spondeo, numerum, nisi fallor, habens anapaesticum,



alter aperte anapaesticus, sive, ut rhythmici eum metiuntur, ex spondeo, pyrrhichio, trochaeo, et iambo



quos apparet ambos *ἡμιολίους*, i. e. ex sesquidipodia esse. Plato de rep. III. p. 400. B. *ἐνόπλιον ξύνθετον* commemorat, de quo quae scholiastes p. 155. ex Proclo refert, *ὁ ἐνόπλιος σύνθετός ἐστιν ἐξ ἰάμβου, καὶ δακτύλου, καὶ τῆς παριαμβίδος, ἀνδρικὸς πρὸς πράξεις ἀναγκαίας καὶ ἀκουσίους, ἐξορμητικὸς εἰς πόλεμον*, vitiosa esse puto, quando et insolens ista compositio est, et minime ea vi praedita, quam ei inesse dicit. Convenit hoc in anapaesticum illum enoplium. Quare videndum, ne scripserit, *ὁ ἐνόπλιος σύνθετός ἐστιν ἐκ τροχαίου καὶ ἰάμβου καὶ δακτύλου καὶ τῆς παριαμβίδος*. Hoc enim modo et mensura hoc genus par erit duobus reliquis, et numerum habebit eumdem, quem illud anapaesticum:

28. Duabus aliis earum formarum, quas grammatici constituerunt, alio fine utemur. Eae sunt bucolica, quae quartum pedem dactylum, eoque terminatum vocabulum habet; et politica, quae etiam *λογοειδὴς* vocatur, quae compositione pedestris est. Etenim quattuor omnino sunt formae versus hexametri, qui non ex dipodiis

constat: duae heroicae, antiquior altera, quae caesuram in tertia arsi habet, spondeisque apte temperatur,

*μῆνιν ἄειδε, θεά, - Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,*

altera recentior, caesuram habens, quae dicitur *κατὰ τρίτον τροχαῖον*, et ex dactylis ut plurimum constans,

*εἰπὲ, θεὰ, Κρονίδαο διάκτορον αἴθοπος αὐγῆς.*

Deinde bucolica, cuius legitima incisio in fine quarti pedis est, et ita quidem, ut is pes sit dactylus,

*ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἃ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,*

quae forma propria est carminis bucolici, non ita quidem, ut necessario omnibus in versibus esse debeat, sed ut tamen in plerisque sit. Vide Valckenarium in epist. ad Röver. p. 15. et Warton. in diss. de poësi bucolica p. 36. Denique quarta forma est pedestris illa, cuius hoc proprium est, ut neque caesuram sibi propriam habeat, neque alia lege teneatur, quam hac, ut tolerabilis quaedam species relinquatur versus heroici. Hic enim versus ab antiquis eodem modo, ut apud nostros liberiores iambi, ad illud poëseos genus adhiberi solebat, quod proximum est prosae orationi, ab eaque pene solo metro distat. Is usus, repetendus fortasse a poëtis didacticis, etsi multi horum vere poëtarum nomine digni sunt, permanavit deinde ad leviorum argumentorum tractationem, paroemias, sillos, alia. Eiusmodi poëma fuit Archestrati, saepissime laudatum ab Athenaeo. Eoque referendi sunt etiam versus hexametri in comoedia Graecorum, quorum exempla vide apud Aristophanem in fine Ranarum in Equit. v. 197. seqq. 1015. seqq. 1030. seqq. 1037. seqq. 1051. seqq. 1067. seqq. 1080. seqq. in Pace 118. seqq. 1063 — 1113. Lys. 770. seqq. et admixtis iambis in Pace 1270. seqq. in Avibus 967. seqq. Eodemque pertinent Horatii epistolae, et magis etiam sermones. Aliquanto maior enim in epistolis elegantia est numerorum et concinnitas, quam in sermonibus: in quibus tantum ne prosa oratio esse videatur, metrum adhibitum est. Eam-

demque viam antea Lucilius ingressus erat. De Horatio dixit Car. Morgensternius in dissertatione de satirae atque epistolae Horatianae discrimine p. 28. seqq.

---

## CAP. XXVII.

### *De hexametro μειούρῳ.*

1. Grammatici hexametrum *μείουρον* vocant, qui ultimum pedem pyrrhichium vel iambum habet: cuius exemplum afferunt illud Homeri,

*Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.*

At hic quidem versus, in quo *ὄπφιν* pronunciabatur, nihil discedit a lege versus heroici. Et fuerunt iam inter veteres qui id intelligerent: vide scholiasten Hephaestionis p. 93. (183.) et quae ex Eustathio attulit Gaisfordius p. 181. seq. Sed usurpatus est a quibusdam veterum versus vere *μείουρος*, qui pyrrhichium vel iambum in fine haberet, de quo disserens Terentianus Maurus p. 24. 25. haec habet:

*Livius ille vetus Graio cognomine suae*
*inserit Inoni versus, puto, tale docimen.*
*praemisso heroo subiungit namque μείουρον,*
*hymnum quando chorus festo canit ore Triviae:*
*et iam purpureo suras include cothurno,*
*balteus et revocet volucres in pectore sinus,*
*pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra:*
*dirige odorisequos ad certa cubilia canes.*

Inonem scriptam esse ab Livio Andronico etiam ex Prisciano intelligitur VI. p. 725. ubi *Inone* pro *Ione* legendum est. Sed Terentianum ita se decipi passum esse, ut hos versus ab Livio illo scriptos crederet, id adeo incredibile est, ut nesciam, quid de ea re dicam.

2. Vsurpavit vero hoc metri genus Lucianus T. III. p. 662. in Tragodopodagra v. 312.

*οὔτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος ἤρισε βίᾳ,*
*ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.*
*οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ σάτυρος Μαρσύας,*
*ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμα πίτυϊ.*
*πένθος ἀείμνηστον δι' ἔριν τοκάς ἔσχε Νιόβη,*
*ἀλλ' ἔτι μυρομένη, προχέει πολὺ δάκρυ Σιπύλῳ.*
*Μαιονία δ' Ἀράχνη Τριτωνίδος ἤλθεν ἐς ἔριν·*
*ἀλλ' ὀλέσασα τύπον, καὶ νῦν ἔτι νήματα πλέκει·*
*οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς θράσος ἐστὶ μερόπων,*
*ὡς Διός, ὡς Λητοῦς, ὡς Παλλάδος, ὡς Πυθίου.*
*ἤπιον, ὦ πάνδημε, φέροις ἄλγημα, Ποδάγρα,*
*κοῦφον, ἐλαφρόν, ἄδριμυ, βραχυβλαβές, ἀνοίδυνον,*
*εὔφορον, εὐλήκτον, ὀλιγοδρανές, εὐπερίπατον.*

3. Compositio huius versus parum elegans est. Dubitari autem potest, quo numero finiatur. Quum quintus pes apud Lucianum v. 314. 321. spondeus sit, apertum est non posse de paeonico exitu cogitari. Quod si quis ultimas duas syllabas ab reliquis seiungi volet, quod sane conveniret cum descriptione grammaticorum, hoc modo:



non habebit certe, quo carminis illius versum 323. defendat. Qui quum neque ad sententiam laboret, nec facile corrigi posse videatur, nescio an hoc metri genus ex tetrametro dactylico et dipodia iambica compositum sit, ea lege, ut plerumque dipodia ista iambica longam anacrusin, solutam autem primam arsin habeat, in dactylico autem illo ultimus pes plerumque dactylus sit:

Ita iam versum illum recte tuebimur:

*κοῦφον, ἐλαφρόν, ἄδριμυ, βραχυβλαβές, - ἀνώδυνον.*

Haec ratio si vera est, poterit versus etiam puro diiambo, vel tribracho et iambo finiri. Caeterum elegantior erit, caesura facta in fine partis dactylicae. Et habent hanc caesuram plerique horum versuum.

---

## CAP. XXVIII.

### *De versu elegiaco.*

1. Versus elegiacus nomen pentametri a prava distinctione accepit, qua quidam grammatici usi erant, versum hunc e duobus dactylis vel spondeis, tum spondeo et duobus anapaestis compositum rati. Commemorat eam distinctionem, praeter M. Quintilianum IX. 4, 98. et Terentianum Maurum p. 2421. scholiastes Hephaestionis p. 94. (186.) sed ita, ut praeferat rationem eam, quae placuit Hephaestioni, versum elegiacum ex duobus ordinibus dactylicis constare docenti, quorum uterque quinque semipedes comprehendat. Eamque rem caesura, quae in hoc versu inviolabilis est, ita confirmat, ut insanum esse necesse sit, qui aliter sentiat. Quin ne isti quidem, qui pravam illam distinctionem invenerunt, numerum putandi sunt indicare voluisse, sed mensuram illi volebant tali quodam modo describere, ut versum usque ad finem integris pedibus dimetiri liceret.

2. Hephaestio male hunc versum in asynartetis numeravit. Tantum abest enim, ut in commissura membrorum locus sit licentiae illi, quae propria asynartetorum est, ut etiam productionem brevis syllabae diligenter vitatam videamus. De qua re dixit Iacobsius in obss. crit. in Anthologiam, quae insertae sunt Actis philol. Monac. T. I. fasc. 2. Vide etiam meam dissertationem de ae-

tate Orphei Argonauticorum p. 764. seqq. Aristides Quintilianus de hoc versu p. 52. *οὗ πέφυκεν ἀρετὴ τὸ τὴν μὲν τῆς προτέρας συζυγίας συλλαβὴν περιττὴν ἐξ ἀνάγκης μακρὰν ἔχειν, τὴν δὲ δευτέραν συζυγίαν ἀναμφιβόλως ἐξ ἀμφοῖν συγκεῖσθαι δακτύλων.*

3. Caesura, ut dixi, inviolabilis est, neque neglecta invenitur, nisi necessitate nominis proprii cogente, ut apud Callimachum,

*ἱερὰ νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή.*

Elisionem vero in caesura factam non obesse caesurae, monitum est iam in primo libro cap. 8, 5. et dixerat ea de re Bentleius ad Horat. carm. IV. 8, 17. Meleager XII. 4.

*τὸν τριπάνουργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ.*

Catullus LXVIII. 82. 90. LXXV. 8. XC. 4.

*quam veniens una atque altera rursus hiems.*
*Troia virum et virtutum omnium acerba cinis.*
*nec desistere amare, omnia si facias.*
*si vera est Persarum impia relligio.*

4. Ad mensuram quod attinet, prior huius versus pars etiam spondeos recipit, posterior hunc pedem plane adspernatur. Nam ut omnium versuum extremi ordines distinctius audiuntur, quia nihil eos sequitur, quod attentionem alio deflectat, ita in primis ii versus, qui arsi terminantur, quoniam usque ad finem fortes et alacres sunt, maiorem sibi diligentiam postulant. Id veteres, quorum admirabilis fuit in his rebus elegantia, ita advertit, ut legem illam summa severitate observarent. Quod si nostratium poëtarum quidam spondeum, immo trochaeum in posteriore parte pentametri sibi indulserunt, idque etiam defendere studuerunt, quid aliud eos, quam simul et admittere incuriam, et dissimulare voluisse putabimus?

5. De elegantia versus elegiaci ob easdem caussas, ut in hexametro, aliter Romani, quam Graeci, iudicarunt. Vtrique raro fecere versum, cuius singuli pedes ex singulis vocabulis constarent, quales hi sunt, Theognidis 448. Catulli LXXVI. 8.

οὕτως, ὥσπερ νῦν, οὐδενὸς ἄξιος εἶ.

*aut facere, haec a te dictaque factaque sunt.*

In priori parte elegantior est spondeus dactylo subiectus, quam spondeum sequens dactylus, quia decrescere potius quam incrementum capere numerum convenit. Id quivis intelliget, qui comparare alteram rationem cum altera volet:

*vix Priamus tanti totaque Troia fuit.*
*res est solliciti plena timoris amor.*

6. Ob eamdem caussam minus placet, praesertim in posteriore versus parte, longior vox breviorem excipiens, ut apud Catullum LXVIII. 18. 66.

*quae dulcem curis míscet amáritiem*
*tale fuit nobis Mánlius aúxilium,*

quam si contra fit, ut in hoc versu,

*ut reor a facie, Cálliopea fuit.*

Atque hic quidem exitus, qui est in voce disyllaba, omnium habetur elegantissimus, quia ultimus ordo, si numerum, qui in verbis est, spectamus, neque ita abruptus est, ut in voce monosyllaba, neque tam vehemens, quam in trisyllaba. Quamquam Graeci, assueti verba in fine acuere, minime offensi sunt trisyllabo vocabulo. Eorumque exemplum sequutus est Catullus; ut LXVIII. 98.

*nec prope cognatos compositum cineres.*

Sed apud Latinos, quod hi non amant verba in fine accentu notare, id asperius visum est: ut Ovidius, cui in hoc versus genere primas dant artis periti, sedulo caverit trisyllaba voce versum finire.

7. Praeterea multum interest apud Romanos, utrum in brevi vocali ultima vox, an in consonante terminetur. Nam in consonantem si exit, etiamsi sequens versus a vocali incipiat, propterea nihil offensionis est, quia et syllaba consonante finita natura sua longior est, et vocem tali syllaba terminatam consuevimus propter positionem accentu in fine notatam audire. Ita apud Sulpiciam in carm. Tibull. IV. 3, 12.

*ipsa ego per montes retia torta feram,*
*ipsa ego velocis quaeram vestigia cervae.*

Sed si in vocali, quae brevis est, vocabulum terminatur, insolens et dura est pronunciatio, quia aures brevem eiusmodi syllabam accipere suetae sunt. Ita apud Catullum LXVII. 2.

*salve, teque bona Iuppiter auctet ope.*

Vide v. 6. 10. LXVIII. 70. LXXVI. 16. LXXX. 2. XCI. 1. Tibull. I. 5, 92. 5, 66. 8, 48. 9, 78. vel,

*scitis, et in quo me corruerit genere,*

qui Catulli versus est LXVIII. 52. Vide LXXXVIII. 8. CVI. 2. CX. 6. Tibull. I. 10, 14. Propert. I. 16, 30.

8. Proprium est huius versus, ut hexametro heroico epodi loco addatur: et ea compositio elegorum nomen habet, unde versus hic dictus est elegiacus. Vide Horat. Art. poët. 75. seqq. Ovid. Amor. III. 1, 7. Sed ut primo fortasse in querelis et rebus tristibus usurpatus fuerit, mox tamen etiam ad alia argumenta, in primis ad res amatorias, et, quoniam finiendae orationi aptus videbatur, ad epigrammata translatus est. Nam breviora carmina si solo heroico versu componuntur, magis partes longiorum carminum esse, quam ipsa per se constare videntur. Elegiacus vero quum additur, quasi stropha fit, eaque re finis certus et numeri et orationis constituitur. Semel in tragoedia usurpatum novimus carmen elegiacum, in Andromacha Euripidis v. 103.

9. Plures deinceps pentametros elegiacos poni ineptum est, quia sic semper idem ordo repeteretur, isque propter immutabilem caesuram omni varietate destitutus. Quamquam ut ne ineptis quidem exemplum deesset, curavit Philippus Thessalonicensis epigr. 4. in Brunckii Anal. T. II. p. 212. Nam Virgilii illud, *sic vos non vobis*, nihil nisi lusus est. Tituli sepulcrales autem ab indoctis de plebe hominibus scripti, ne in exemplis quidem esse possunt.

## CAP. XXIX.

### *De versibus Aeolicis.*

1. Singulare genus versuum dactylicorum a lyricis Aeolensibus inventum est, unde nomen ei factum metri Aeolici. De eo ista Hephaestio: *τὰ δὲ Αἰολικὰ καλούμενα τὸν μὲν πρῶτον ἔχει πόδα πάντως ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον, ἤτοι σπονδεῖον, ἢ ἴαμβον, ἢ τροχαῖον, ἢ πυρρίχιον· τοὺς δὲ ἐν μέσῳ, δακτύλους πάντας. τὸν δὲ τελευταῖον πρὸς τὴν ἀπόθεσιν δάκτυλον μέν, ἢ Κρητικόν, διὰ τὸ τῆς τελευταίας ἀδιάφορον, ἐὰν ἀκατάληκτον ᾖ· ἐὰν δὲ καταληκτικόν, καὶ τὰ ἀπὸ τούτου μεμειωμένα, εἰς δισύλλαβον καὶ συλλαβήν.* Apparet ex his, Aeolicorum versuum hanc esse rationem, ut a basi incipiant. Quod deinde dicit Hephaestio, pedes, qui in medio sint, omnes esse dactylos, traditum est etiam a grammatico MS. in bibliotheca Bernensi, cui ipsi quoque index est *ἀρχὴ Ἡφαιστίωνος περὶ μέτρων.* Is ita scribit: *ἕτερα δὲ (κατάληξις τοῦ ἡρωϊκοῦ) ἡ καλουμένη Αἰολική, ἥτις τὸν μὲν πρῶτον πόδα ἔχει ἕνα τῶν δισυλλάβων, τοὺς δὲ ἑξῆς, πλὴν τοῦ τελευταίου, πάντας δακτύλους· τὸν δὲ τελευταῖον ἢ δάκτυλον, ἢ ἀμφίμακρον· εἰ δὲ ἔστι καταληκτικὸν εἰς συλλαβήν, τροχαῖον· εἰ δὲ βραχυκατάληκτον, μίαν συλλαβὴν μακράν, ἢ καὶ βραχεῖαν, διὰ τὸ ἀδιαφορεῖν τὸ τέλος παντὸς μέτρου.*

Aliter visum Hephaestionis scholiastae, cuius haec verba sunt p. 90. (177) *τὸ δὲ δακτυλικὸν τὸ Αἰολικὸν κατὰ μὲν τὰς ἄλλας χώρας πάσας ἐπιδέχεται ὡςαύτως τῷ κοινῷ τούς τε δακτύλους καὶ σπονδείους, ὁμοίως καὶ τὰς ἀποθέσεις· τὸν δὲ πρῶτον πόδα ἔχει ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον.* Valde corrupta videntur haec Aristidis Quintiliani p. 52. *τινὲς δὲ κἂν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῶν δισυλλάβων τίθενται, ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.* Scribendum puto: *τινὲς δὲ κἂν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῷ τῶν δισυλλάβων τιθέντες, ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.* Namque, ut videtur, hic Aeolica quoque logaoedicorum nomine comprehendit, quod utroque in genere breves illi et pedestres pedes dactylis iuncti sint. Certe similiter p. 53. de genere anapaestico loquitur: *καὶ τὰ εἴδη δὲ τῶν καταλήξεων ἐπιδέχεται πασῶν, καὶ τὴν τῶν λογαοιδικῶν μεθοδόν τε καὶ χρῆσιν· οὐ κατὰ τὰς πρώτας χώρας μόνον πόδας δισυλλάβους βραχυσημοτέρους παραλαμβάνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς τελευταίας τὸν βακχεῖον.* Verum esse puto, quod dicit Hephaestio, praeter primum pedem caeteros esse dactylos puros, nisi si quid in ultimo catalexis vel syllaba anceps mutat. Neque enim usquam in versibus Aeolicis spondeus pro dactylo positus invenitur. Nam in carmine, quod est XXIX. inter Theocritea, v. 33. 39. diaeresis est:

*ὅπως, ἀνίκα τὰν γέννν ἀνδρείαν ἔχῃς.*
*τόκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις.*

2. Non intercedam tamen, ne etiam scholiastes Hephaestionis, et, qui idem innuere videtur, Aristides non plane falsa dixisse credantur, quum etiam spondeo locum faciunt. Nam distinguendi videntur versus Aeolici a versibus dactylicis cum basi: quorum Aeolici illi sunt, qui in eiusmodi carminibus, qualia fuerunt Aeolensium

poëtarum, usurpantur; dactylici cum basi autem, quales Doricam poësin et tragoediam ad exemplum Aeolicorum, sed minus severa lege, fecisse credibile est. Nisi fallor, huiusmodi est secundus stropharum versus in Pindari Ol. V.

τῶν Οὐλυμπία, Ὠκεανοῦ θύγατερ,
καρδία γελανεῖ,

ubi v. 41. s. (18) spondeus est, etsi in nomine proprio

τιμῶν τ' Ἀλφεὸν εὐρὺ ῥέοντ' Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον.

3. R. Bentleius in adnotatione ad epigramma in Pasiphaën metris Horatianis scriptum iniuria Aeolensibus tribuit morem recepta metra infringendi, variandi, infuscandi, adductus, ut videtur, pentametro dactylico cum basi, quem Hephaestione auctore, qui eum ἔπος Αἰολικὸν vocat, pro variatione versus heroici habuisse videtur. At illi non recepta metra infuscarunt, sed novum genus invenerunt, basi versibus quibusdam, maximeque dactylicis, praemissa. Ea basis apud hos poëtas semper disyllaba est, et non modo e spondeo, trochaeo, iambo, sed etiam e pyrrhichio constat, quem, ut supra cap. II. diximus, Dorienses lyrici ac tragici et comici improbarunt.

4. Genera versuum Aeolicorum haec ab Hephaestione commemorantur: primo tetrameter catalectus in disyllabum, sive rectius trimeter:

θυρωρῷ πόδες ἑπτορόγυιοι,
τὰ δὲ σάμβαλα πεντεβόεια·
πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

5. Tetrameter, rectius trimeter acatalectus. Sappho:

ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον·

*Ἄτθι, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο*
*φροντίσδην, ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτῆ.*

Sic etiam Alcaeus apud scholiasten Platonis p. 51.

*οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλάθεα.*

6. Pentameter, rectius tetrameter catalecticus in disyllabum,

*τέῳ σ', ὦ φίλῳ γαμβρέ, καλῶς εἰκάσδω;*
*ὄρπακι βραδινῷ σε μάλιστ' εἰκάσδω.*

7. De acatalecto sic Hephaestio: *τῶν δὲ ἀκαταλήκτων, τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον Σαπφοῦς ὅλον γέγραπται·*

*ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα.*

Alcaeus apud Aristoph. Vesp. 1252. citatus a Gaisfordio p. 275.

*ὤνθρωφ', οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος,*
*ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς.*

Hoc metro scriptum est carmen, quod est XXIX. inter Theocritea.

8. Denique pentameter catalecticus in disyllabum, quem *ἔπος Αἰολικὸν* vocari dicit Hephaestio:

*κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα κάλεσσαι,*
*εἰ χρὴ συμποσίας ἐπ' ὄνασιν ἐμοὶ γεγενῆσθαι.*

9. Praelongos versus dactylicos cum basi, si recte iudico, posuit Aeschylus in Persis v. 866. seqq. Nam quo minus Burneio et Gaisfordio ad Hephaestionem p. 275. assentiar, communes dactylicos esse hos versus putantibus, non modo illud me movet, quod nullus a dactylo, praeter unum, quem ob id ipsum suspectum habeo, incipit, sed etiam, quod, si per syzygias dactylicas inde ab ipso initio legantur, potiores ictus in syllabas secundarias incidunt. Quod si illi versus basin praemissam habent, neque in ipsis quidquam reperietur, quod

displiceat, et veniam habebit etiam iambus in basi, ter, nisi fallor, a poëta admissus. Ita enim versus illi scribendi videntur:

a ὅσας δ' εἶλε πόλεις, πόρον οὐ διαβὰς Ἅλυος ποταμοῖο,
οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθείς,
οἵαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδες εἰσὶ πάροικοι
Θρηικίων ἐπαύλων;
a λίμνας τ' ἔκτοθεν αἳ κατὰ χέρσον ἑλιλαμέναι πέρι πύργον,
τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον,
Ἕλλας τ' ἀμφὶ πόρον πλατὺν αὐχόμεναῖ, μυχία τε Προποντίς,
καὶ στόμωμα Πόντου.
b νᾶσοι θ', αἳ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι
τᾷδε γᾷ προσήμεναι·
οἵα Λέσβος, ἐλαιόφυτος τε Σάμος, Χίος,
ἠδὲ Πάρος, Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ τε συνάπτουσ'
Ἄνδρος ἀγχιγείτων·
b καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσάκτους,
Λῆμνον, Ἰκάρου θ' ἕδος,
Ῥόδον τ', ἠδὲ Κνίδον, Κυπρίας τε πόλεις, Πάφον,
ἠδὲ Σόλους, Σαλαμῖνά τε, τᾶς νῦν ματρόπολις τῶνδ'
αἰτία στεναγμῶν·
c καὶ τὰς εὐκτέανους κατὰ κλῆρον Ἰάονιον πολυάνδρους
ἐλαύνων σφετέραις φρεσίν, ἀκάματον δὲ παρῆν σθένος ἀνδρῶν τευχηστήρων,
παμμίκτων τ' ἐπικούρων.
νῦν δ' οὐκ ἀμφιλύγως θεότρεπτα τάδ' αὖ φέρομεν πολέμοισιν ἀμαθέντες μεγάλως πλαγαῖσι ποντίαισιν.

In secunda antistropha libri καὶ Ῥόδον, quod quoniam

propter dactylum suspectum habeo, (neque enim in basi hunc pedem ab Aeschylo positum crediderim) ab emendatore profectum puto, poëtam autem, ut posui, scripsisse *Ῥόδον τ'*. Hic autem versus tam longus est, ut eum, quasi duo essent, disposuerim, quod bis factum etiam in epodo: etsi in hac quaedam etiam aliter disponi possunt. In ea delevi *ἐκράτυνε*. Nam vulgo parum eleganter, *Ἑλλάνων ἐκράτυνε σφετέραις φρεσίν*. Deinde *ἀμαθέντες*, etsi dubitanter, ex corrupta adnotatione scholiastae posui. Incertum est enim, an ille *δμαθέντες* scripserit. Certe, si *ἀμαθέντες* reiicitur, lectionem quorumdam librorum *πολέμοισι δαμασθέντες* recipiendam puto.

---

## CAP. XXX.

### *De dactylicis logaoedicis.*

1. Logaoedicos versus grammatici vocarunt, qui ob dactylici et trochaici numeri coniunctionem medii inter cantum et communem sermonem viderentur. Vide interpretem Hephaestionis p. 24. (43) et scholiasten metricum Pindari ad Olymp. IV. stroph. vers. 7. Hephaestio: *ἔστι δὲ καί τινα λογαοιδικὰ καλούμενα δακτυλικά, ἅπερ ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις χώραις δακτύλους ἔχει, τελευταίαν δὲ τροχαϊκὴν συζυγίαν*. In hoc genere versuum quoniam dactyli cum trochaeis uno ordine periodico continuantur, puros eos servari consentaneum est: aliter enim impediretur numeri perpetuitas. Exempla ab Hephaestione duo commemorata sunt, Alcaicum ex duobus dactylis totidemque trochaeis,

*καί τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἰκεῖς,*

et Praxilleum, uno dactylo auctius,

*ὦ διὰ τῶν θυρίδων καλὸν ἐμβλέποισα,*
*παρθένε τὰν κεφαλάν, τὰ δ' ἔνερθε νύμφα.*

Alcaici illius exempla ex tragicis adnotavit Gaisfordius p. 276. cui tamen non assentior, restituenti hunc versum in Sophoclis Electra 1069. 1080. Idem Praxillei exemplum attulit ex Antigona Sophoclis 134. Apud Aeschylum in Prom. 165. 184. praelongus invenitur versus logaoedicus a trochaeis incipiens:

γένναν· οὐδὲ λήξει, πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ. ἢ
παλα-
μᾷ τινι τὰν δυσάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν.
χρὴ σε τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν· ἀκίχητα γὰρ ἤθεα
καὶ κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

2. Sed multae inveniuntur etiam aliae formae. Ac primo commemorandus est, quem grammatici choriambicum dimetrum cetalecticum vocant, quia choriambicos saepe concludit,

ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Deinde, qui una syllaba longior est,

ἔρνεα πρῶτος ἀπ' Ἀλφεοῦ,

apud Pindarum Nem. VI. epod. 4. ex nostra versuum descriptione. Eodem in versu Pindarus in nomine proprio spondeum pro dactylo ponere ausus est Ol. X. in ultima epodo,

παῖδ' ἐρατὸν δ' Ἀρχεστράτου.

Alia huiusmodi forma invenitur apud Sophoclem in Electra v. 1414. 1434.

μοῖρα καθαμερία φθίνει, φθίνει·
νῦν τὰ πρὶν εὖ θέμενοι, τὰ δ' ὡς πάλιν.

3. Tres trochaeos habet Sophocles in Oed. Col. 119. 151.

ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων.
ἦσθα φυτάλμιος δυσαίων.

et in Electra v. 1413. 1433.

ὦ πόλις, ὦ γενεὰ τάλαινα, νῦν σε.
βᾶτε κατ' ἀντιθύρων ὅσον τάχιστα.

4. Praeter has etiam aliae formae inveniuntur. Sed cavendum est, apud tragicos maxime et comicos, ne quis logaoedicum esse numerum putet, qui vel dochmiacus, vel choriambicus sit. Nam hae formae,





si cum dochmiacis aliisve antispasticis numeris coniunctae sunt, non habent logaoedicum numerum, sed prima earum dochmiaco hypercatalecto constat, secunda ex dactylo est et dochmio, tertia ex dactylo et dochmiaco hypercatalecto,





ac proinde recipiunt etiam mensuras, quae a logaoedicis alienae sunt. Sed quoniam fere exaequari syllabae solent, raro antistrophicus versus indicium facit, ut apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 227. 334.

*ἀπτόμε - νον πυρὶ δαΐῳ.*
*κρημναμε - νᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.*

Plerumque ex natura et indole numerorum, quibuscum coniuncti sunt hi versus, coniectura facienda est. Haec vero forma,



saepe ad choriambos pertinet, ac tum hoc uumero est,



5. Logaoedicis quoque versibus praemissa basis invenitur. Cuius generis unus maxime versus celebratus

est, Phalaeceus hendecasyllabus. Eum grammatici quum in syzygias pedum disyllaborum dividerent, male ad antispastos retulerunt. Constat hic versus ex basi et uno ordine logaoedico, dactylum et tres trochaeos complectente. Quare praeter basin nusquam locus est syllabae ancipiti, nisi in fine:

˘ ˘ ˘ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡

*χαῖρ', ὦ χρυσόκερως, βαβάκτα, κήλων,*
*Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.*

Exempla tum ipsius Phalaeci in Brunckii Analectis T. I. p. 421. tum tragicorum quaedam commemoravit Gaisfordius ad Hephaestionem p. 306. Vsurpavit etiam Pindarus, ut Ol. XIV. 2.

*αἴτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν.*

Et saepissime usi sunt Latini poëtae, Catullus, Martialis, Statius, alii. Catullus uno tantum in carmine LV. magno cum elegantiae detrimento spondeum pro dactylo, nec semel, admisit:

*oramus, si forte non molestum est.*

6. Apud tragicos saepe alius versus invenitur, qui uno pede brevior est, ut apud Aeschylum in Agam. 752.

*δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.*

In Persis 270.

*γᾶς ἀπ' Ἀσίδος ἦλθ' ἐπ' αἶαν.*

Hic versus, si in basi spondeus vel iambus est, cavendum ne cum illo confundatur, qui ex antispasto et iambis est: ut apud Aeschylum in Agam. 749.

*ἀκασκαῖον ἄγαλμα πλούτου,*

qui dubium foret, quo metro esset, nisi doceret antistrophicus,

*τεκνοῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν.*

7. Versum, qui syllaba longior est Phalaeceo, habet Pindarus Isthm. VII. epod. I.

*μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον.*

Et sic alibi aliae nunc longiores nunc breviores inveniuntur logaoedici versus cum basi.

## CAP. XXXI.

### *De versibus anapaesticis.*

1. Secundum genus numerorum dactylicorum anapaesti sunt. Horum eadem, quae in dactylicis versibus invenitur, diversitas est, aliis arsin et thesin pares, aliis arsin irrationalem habentibus, qui cyclii vocantur, auctore Dionysio Halicarnassensi de comp. verb. p. 226. Et illorum quidem, in quibus pares sunt arsis et thesis, plerique ex dipodiis constant, cyclii autem aliis ordinibus incedunt. Atque ut ordinibus, ita etiam mensura haec genera differunt. Nam illi, quorum arsis plenam mensuram habet, solvi eam patiuntur, unde dipodiae anapaesticae haec forma est:



Hephaestio: *τὸ ἀνάπαιστικὸν κατὰ πᾶσαν χώραν δέχεται σπονδεῖον, ἀνάπαιστον, σπανίως δὲ καὶ προκελευσματικόν· παρὰ δὲ τοῖς δραματοποιοῖς καὶ ἴαμβον καὶ δάκτυλον.* Verba *καὶ ἴαμβον* Gaisfordius auctoritate duorum codicum et scholiastae Aristoph. ad Plut. 487. ut ego quoque in libro de metris II. p. 291. faciendum dixeram, delevit. Tuentur tamen iambi commemorationem scholiastes Hephaestionis p. 91. (180) et grammaticus MS. in bibliotheca Bernensi, atque haud scio an recte, ex grammaticorum quidem opinione, quando ipse Hephaestio hunc versum,

*Ἑρασμονίδη Χαρίλαε,*

diserte de iambo monens, de quo etiam scholiastes eius ex Longino explicat, anapaesticum esse vult. Mirum

est tamen, eos hunc pedem a dramaticis poëtis usurpatum dicere, quum istiusmodi versus etiam apud lyricos inveniantur, et Hephaestio ipse repertorem huius generis Archilochum perhibeat. Cyclii vero anapaesti non admittunt solutionem arseos, nisi forte in nomine proprio; multoque minus dactylum, in quo ista solutio propter oppositam longam thesin impeditura esset volubilitatem numeri cyclii.

2. Dicam primo de formis eorum anapaestorum, qui plena arseos mensura per dipodias incedunt, quorum dimetros ac tetrametros seorsim tractabo. Itaque hic tantum monometrum attingam et trimetrum. Ac monometer acatalectus non rarus est apud tragicos. Aeschylus in Eum. 841. 844. 846.

κατὰ γᾶς οἰκεῖν.
οἴ οἴ, δᾶ, φεῦ.
πλευρὰς ὀδύνα.

Invenitur etiam apud comicos, ut apud Aristoph. in Pace 512. 1104. Frequentissimus vero usus eius in systematis dimetrorum est, de qua re infra dicetur. Collapsa iam arte gliscens barbaries continuis his monometris usa est. Ita Synesius tres hymnos hoc metro scripsit, in prima sede anapaestum, spondeum, dactylum, in secunda anapaesum et spondeum, et, quoniam ultima brevi non offendebatur, etiam tribrachum, et trochaeum usurpans. Dactylum enim in secunda sede, qui ter in decimo hymno invenitur, librariis imputandum puto.

3. Trimetro catalectico Simmiam integrum carmen scripsisse testatur Hephaestio, unde exemplum et ipse p. 26. (46) et scholiastes eius p. 91. (180) hoc afferunt,

Ἰστία ἁγνά, ἀπ' ἐϋξείνων μέσα τοίχων.

in quo versu Porsoni coniecturam, τὸ δ' inserentis post ἁγνά, miror probari a Gaisfordio p. 288. Nam quis tam

breve fragmentum, idque a duobus scriptoribus sine diversitate citatum, tanta mutatione corrigere audeat? Porsonus, dum totus in tragicis erat, ad horum exemplum etiam ea interdum exegit, quae alias leges habent. Hiatus in arsi, praesertim si est etiam in alloquutione, apud lyricum nihil offensionis habet. Quod si quis tamen eum suspectum habebit, viderit is, ne, quum apud Hephaestionem cod. Heidelb. una voce μεσατοίχων, apud scholiastam autem ed. princeps ἀγν' habeat, facilius scribi possit,

Ἰστία, ἀγνῶν ὑπ' ἐὐξείνων μεσοτοίχων,

Sed praestat omnino, talia intentata relinquere.

4. Plures anapaesticorum versuum formas enumerat Servius: quas apud hunc, et apud Gaisfordium p. 290. seq. videri licet. Sunt autem numero tredecim: sed quaedam earum vereor ut possint idoneis exemplis comprobari.

## CAP. XXXII.

### *De anapaesticis dimetris.*

1. Celeberrimum genus anapaestorum dimetri sunt. Hi plerumque in systemata coniuncti inveniuntur. Quae systemata quum tota per dipodias decurrunt, et versu catalectico clauduntur, legitima a criticis vocitari solent. Hoc genus quoniam natura sua actuosum est, a solis usurpatum est scenicis poëtis. Iidemque etiam alterum genus, quod liberius est, excoluerunt, perraro ab aliis poëtis adhibitum. Legitima systemata nunc antistrophica sunt, nunc non sunt antistrophica. Praeterea alia eorum communi dialecto, alia Dorica scripta sunt, prout orationi consentaneum est. Liberiores autem illi anapaesti plerumque Doricam dialectum habent. Atque ex

dialecto videtur interdum de modo, quo recitabantur, coniectura fieri posse. Vide, quae adnotavi ad Aristot. de arte poët. p. 132. seqq. Saepe tamen dialectus etiam in singulis vocibus mutatur, prout assurgit vel remissior fit oratio.

2. Legitimorum systematum leges plerasque breviter distincteque complexus est R. Porsonus in praef. ad Eurip. Hec. p. 45. seq. easque regulas exemplis illustravit Gaisfordius ad Hephaest. p. 279. seqq. Primus autem R. Bentleius in epistola ad Millium, et postea in dissertatione de Phalaride, quod ante eum nemo observarat, numerum in his systematis continuari, neque usquam syllabae ancipiti locum concedi vidit. Quam legem deinde alii communem omnium systematum esse intellexerunt. Magnam partem praeclarae illius demonstrationis repetiit Gaisfordius in adnotationibus ad Hephaestionem p. 281. Nos, dum singula, quae ab his tradita sunt, breviter attingemus, augebimus ea aliis quibusdam observationibus.

3. Ac primo quod ad continuationem numeri attinet, quae et syllabam ancipitem et hiatum a fine versuum abesse postulat, verissima quidem est Bentleii observatio, sed concedendae tamen quaedam exceptiones sunt. De iis monitum est a Seidlero in libro de verss. dochm. p. 80. etsi non omnia, quae hic attulit, exempla satis idonea esse puto. Tenendum est ita, syllabam quidem ancipitem plane exclusam ab his anapaestis esse, unde numquam Creticus pro dactylo in fine est, sed in pede anapaesto tamen, qui versum finit, productionem brevis syllabae quibusdam conditionibus concessam videri. Hae conditiones, quae simul etiam ad hiatum pertinent, continentur exclamatione, alloquutione, mutatione personae, fine sententiae. De exclamatione res satis nota est. Aeschylus in Agam. 1546.

*ἰὼ γᾶ, γᾶ, εἴθε μ' ἐδέξω.*

Alloquutionis idoneum puto exemplum esse, quod Seidlerus ex Oed. Col. 180. attulit,

*ἄγε νῦν σύ με, παῖ,*
*ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες,*

ut non opus sit voces *νῦν* et *παῖ* sedem suam permutare. Idem carmen ob mutationem personae plura et syllabae ancipitis et hiatus exempla continet, ut v. 139. 143. 170. 173. Denique finis sententiae et syllabam ancipitem admittit, ut in Hecuba v. 82.

*ἔσται τι νέον·*
*ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς,*

et hiatum, ut in Agam. 803.

*ἀγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι·*
*ὅστις δ' ἀγαθὸς προβατογνώμων.*

Atque hic quidem locus, si nihil vitii contraxit, recte tuebitur hiatum in systemate legitimo. Neque enim dissimulandum est, pleraque omnia hiatuum, et magis etiam productae brevis syllabae exempla non in iis, quae omni ex parte legitima systemata haberi possunt, inveniri, sed in illis, quae vel cum liberioribus anapaestis coniuncta sunt, vel, quoniam antistrophica sunt, maiorem quamdam licentiam habent. Eoque modo etiam in Eum. 315. hiatus defendi potest, siquidem ibi quoque antistrophica restituenda sunt.

4. Hiatum, qui fit corripienda longa vocali vel diphthongo, anapaestus plerumque in prima syllaba habet, ut apud Aeschylum in Persis 39. 52. 542.

*καὶ ἑλειοβάται ναῶν ἐρέται.*
*καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί.*
*ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν.*

Quamquam ne a secunda quidem syllaba abhorret: vide quae infra cap. XXXIII. segm. 7. afferemus. Pariter in dactylo anapaesti vicem tenente utraque in brevi syllaba

hiatus invenitur. Eurip. Hec. 125.

τῷ Θησείδα δ' ὄζω Ἀθηνῶν.

Aeschylus in Persis v. 61.

οἴχεται ἀνδρῶν·

Vide Seidlerum de verss. dochm. p. 96. Porsonus in praef. ad Hec. p. 46. et Gaisfordius ad Hephaest. p. 279. non debebant afferre Eurip. Troad. 603. ed. Musgr. qui versus non est anapaesticus, sed dactylicus, ut praeclare ostendit in editione sua Seidlerus.

5. Caesuram paroemiacus nullam, sed acatalecti dimetri legitimam habent in secunda arsi:

Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου.

Saepe tamen caesura fit in brevi syllaba, quae arsin illam sequitur: Aeschylus in Agam. 52.

πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι.

Exempla vide plurima apud Gaisfordium p. 279. qui si, ut videtur, neglectam in huiusmodi versibus caesuram putavit, non recte fecit. Non enim haec neglectio caesurae est, sed alia caesura, similis ei, quae in versu heroico κατὰ τρίτον τροχαῖον vocatur. Eamque ob caussam versus, qui neutram harum caesurarum habet in legitimo systemate vitiosus censendus est, nisi si verbum compositum ita collocatum sit, ut commissura in secundam arsin vel in brevem syllabam, quae post eam est, incidat. Cuiusmodi vocabulum quasi pro duobus est, ut in Prometheo vincto v. 172.

καί μ' οὔτε μελιγλώσσοις πειθοῦς.

et in Prometheo soluto apud Strabonem I. p. 58. (49)

λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,

quem versum frustra tentabat Erfurdtius: v. *Königsberger Archiv.* 1812. P. III. p. 436. Aristoph. Thesm. 52.

μέλλει γὰρ ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων.

Sed in Euripidis Hippolyto v. 1360. vereor ne non recte cum Valckenario ex uno codice edant,

τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς.

Vulgo ἐφέστηκεν δεξιά. Mihi veri similius videtur, Euripidem scripsisse:

τίς ἐφέστηκεν δεξιόπλευρος.

Alio modo si neglecta caesura est, versus aut systematis liberioris sit necesse est, qualis videtur esse Sophoclis in Inachi fr. 2.

Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν,

et Euripidis in Alcest. 82. aut corruptela aliqua laborat. Ita in iis, quos Gaisfordius attulit, Aeschyli versus in Pers. 532. Sophoclis in Antig. 156. de quo vide Erfurdtium in ed. min. et Euripidis Iphig. Taur. 461. qui versus paroemiacus est eiecta particula ἐν. Comici dubitari potest an interdum negligere caesuram ausi sint, ut Aristophanes in Pace 1002.

δούλοισι χλανισκιδίων μικρῶν,

nisi tamen ibi mutandus ordo verborum. At in eadem fabula v. 1320. viam monstrantibus codd. Rav. et Ven. scribendum,

κἀπευξαμένους τοῖσι θεοῖσιν.

Videndum etiam de Avium v. 523.

νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, Μανᾶς.

Certo corruptus est v. 536.

κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμόν.

ubi κᾆτ' ἐσκέδασαν scribendum, sed reliqua quoque corrigenda sunt, ut comparatio antistrophicorum docet (v. 611. seqq.

6. Rarissime vocabulum etiam ultra versum ea conditione protenditur, ut in prima brevi sequentis versus finiatur. Gaisfordius ad Hephaest. p. 280. seq. tria exempla attulit: sed eorum non nisi unum ita comparatum est, ut versuum divisione mutata non tollatur, Aristophanis in Vespis 750.

ἵν' ὁ κήρυξ φησί· τις ἀψήφι-
στος; ἀνιστάσθω.

Manet enim, etiam si sic dividas;

ἵν' ὁ κήρυξ φη-
σι· τίς ἀψήφιστος; ἀνιστάσθω.

Apud tragicos non puto huiusmodi exempla inventum iri, si quis monometrum apto loco separet, ut in Agam. 1564.

ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως
θυγάτηρ, ὡς χρή,
πατέρ', ἀντιάσασα πρὸς ὠκύπορον
πόρθμευμ' ἀχέων
πέρι χεῖρε βαλοῦσα, φιλήσει.

ubi qui dimetros facere volet, in uno eorum vocabulum secet necesse erit. Non memini autem locos reperire, in quibus antistrophica monometri separationem non commendarent magis, quam impedirent. Omnino de verbis pro sententiae ratione in dimetros et monometros describendis vide, quae dixi ad Aristoph. Nub. 1012.

7. Proceleusmaticus apud tragicos in legitimo systemate non videtur anapaesto substitui. Certe quaecumque huius pedis exempla observavi, omnia in liberioribus anapaestis inveniuntur. Quin etiam apud comicos rarissima sunt huius pedis exempla, ut apud Aristoph. Nub. 916.

διὰ σὲ δὲ φοιτᾷν.

8. Dactylo anapaesti locum tenenti fere aut alius dactylus, aut spondeus, raro anapaestus succedit. Et, si anapaestus, apud tragicos hoc non fit in eadem dipodia, unde in Hippolyto v. 1365. ubi vulgo legebatur,

ὅδ' ὁ σωφροσύνη πάντας ὑπερέχων,

ὑπερσχὼν scribendum esse indicavit Gaisfordius p. 279. deditque ita Monkius; sed ita, ut dipodiam dactylo finitam sequatur dipodia ab anapaesto incipiens. Ita apud

Aeschylum in Sept. ad Th. 833.

ἦ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας
ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχας·

Et v. 873.

τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐρινύος
ἰαχεῖν.

Sophocles in Aiace v. 205. de quo versu tamen dubitant critici,

νῦν γὰρ ὁ δεινός, ὁ μέγας ὠμοκράτης.

Euripides in Electra v. 1319.

θάρσει Παλλάδος ὁσιάν ἥξεις.

et v. 1322.

σύγγονε φίλτατε·
διὰ γὰρ ζευγνῦσ' ἡμᾶς πατρῴων.

Comici vero et hoc modo anapaestum dactylo interdum subiiciunt, velut Mnesimachus ap. Athen. IX. p. 403. C. et vero etiam in eadem dipodia, ut Aristophanes in Pace 168.

καὶ μύρον ἐπιχεῖς; ὡς ἦν τι πλέον·

et Ephippus apud Athen. VII. p. 322. E. quos Gaisfordius citat ad Hephaest. p. 279. qui tamen non debebat Aristophanis Avium versum 404. commemorare: nam hic versus ne est quidem anapaesticus.

9. Dactyli saepissime substituuntur anapaestis, nec tantum unus aliquis, sed etiam plures continui. Quinque continuavit Aeschylus in Agam. 1561.

τοῦτο· πρὸς ἡμῶν
πάπτεσε, κάτθανε, καὶ καταθάψομεν,
οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων.

Septem Euripides in Hippol. 1361.

πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε
τὸν κακοδαίμονα καὶ κατάρατον.

10. Finem facit legitimorum systematum dimeter catalecticus, qui, quod paroemiae quaedam eo metro sint, paroemiacus dictus est. Eum interdum praecedit monometer, sive, ut vocant, basis anapaestica. Paroemiaci virtus est, ut, praeter primum pedem, similis sit fini versus heroici,

σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.

Primus pes plerumque anapaestus, vel spondeus est. Rarior est dactylus, et in Aeschyl. Choëphoris 377. et Suppl. 981.

παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.
εὔτυκος· εἴη δὲ τὰ λῷστα.

Praeterea quemadmodum in versu heroico rarior est exitus spondiacus, ita etiam paroemiacus raro tertium pedem spondeum habet, ut eorum quidam, qui ad rara offendunt, eiusmodi paroemiacos corruptos esse putaverint. Aeschylus in Persis 32. in Agam. 374. in Suppl. 8.

ἵππων τ' ἐλατὴρ Σωσθάνης.
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.
ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι.

Sed quos Gaisfordius p. 288. addit locos, Sept. ad Theb. 832. et Suppl. 983. corrupti videntur.

11. Saepe plura systemata deinceps posita inveniuntur, alia longiora, alia breviora, prouti orationis termini postulant. Nam, ut par est, versu paroemiaco sententia finiri solet. Ad quam rem non semper plena interpunctione opus est. Vide exempli caussa Aeschylum in Persis v. 307. seqq. Nulla plane interpunctio vel pausa si est in oratione, vix reperias finiri systema. Non ausim tamen continuo corruptum putare locum Aeschyli in Suppl. 5.

Νείλου· δῖαν δὲ λιποῦσαι
χθόνα σύγχορτον Συρίᾳ φεύγομεν.

Nam saepius talia aliquam a sensu, qui in verbis est, ex-

cusationem habent. Ita hic, quum duae sint principales notiones, una, reliquisse Danai filias Aegyptum, altera, exsules eas errare evitandi impii connubii caussa, recte videtur in verbo λιποῦσαι finiri numerus potuisse, etsi constructione verborum nondum absoluta, quo gravius deinde altera notio in novo systemate inferretur. Similiter factum est saepius eo in carmine, etsi cum aliquo fine constructionis. In primis aptus est huic rei declarandae locus in Agamemnone v. 63.

πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ
γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,
διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
κάμακος θήσων Δαναΐσιν,
Τρωσί θ' ὁμοίως.

Plena est enim et absoluta sententia versu paroemiaco, sed egregie, quasi nunc demum Troiani in mentem veniant, hi in principio novi systematis commemorantur. Est enim praecipua quaedam vis in horum commemoratione. Perderet omnem huius loci virtutem, qui versus sic vellet distingui:

κάμακος θήσων
Δαναοῖσιν, Τρωσί θ' ὁμοίως.

Caeterum haud scio an non inveniantur breviora systemata, quam ex dimetro et paroemiaco, quorum exempla quaedam quum alibi sunt, tum in Eumenidum carmine eo, cuius initium est v. 307. Adde Agam. 1501.

12. Antistrophica quum sunt systemata anapaestica, eo a plerisque aliis metris differunt, quod non pes pedi, sed versus versui respondet. Ac videmus, sicubi monometros constitui necesse est, eamdem opportunitatem etiam in eorum, qui opponuntur, versuum vocabulis atque oratione inveniri. Exempla satis habeo de multis commemorare ea, quae sunt in Choephoris v. 338. seqq. quibus respondent v. 398. seqq. aliis anapaestis in medio positis, qui mesodi instar sunt; et in Eumen. a v. 930.

qui ipsi quoque mesodum anapaesticam habent, hoc ordine dispositi, $\alpha. \beta. \mu. \beta. \alpha.$ unde apparet, v. 936. verbum excidisse, quod impleverat paroemiacum.

13. Ab legitimis anapaestis tam tenui discrimine transitur ad liberiores formas, ut interdum anceps sit diiudicatio. In universum a legitimis eo differunt, quod aequabili illa gravitate carent, et motum animi magis varium atque instabilem exprimunt. Sed haec res quum gradus quosdam et varietates habeat, etiam anapaesti illi magis minusve, neque eodem modo liberi sunt. Omnia ut paucis complectar, his rebus ab legitimis dimetrorum systematis distant, mensura, caesura, perpetuitate, usu paroemiaci, catalexi: quae res ut in nonnullis locis omnes coniunctae reperiuntur, ita in aliis una tantum vel altera invenitur. Ac mensura differunt, quod proceleusmaticum non modo admittunt, sed interdum fere toti ex proceleusmaticis constant; eodemque modo alibi toti ex spondeis componuntur, quod maxime fit in paroemiaco; deinde caesura, quod haec ita negligitur, ut interdum de industria vitari videatur; tum perpetuitate, quod nonnunquam vel cohaerent cum aliis numeris, vel ab iis interpellantur, ac ne ipsi quidem secum tanta severitate, ut legitimi, copulati sunt; porro usu paroemiaci, quod ab hoc etiam initium fit, multique saepe paroemiaci continui ponuntur; denique catalexi, quod non habent certam clausulam, sed nunc uno, nunc pluribus paroemiacis, alibi nullo, alibi etiam alio numero terminantur. Sed dicam de praecipuis formis.

14. Ac minimum ab legitimis recedunt, qui neque alio numero turbati, nec caesura destituti, terminati autem paroemiaco, tamen proceleusmaticum recipiunt. Id fieri solet in systematis, quae ad exprimendam maiorem

quamdam animi agitationem adhibentur: eaque fere aut ipsa aliquam rationem antistrophicam continent, aut coniuncta sunt cum liberioribus anapaestis, qui ipsi ob eamdem caussam plerumque antistrophici sunt. Eiusmodi exemplum, si recte coniecimus ego et Erfurdtius, in Sophoclis Antigona est v. 929. quod epodicum est ex duobus systematis, quorum primum stropham, antistropham, et partem epodi continet:

*X.* ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ῥιπαὶ στρ.
τήνδε γ' ἔχουσιν.
*KP.* τοίγαρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.
*X.* οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω ἀντ.
τοῦπος ἀφῖκται.
*KP.* θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι,
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.
*ANT.* ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον, ἐπῳδ.
θεοί τε πατρογενεῖς,
ἄγομαι δή, κοὐκ ἔτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
τὴν βασιλίδα τὴν μούνην λοιπήν,
οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

Eiusdem modi sunt anapaesti in Euripidis Hecuba v. 59 — 99. ed. Pors. quibus intermixti sunt quidam alii versus. Finiuntur hi quidem paroemiaco, sed dactylum ille in secunda sede habet, quod ab legitimis anapaestis alienum est: pariterque, qui praecedit versus, caesura caret legitimorum anapaestorum:

ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

Sequuntur ibi aliquot legitima systemata: chori enim narrationem continent. Post haec autem, quae in scena Hecuba et Polyxena queruntur, rursum liberioribus anapaestis scripta sunt, et quidem non talibus, quales an-

tea Hecuba recitaverat, sed maiorem etiam licentiam habentibus, aucto iam dolore, ubi mactatum iri Polyxenam audiverant. Sunt autem illa antistrophica, et finiuntur versu dactylico: Vtriusque strophae finis hic est:

*πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ* στρ.
*δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ'*
*οἴκων, ἄϊε ματέρος αὐδάν.*
*τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ',* ἀντ.
*οὐ μετακλαίομαι. ἀλλὰ θανεῖν μοι*
*ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.*

Apud Aristophanem in Av. 1398. tres dimetri sine paroemiaco iambicis versibus inserti sunt. Eorum postremus hic est:

*ἁλιμένον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.*

Vt proceleusmaticus in hoc genere admittitur, ita etiam in eadem dipodia anapaestus dactylum sequi potest, ut apud Eurip. in Troad. 101.

*μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου.*

15. Proceleusmatico nonnumquam aut in tribus prioribus locis, aut etiam in omnibus usi sunt poëtae. Quattuor tamen proceleusmaticos in tragoedia non memini coniunctos invenire. Hephaestio de hoc genere sic scribit: *τῷ δὲ ἀναπαιστικῷ ὑποστέλλοιτο ἂν καὶ τὸ προκελευσματικὸν ὑπ' ἐνίων καλούμενον, οἷον τὸ τετράμετρον τοῦτο τὸ Ἀριστοφάνειον,*

*τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν.*

*γίνεται γὰρ, ἑκάστου τῶν πρώτων τριῶν ποδῶν ἀναπαίστων λελυμένου εἰς τὸν προκελευσματικόν, δίμετρον ἀκατάληκτον ἀναπαιστικόν. τινὲς δὲ αὐτὸ κατὰ πόδα διαιροῦντες, πυρρίχιακὸν καλοῦσι· τοῖς δὲ χαριεστέροις δοκεῖ ἀναπαιστικὸν εἶναι, ἀντὶ ἑκάστου ἀναπαίστου προκελευσματικοῦ παραλαμβανομένου ἐπὶ τῶν ἄλλων χωρῶν, ἐπὶ δὲ τῆς τελευταίας φυλαττομένου αὐτοῦ καθαροῦ καὶ μὴ λελυμένου.* Gaisfordius p. 289. Timothei versum addit apud

Etym. M. p. 630, 40. ex MS. Dorvilliano emendatum,

*τεταμένον ὀρίγανα διὰ μυελοτρεφῆ,*

et duos versus Diogenis Laertii VI. 79. quos ille se proceleusmatico metro scripsisse ait,

*Διόγενες, ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος;*
*ἐς Ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδαξ.*

Atque hi quidem non cohaerent perpetuitate numeri: cohaerent vero, quos idem Gaisfordius ex Aristoph. Lysistr. 545. sed dubitanter attulit. Ac sane dubitari potest, utrum anapaestici sint versus illi, an dochmiaci. Quamquam facilius crediderim anapaesticos esse. Non videtur autem animadvertisse vir praestantissimus, esse eos antistrophicos. Corrupta utrobique lectio sic fortasse poterit corrigi, v. 476.

*ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις;*
*οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδε γ'· ἀλλὰ βασανιστέον*
*τόδε σοι τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ,*
*ὅ τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κρανάαν*
*κατέλαβον, ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρον, ἄβατον*
*ἀκρόπολιν, ἱερὸν τέμενος.*

Primi duo versus Cretici sunt, quorum prior anacrusin habet. Tertius et sextus anapaestici dimetri brachycatalecti, reliqui duo acatalecti. Antistropha, quae gravius affecta est, fortasse hoc modo restituenda est:

*ἐγὼ γὰρ ἔτ' ἂν οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη,*
*οὔτε γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος.*
*ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι*
*μετὰ τῶνδ', ἀρετῆς ἕνεχ', αἷς ἔνι φύσις,*
*ἔνι χάρις, ἔνι θράσος, ἔνι δὲ τὸ σοφόν, ἔνι*
*φιλόπολις ἀρετὴ φρόνιμος.*

Formam *καματήριος* tueri videtur Hesychius. Apud Aeschylum in Persis inde a v. 934. saepius proceleusmaticus et anapaestus uno versiculo iuncti, quum medii sint inter alios anapaestos, ipsi quoque videntur anapaestici esse: etsi unus atque alter suspicionem facere possunt nu-

meri dochmiaci, in quam sententiam inclinabat Seidlerus de verss. dochm. p. 176. Addam alium locum, in quo frequens est proceleusmaticus, Aristophanis in Avibus v. 328. quorum antistrophicos v. 344. quoniam emendatione iis opus est, adscribam:

ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε
πολέμιον ὁρμὰν φονίαν, πτέρυγά τε·
πάντᾳ τ' ἐπίβαλε, πέρι τε κύκλωσαι·
ὡς δεῖ τῶδ' οἰμώξειν ἄμφω,
καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν.

Vbi observa hiatum in fine versus et sententiae.

16. Atque hoc quidem genus liberiorum anapaestorum apud tragicos frequentissimum est, maxime in recentiore tragoedia. Antiquior enim parcius eo usa videtur, Aeschylus hic illic aliquos habet, et sic etiam Sophocles: sed praeivit tamen, ut videtur, hac quoque in re Aeschylus, apud quem unum insigne exemplum diutius continuati huius numeri habemus in Persis v. 925. seqq. Euripides vero ad satietatem usque usurpavit, ut in Hecuba, in Troadibus, in Iphigenia in Tauris, in Ione. Caret hoc genus necessitate caesurae multosque continuos amat paroemiacos, eosque plerumque totos ex longis syllabis factos. Nam omnino ita spondeus in his versibus regnat, ut iure anapaesti spondiaci appellari possint, etsi iidem etiam proceleusmaticos recipiunt. Caesuram saepe de industria neglectam videmus, quo statim aliam indolem hi versus proderent. Paroemiaci quum continui ponuntur, apertum est, quia natura sua catalectici sunt, nulla eos numeri perpetuitate cohaerere. Itaque et in vocalem exire possunt, sequente versu a vocali incipiente, et syllabam ancipitem habent. Curatur tamen, ut plerumque in longa syllaba terminentur, quod sic aptius in tam tardo et gravi numero vox requiescit. Interdum a paroemiaco initium fit, ut in Troad. 122.

Nonnumquam etiam alii versus admiscentur, ut in Hecuba et in Ione. Exempla afferre non opus esse arbitror, quum fabulae, quas indicavi, horum abunde suppeditent. Invenitur autem hoc genus non solum in tragoedia, sed usurpatum est etiam a comicis: vide Aristoph. in Ran. 372. ss. in Av. 1058. ss. in Pace 433. s. 464. seqq. ut alios nonnullos locos praeteream. Illi quidem, qui sunt in Ranis v. 372. ss. non videntur antistrophici esse. Omninoque non puto recte Seidlerum contendere, ubique antistrophicos esse hos anapaestos. In Iphig. Taur. si sunt antistrophici, certe aliter strophas constitui debere, quam Seidlerus fecit, ostendi in censura, quae inserta est diariis litter. Lips. 1813. m. Octobr. n. 267—270. Emendatio carminum illorum, quae hoc metri genere scripta sunt, quum maiores progressus fecerit, iudicari poterit, an etiam dimeter brachycatalectus, cuius quaedam exempla quum alii loci, tum ille in Ranis praebent, itemque monometer hypercatalectus usurpati fuerint. Hunc quidem habere videtur Euripides in Hecuba v. 193. 196. ed. Pors.

*Πηλείδα, γέννα.*
*μάνυσον μᾶτερ,*

nisi dochmiaci sunt hi versus. Caeterum etiam recentiores Graeci paroemiacis spondiacis luserunt, ut Synesius, cuius quintus hymnus hoc metro scriptus est, et quidem octo ille et sexaginta versus ex solis spondeis factos complectens: nam v. 5. Synesius *ἔσπειραν* dederat.

17. Dicatur nunc de Romanis. Horum tragicos systematis dimetrorum una numeri perpetuitate cohaerentibus usos esse Bentleius in epistola ad Millium p. 474. aliquot exemplis docuit. Atque etsi, deperditis horum poëtarum scriptis, non omni ex parte de hac re iudicari potest, illud tamen ex tot anapaestorum fragmentis satis certo colligitur, Graecorum illos exemplum sequutos et

caesuram plerumque observasse, et paroemiaco finiisse systemata, et monometrum nonnumquam admiscuisse, et cavisse ne numeri perpetuitas interrumperetur. Sed ad numeri continuationem quod attinet, nescio an contenti fuerint, in ultima sede neque trochaeum vocali terminatum, neque Creticum ponere, qui pedes plane perturbant decursum numeri. Tribrachum quoque si non ubique, plerumque tamen evitatum credam. Non etiam hiatum. Certe sic Ennius in Alcmaeone apud Ciceronem Q. Acad. IV. 28.

*intendit crinitus Apollo*
*arcum auratum, luna innixus:*
*Diana facem iacit a laeva.*

Nisi una in principio syllaba deest. Caeterum recte libri veteres *luna*, neque id in *lunat* mutari debebat. Lunam vocat arcum curvatum. Nec trochaeus, quum quidem consonante vox terminatur, magnam offensionem habet, ut in Attii Eurysace, si recte Scaliger ad Varronem p. 107. duo fragmenta coniunxisset:

*nunc per terras vagus extorris,*
*exturbatus regno atque mari.*

Sed non docuit vir summus, quomodo ille mari exturbatus dici potuerit. Neque ita apud Nonium est, sed *regno exturbatus mari*, in v. *extorris*. Quae sequuntur, idem Nonius in v. *amfracta* affert. Non dubito cohaesisse ista fragmenta, sed servanda est vetus scriptura:

*nunc per terras vagus, extorris,*
*regno exturbatus, mari ....*
*super Oceani stagna alta patris*
*terrarum amfracta revisam,*

Tribrachus in fine, sed excusationem habens a sequente duplici consonante, est in Attii Philocteta apud Varronem p. 67. quem locum, cuius partem servavit Cicero Q. Tusc. II. 10. sic scribendum puto:

*Lemnia praesto*
*littóra iamiam et celsá Cabirum*
*delúbra tenes, mystériaque*
*pristína castis concépta sacris.*
*dein Vólcania templá sub ipsis*
*collíbus, in quos delátus locos*
*dicítur alto ab limíne caeli,*
*gravia éxspirante vapóre vides:*
*unde ignis cluet mortálibus clam*
*divísus: enim doctús Prometheus*
*clepsísse dolo, poenasque Iovi*
*fato éxpendisse suprémo.*

Hiatus, quem in aliud Attii fragmentum apud Nonium p. 425. Mercerus intulit, ex antiquis libris tollendus est:

*itera, in*
*quibus partibus, (namque audire volo,*
*si est, quem exopto) et quo captus modo,*
*fortunane an forte repertus.*

De Senecae tragoediis satis dictum est a Bentleio.

18. Paroemiacus in Senecae tragoediis nusquam invenitur. Sed has fabulas, quae nihil sunt nisi infelices imitationes Graecorum et veterum Latinorum tragoediarum, vix operae pretium est commemorare, praesertim si verum est, quod suspicor, non esse iis ultimam manum impositam. Quamquam quod ad anapaestos attinet, apertum est, poëtas istos consulto a paroemiaco abstinuisse, ineptissime quidem, quum hic numerus, si catalexi careat, valde invenustus sit. Veteres vero Romanorum tragicos non secus, quam Graecos, paroemiaco finire systemata solitos esse, satis ostendit Bentleius. Addi exemplis ab illo allatis quum alia possunt, tum haec Attii in Alphesiboea apud Nonium in v. *cunctant*:

*ita territa membra animo aegroto*
*cunctant sufferre laborem.*

In Epigonis apud eumdem p. 158. nescio an scribendum sit,

*sed iam Amphilochum huc vadere cerno: ita*
*nobis data pausa loquendi.*

Vulgo *et nobis datur bona pausa loquendi.* Sed *bona* in vett. edd. deest. Idem Attius in Bacchis apud Nonium p. 489.

*ubi sanctus Cithaeron*
*frondet viridantibus fetis.*

Male Delrius cum hoc fragmento coniunxit aliud, quod ex iambis est, ut ex Macrobio VI. 5. intelligitur. Tragicos sectatus est Varro in satiris. Vt in *Γνῶθι σαυτὸν* apud Nonium p. 140. qui versus ita scribendi videntur:

*dein certo alui fluctu, ut siccum*
*pareret mansum, quo venarum*
*sanguine rivos compleret.*

Sed quae indidem Nonius p. 169. affert, non, ut quibusdam visum est, anapaesti, sed iambi sunt:

*ut cremento corpora*
*fierent maiora parvo, ut suctu candido*
*lactis.*

Memoratu dignum fragmentum est eiusdem ex Dolio apud Probum ad Virgil. Ecl. VI. tentatum a Turnebo ad Varr. de L. L. p. 8. quod emendandum aliis relinquam. Et in *Γνῶθισαυτὸν* p. 148.

*ut sidera caeli*
*divum, circum terram atque axem*
*quae volvuntur motu orbito.*

Et p. 69. et 283.

*nil sunt Musae pollicis vestrae,*
*quas aerifice duxti.*

Et in Cosmotoryne apud Nonium p. 234.

*detis habenas animae leni,*
*dum ventus vos flamine sudo*
*suavem ad patriam perducit.*

Et in Eumenidibus apud Nonium p. 390.

*tertia poenarum infamia stans*
*nexa in vulgi*
*pectore, fluctuatim intonsa coma*
*sordida vestitu, ore severo.*

Sic edd. vett. Alii *fluctuanti*, unde *fluitanti* coniicias: quae verba commutantur etiam alibi, ut apud Catullum in Epithal. Pel. 68. Sed nescio an praestet antiqua lectio.

19. Liberioribus anapaestis, et nominatim spondiacis etiam Latinos tragicos usos esse, tanto facilius credam, quod horum exempla etiam in comoedia inveniuntur. Certa quidem ex tragicis exempla non habeo quae afferam: sed si e caesurae neglectione colligi aliquid potest, Ennius hoc genere usus est:

*tectis caelatis laqueatis,*
*auro, ebore instructum regifice.*

Sed operae pretium facient, qui ista fragmenta diligentius considerare volent.

20. Difficilior de comicis Latinis quaestio est. Terentius quidem nusquam usus est anapaestis; Plautus autem saepissime: sed quos hic habet, non solum elegantia multum cedunt illis, quos in tragicorum fragmentis videmus, sed saepe dubium est, an tetrametri sint. Nam quemadmodum in trochaicis atque iambicis numeris Latini contra Graecorum exemplum tetrametros acatalectos fecerunt, ita non dubium est, idem a comicis factum esse in numeris anapaesticis. Sunt tamen loci in Plauti fabulis, quos dimetris potius, quam tetrametris scriptos esse credibile sit. Memorabile est autem, continuationem numeri, sive, ut Graeci vocant, *συνάφειαν*, a Plauto neglectam esse. Omninoque ille non ita, ut tragici, legitimis systematis inhaesit, sed magis liberiore illo genere usus est, ut nunc paroemiacum initio poneret, nunc

alios versus admisceret, nunc finem faceret versu acatalecto. Satis ad regulam factum est systema, quod est in Casina II. 2, 31. nisi quod paroemiacus ei praemissus est:

MV. *tace sís stulta, et mi auscúlta:*
*nolí sis tu illi advórsari:*
*sine amét, sine, quod libet, id faciat,*
*quandó tibi nil*
*domi déliquum est.* CL. *satin sána es?*

Legitima dimetrorum systemata, qui volet, constituere poterit in Bacch. V. 2. Eiusmodi videtur esse in Casina III. initium scenae sextae, quod ita, nisi fallor, corrigendum est:

O. *vide fúr, ut sentis súb signis*
*ducás.* C. *qui vero súnt sentes?*
O. *quia, quód tetigere, illicó rapiunt;*
*si - eás ereptum, illicó scindunt.*
*ita quóquo adveniunt, úbi ubi sunt,*
*duplicí damno dominós multant.*
C. *eia.* O. *átat, cesso mágnifice*
*patricéque ita hero meo ire ádvorsum?*
ST. *bone vír, salve.* O. *fateór.* ST. *quid fit?*
O. *tu - amás: at ego esurio ét sitio.*
ST. *lepide éxcuratus incésti hodie.*
O. *vah.*
ST. *mane véro, quamquam fástidis.*
O. *hei heí, foetet tuus míhi sermo.*
ST. *quae rés?* O. *haec res.* ST. *etiámne adstas?*
O. *enimvéro πραγματα μοί παρεχεις.*
ST. *dabo μέγα κακον, ut opinór, nisi iam*
*restás.* O. *ὦ Ζευ, potin á me abeas,*
*nisi mé vis vomere hodié.* ST. *manedum.*
O. *quid est? qui ístic homo est?* ST. *herus*
*súm.* O. *qui - herus?*

ST. *quoius és servos tu.* O. *sérvos ego?*
ST. *atqué meus.* O. *non sum ego líber?*

Mutavi quaedam hic ex coniectura. V. 11. 12. vulgo O. *vah hodie.* At *hodie* Stalino tribuendum erat: *vah* autem Olympio extra versum adiicit. V. 19. vulgo *mane.* Sed V. C. vacuum spatium post hanc vocem habet: unde *manedum* scripsi. V. 20. libri, *quis hic homo est,* Terent. Heaut. III. 3, 1. *qui istic mos est.* V. 21. recepi lectionem codicis Lips. Aliud memorabile exemplum est in Sticho I, 1, 17. Initium huius scenae infra dabimus in versibus Ionicis a maiore. Sed a v. 9. primo iambicum systema e dimetris est, nisi cui lubeat hunc quoque locum in tetrametros, quorum ultimus catalecticus sit, dividi. Hos iambicos autem versus anapaestorum systemata sequuntur. Vtrosque emendatos adscribam:

PA. *speró quidem et voló: sed hoc*
*sorór, crucior, patrém tuum,*
*meúmque adeo, unus qui únice*
*civíbus ex omnibús probus*
*perhibétur, eum nunc ímprobi*
*viri ófficio uti, qui viris*
*tantás absentibús facit*
*iniúrias immérito,*
*nosque áb iis nunc abdúcere volt.*
*hae rés vitae me, sóror, saturant:*
*hae mihi dividiae et sénio sunt.*
PI. *neu lácruma, soror, neu túo id animo*
*fac, quód tuus pater faceré mínatur.*
*spes ést, eum melius fácturum.*
*novi égo illum: ioculo istaéc dicit:*
*neque illé sibi mereat Pérsarum*
*montís, qui esse aurei pérhibentur,*
*ut istúc faciat, quod tú metuis.*
*tamen sí faciat, minume írasci*

*decet: néque id immerito evéniet.*
*nam virí nostri domo ut ábierunt,*
*hic tértius annus.* PA. *ita, út memoras.*
PI. *quom ipsi ínterea vivánt, valeant,*
*ubi sínt, quid agant, ecquíd agant, neque*
*partícipant nos neque rédeunt.*
PA. *anné doles, soror, quia illi ófficium*
*suum nón colunt, quom tuum fácis?* PI. *ita pol.*
PA. *tace sís: cave sis audíam ego istuc*
*posthác ex te.* PI. *nam quí iam?*
PA. *quia pól meo animo omnis sápientis*
*suum offícium aequom est colere ét facere.*
*quamobrem égo te hoc, soror, tametsi és maior,*
*moneo, út tuum memineris ófficium, et*
*si illi ímprobi sint, atque áliter nos*
*faciánt, quam aequom est, tamen pól ne quid*
*mage símus. omnibus obnixe opibus*
*nostrum ófficium meminísse decet.*
PI. *placet: táceo.* PA. *at memineris fácito.*

V. 11. vulgo *unice qui unus.* V. 14. s. vulgo, *viris qui tantas absentibus nostris*, vel *nostris absentibus.* MS. Lips. omittit *nostris.* V. 17. vulgo *ab his*: sed V. C. *ab is. Nunc* ego addidi. V. 18. MS. Lips. *soror me.* V. 21. delevi incertae sedis pronomen *tibi*: nam vulgo *tibi tuus*, MS. Lips. autem *tuus tibi.* V. 23. MSS. et veteres editiones, ut dedi, *ioculo istaec.* V. 32. verba *ecquid agant* desunt in MS. Lips. atque aliquot vett. edd. quae si omittuntur, hic versus monometer, qui sequitur autem dimeter acatalectus erit. V. 34. libri *an id doles* et *suum officium.* V. 35. non inepte quis coniiciat, deleto *tuum* scribendum esse, *non faciunt, quum tuum colis.* Crebrae enim huiusmodi commutationes sunt. V. 37. vulgo ante *posthac* repetitum est *cave*,

quod auctoritate cod. Lips. delevi. V. 43. ss. vulgo, *tamen pol ne quid magis simus omnibus obnoxiae opibus: nostrum officium meminisse decet.* MS. Lips. et Dec. cum edd. quibusdam *obnixe* pro *obnoxiae*. Ed. Carp. *minus* pro *magis*, haud dubie a correctore. Mutata distinctione videbatur hic locus persanari. Hoc dicit: si illi improbi sint, ne nos magis improbae simus. Est autem aut *omnibus* prima brevi, aut *simus* una syllaba pronunciandum. Aliud exemplum est in Amphitr. I. 1, 6.

*ita quási incudem me míserum homines*
*octó válidi caedánt: itaque*
*peregre ádveniens*
*publicítus hospitio accípiar.*

Ita Charisius p. 190. nisi, quod *ita* pro *itaque* habet, ut multi codd. Plauti. Vulgo *hospitio publicitus*. *Publicitus* hic prima brevi est.

21. Dimetri sine paroemiaco sunt in Trinummo V. 1.

*Hic homo ést hominum omnium praécipuus,*
*voluptátibus gaudiisque ántepotens,*
*ita cómmoda, quae cupio, éveniunt:*
*ita gaúdiis gaudium súppeditat.*

Vulgo *omnium hominum*. Et in Rudente IV. 3, 22. ut videtur,

TR. *tuo cónsilio*
*faciám: nunc advorte ánimum: nam hoc*
*omne áttinet ad te.* GR. *quíd factum est?*

Ita MS. Lips. Vulgo, *namque hoc attinet omne*. MSS. Pall. et ed. Carp. *namque hoc omne attinet*. Legitima vero systemata, si recte coniicio, sunt in Pseud. IV. 1, ubi primo a v. 29. stropha est atque antistropha ex dimetro anapaestico et tetrametro Bacchiaco; tum systema anapaesticum; deinde anapaestici tetrametri catalectici;

denique rursum vel systema dimetrorum, vel tetrametri acatalecti, finiti catalectico. Locus ita habet:

a SI. *potin' út taceas? memorem ímmemorem facít, qui monét, quod memór meminit. téneo.*

a *omnía mi in pectore cóndita sunt, meditáti dolí sunt docté.* PS. *probus homo híc est.*

b SI. *neque hic ést, neque ego.* PS. *at vide né titubes.*

SI. *potin' út taceas?*

PS. *ita mé di - ament.* SI. *ita nón facient: mera idm mendacia fúndes.*

c PS. *ut ego ób tuam, Simia, pérfidiam te - amo ét metuo et magnífico.*

SI. *ego istúc aliis dare cóndidici: mi obtrúdere non potes pálpum.*

PS. *ut egó te hodie accipiám lepide, - ubi efféceris hoc opus,* SI. *há ha he.*

d PS. *lepidó victu, vino, únguentis, et intér pocula pulpámentis:*
*ibidem úna aderit muliér lepida, - tibi suávia super suavía quae det,*

SI. *lepide áccipis me.* PS. *immo si éfficies, tum fáxo etiam magis dícas.*

Vulgo in quarto horum versuum, *probus hic est homo*: in ultimo autem *efficies* pro *efficis* scripsi, et addidi *etiam*.

22. Mixti sunt anapaesti aliis versibus in Menaechm. II. 3. qui locus ita scribendus videtur:

*Síne fores sic: abi:*
*nolo ópperiri: intús para, curá, vide,*
*quod opúst, fiat: sterníte lectos,*
*incéndite odores. múndities,*

*illécebra animo est ea amántum.*
*amánti amoenitás malo est, nobis lucro est.*
*sed ubi ílle est, quem cóquus ánte aedis*
*ait ésse? atque eccum vídeo:*
*quí mihi est úsui et plúrimum pródest.*
*item huíc ultro fit, út meret: potíssimust nostraé domi.*
*nunc éum adibo: alloquar últro.*
*animúle mi, mihi mirá videntur,*
*te hic stáre foris, fores quoí pateant*
*magis, quám domus tua, domus quom haéc tua sit.*
*omné paratum est,*
*ut iússisti atque ut vóluisti:*
*neque tíbi iam est ulla mora íntus.*
*prandium, út iussisti, hic cúratum est:*
*ubi lúbet, ire licet accúbitum.*

In his primus versus Creticus est, secundus et sextus trimetri iambici; nonus Creticus tetrameter catalecticus; decimus iambicus octonarius. V. 3. MS. Lips. *quod opus fiat*, nisi quod *fiat* male Cylindro tribuit, ut vulgati. V. 8. *ait esse* MS. Lips. et ed. Carp. Vulgo *esse ait*. V. 10. libri, *potissimus nostrae domi ut sit*, quod videtur ex interpretatione ortum, oblitterata ea scriptura, quam reposui. V. 13. sic ed. Carp. Vulgo *hic te*. V. 17. addidi *iam*. In MS. Lips. et ed. Carp. v. 15—17. omissi sunt.

23. Spondiacis anapaestis usus est Plautus in Sticho II. 1, 37.

*aperíte atque approperáte, fores*
*facite út pateant, removéte moram.*
*nimis haéc res sine curá geritur:*
*vide quám dudum hic adsto ét pulto.*
*somnóne operam datis? éxperiar,*

*fores, án cubiti, an pedes plús valeant.*
*nimis véllem hae fores herum fúgissent,*
*ea caússa ut haberent málum magnum.*
*deféssus sum pultándo.*
*nunc hóc postremum est vobis.*
G. *ibo átque hunc compellábo.*
*salvós sis.* D. *et tu sálve.*
G. *iam tú piscator fáctu's?*
D. *quam prídem non edísti?*
G. *unde ís? quid fers? quid féstinas?*
D. *tua quód nil reffert, né cures.*
G. *quid istúc est?* D. *quas tu edés colubras.*
G. *quid tam íracundu's.* D. *si ín te, pudor ássit, non me appélles.*
G. *possúm scire ex te vérum?*
D. *potes: hódie non coenábis.*

Nihil in his mutavi, nisi quod in octavo versu *malum magnum* posui, ubi vulgo *malum*, pro quo codd. Pall. *manum*, omissa altera voce. V. 10. addidi *nunc*. V. 11. servavi vulgatam. Codd. *compello*. V. 17. Codd. *quid istinc est*. Deinde vulgo *quas tu vides*. Ed. Carp. *quas tu vices*. V. C. *qua tui des*.

24. Aliud anapaestorum spondiacorum exemplum in Cistellaria II. 1. reperisse mihi videor, qui locus, ni fallor, ita corrigendus est:

*Credo égo amorem primum ápud homines carnificinam comméntum.*
*hanc égo de me coniécturam domi fácio, ne foris quaéram,*
*qui omnís homines super ántideo cruciábilitatibus ánimi,*
*iáctor, crucior, ágitor, stimulor, vórsor in amoris rota,*
*miser éxanimor,*

*feror, dífferor, distrahor, díripior.*
*ita núllam mentem animi hábeo: ubi sum,*
*ibi nón sum; ubi non sum, ibi ést animus.*
*ita mi ómnia nunc ingénia insunt:*
*quod lúbet, non lubet iam id cóntinuo.*
*ita amór lassum animi lúdificat,*
*fugat, ágit, appetit, et ráptat,*
*retinét, lactat, largítur:*
*quod dát, non dat: delúdit:*
*modo quód suasit, dissuásit:*
*quod díssuasit, id osténtat.*
*marítumis moribús . .*
*mecum éxperitur: ita meum*
*frangít amantem animum, néc nisi quia*
*miser nón eo pessum, úlla abest*
*mihi pérdito pernícies.*
*ita páter apud villam détinuit*
*me hos diés sex ruri cóntinuos,*
*neque licitum est interea meam amicam*
*vísere.*
*estne hóc miserum memórátu?*

Horum versuum quartus trochaicus est. V. 17—21. systema sunt iambicum, nisi fallor. V. 17. excidisse videtur *malis*. V. 19. *nec* scripsi pro *neque*. V. 20. seq. vulgo *mihi ulla abest*, sed cod. Lips. *ulla mihi abest*. V. 24. dedi, ut est in cod. Lips. Hic versus est iambicus trimeter. Caeteri omnes anapaestici sunt.

---

## CAP. XXXIII.

### *De anapaesticis tetrametris.*

1. Tetrametri duo apud antiquos inveniuntur, catalecticus, qui solius comoediae proprius est, et acatalectus, quem apud solos Romanos in usu fuisse arbitror. Horum

catalecticus a grammaticis Aristophaneus dictus est, etsi multi ante Aristophanem, ut Hephaestio docet, hoc metrum usurparunt. De hoc versu accuratissime exposuit Porsonus in praefat. ad Eurip. Hecub. p. 46. seqq. Constat ille ex dimetro acatalecto et paroemiaco in unum coniunctis, caesura in fine quarti pedis sedulo observata, plerumque etiam incisione facta in secundi pedis fine; tum evitato ubique proceleusmatico, aliisque in rebus cura adhibita diligentissima.

2. Ac primo quod ad caesuram attinet, verum sane est, quod ait Porsonus, plerisque in locis, in quibus ea neglecta reperiebatur, codices MSS. meliorem scripturam suppeditasse; alios autem, qui supererant, locos ipse maximam partem praeclare correxit: sed vereor tamen, ne in hac re acciderit, quod fere ubique evenisse videmus, ut, quemadmodum ante in concedenda venia, ita post in deneganda iusti fines excedantur. Nam illud quidem neminem dubitaturum putamus, vitiosos esse versus, qualis hic est in Acharn. 645.

*ὅστις παρεκινδύνευσεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια,*

aut ubi in articulo vel praepositione ad sequentia pertinente caesura fiat, ut in Nub. 371. Ran. 1058.

*νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γέ τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ*
*προσέφυσας.*
*εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας, μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν*
*ἐδίδαξα.*

At si in dimetris saepe non in secundi pedis fine, sed in syllaba brevi, quae sequitur eum pedem, inciditur; immo si in syllaba ea, quae prima est anapaesti in sequente versu, ut in loco supra allato e Vespis 750.

*ἵν' ὁ κήρυξ φησί· τίς ἀψήφι-*
*στος; ἀνιστάσθω·*

non est profecto, quare negemus idem fieri potuisse in tetrametro. Quare hunc versum in Avibus, 600.

τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασι· λέγουσι δέ τοι
τάδε πάντες,

quem ex coniectura corrigunt viri docti, ego quidem non dixerim emendatione opus habere.

3. Quoniam ex dimetro acatalecto et paroemiaco compositus est tetrameter catalecticus, consentaneum est, observari etiam illam caesuram, quae in dimetro usitata est. Sed non est tamen mirum, saepius eam neglectam inveniri, quia potior est ea caesura, qua dimeter a paroemiaco separatur. Quum autem dimeter, ut supra dictum est, ubi in secundi pedis fine non inciditur, caesuram habere soleat in brevi syllaba sequentis anapaesti, idem factum videmus in tetrametro. Vt in Pluto v. 570.

ἐπιβουλεύουσί τε τῷ πλήθει.

Vide v. 584. Nub. 322. 358. 370. 375. 398. 962. 975. 976. 978. 987. Ran. 1044. 1052. 1067. Av. 468. 488. 493. 566. 575. 685. 695. Equit. 763. 774. 781. 812. Lysistr. 490. 510. 530. 578. Ach. 628. 653. Vesp. 706. 716. 1043. 1047. Thesm. 795. 799. 811. Eccl. 597. 639. 647. 664. 672. 682. Quibus locis si addes corruptum in Ran. 1028. et versus, in quibus particula γε, quae pro parte praecedentis vocabuli haberi potest, tertium anapaestum incipit, Plut. 566. Nub. 267. 401. 1002. Ran. 1065. Lys. 582. Vesp. 581. vix alia huius generis apud Aristophanem exempla invenientur. Sed praeter haec aliis quoque modis haec caesura negligitur: in qua re non putandum est certas quasdam regulas observatas esse, sed prouti quidque auribus minus displicebat, ita facilius admissum reperitur. Operae pretium erit, modos istos commemorare, indicatis locis, in quibus inveniuntur, omnibus, nisi unum alterumve adnotare neglexi.

4. Ac primo saepe sic migratur illa caesura, ut vocabulum usque ad tertiam arsin progrediatur, tertiusque

pes anapaestus sit: ut in Pluto v. 519.

*ὠνησόμεθ' ἀργυρίου δήπου.*

Vide Nub. 274. 336. 380. 967. 972. 990. 1000. Ran. 1033. 1048. Av. 687. 696. Eq. 516. 530. 1323. Lys. 491. 517. 554. 577. Ach. 637. Vesp. 381. 571. 611. 652. 680. 712. Eccl. 616. Et ut tertius pes spondeus sit, ut in Nub. 346.

*ἤδη πότ' ἀναβλέψας εἶδες.*

Vide v. 371. 425. 1005. Eq. 1321. Pac. 743. Lys. 519. Vesp. 564. 579. 587. Huc retulerim Ach. 645.

*ὅστις παρεκινδύνευσεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια.*

Quem etsi eleganter refinxit Porsonus p. 47. tamen haud scio an praestet faciliore mutatione scribi:

*ὅστις παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.*

Alibi ante tertiam arsin finitur vox duabus brevibus syllabis: ut in Nub. 355.

*καὶ νῦν ὅτι Κλεισθενῆ εἶδον, ὁρᾷς.*

Vide v. 364. 394. 996. Av. 503. 549. 551. 719. Eq. 1318. Pac. 737. Lys. 494. Vesp. 1044. Eccl. 681. Rarius secundam arsin una excedit longa syllaba, ut in Nub. 374.

*ἀλλ', ὅστις ὁ βροντῶν ἐστι, φράσον.*

Vide v. 437. Vesp. 552. 713. Vnum exemplum reperi vocabuli usque ad primam quarti anapaesti syllabam procedentis, in Lysistr. 485.

*ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν.*

Vnum etiam trochaeo post secundum anapaestum finiti, in Vesp. 595.

*εἶπῃ τὰ δικαστῆρι' ἀφεῖναι.*

Denique alia superest ratio negligendae caesurae, de qua perelegans est observatio Porsoni, si secundus pes dactylus, tertius spondeus sit, ultimam dactyli syllabam non inchoare vocem iambicam aut Bacchiacam. Vnde in Eq. 508. et Eccl. 518.

*ἠνάγκαζεν ἔπη λέξοντας,*

*ξυμβούλοισιν ἁπάσαις ὑμῖν,*

scribendum esse,

*ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη,*

ex argumento Nubium, et cod. Rav. et

*ξυμβούλοισιν πάσαις ὑμῖν.*

Ac de priore quidem loco assentior, non etiam de altero. Nam multo asperior est et invenustior numerus, si vox in longa syllaba post arsin secundam finitur, quam si longius procedens nullam eo loco pausam fieri patitur. Ita etiam in Nub. 353.

*ταῦτ᾽ ἄρα, ταῦτα Κλεώνυμον αὖται.*

Contra quis ferat in Vespis v. 684.

*σοὶ δ᾽ ἦν τίς γε διδῷ τρεῖς ὀβολούς?*

Atque ibi recte vulgo, consentientibus codd. Rav. et Ven.

*σοὶ δ᾽ ἦν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς.*

Non multo elegantior versus est in Pac. 732.

*ἀλλὰ φύλαττε σὺ ταῦτ᾽ ἀνδρείως,*

etsi hic non violatur caesura. Sed cod. Ven. praebet:

*ἀλλὰ φυλάττετε ταῦτ᾽ ἀνδρείως.*

Omnino autem plures sunt rationes componendorum vocabulorum, quae etsi parum elegantes sunt, non tamen continuo vitii suspectae esse debent. Ita nemo diffitebitur, non elegantem esse versum, cuius in secunda quartave arsi vox monosyllaba sit, praegresso plurium syllabarum vocabulo. Vtrumque coniunctum est in hoc versu Eq. 778.

*ἁρπάζων γὰρ τοὺς ἄρτους σοι.*

Multi tamen huiusmodi versus inveniuntur, ut in Av. 479. 569. 607. Eq. 525. 784. Lys. 489. Vesp. 687. Eccl. 516. 630.

*νὴ τὸν Ἀπόλλω· πάνυ τοίνυν χρή.*
*ᾧ προτέρῳ δεῖ τοῦ Διὸς αὐτοῦ.*
*ἢ παιδάριὸν ὄντ᾽ ἀποθνήσκειν δεῖ.*
*ἐξεβλήθη πρεσβύτης ὤν.*

οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι.
διὰ ταῤῥύριον πόλεμοῦμεν γάρ:
ὅταν εἰσελθὼν μειράκιόν σοι.
οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σοῦ.
ἢ Λυσικράτους ἄρα νυνὶ ῥίς.

Atque ita alibi saepius. Haud scio tamen, an horum nonnulla librariis debeantur. Ita in Av. 480.

ὡς οὐ ταχέως ἀποδώσει Ζεύς,

ubi codd. Rav. et Ven. recte,

οὐκ ἀποδώσει ταχέως ὁ Ζεύς.

Et in Ach. 655.

ἀλλ' ὑμεῖς μή ποτ' ἀφήσηθ', ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια.

Rav. ἀφήσεθ'. At scribendum est:

ἀλλ' ὑμεῖς μή ποτ' ἀφῆσθ', ὡς οὐ κωμῳδήσει τὰ δίκαια.

Illos vero locos, in quibus crasis duas voces coniungit, nihil offensionis habere apparet, ut Vesp. 682.

οὐ γὰρ μεγάλη δουλεία 'στίν.

5. Proceleusmaticum pro anapaesto nusquam positum inveniri, nisi in locis corruptis, quin ne anapaestum quidem dactylo praegresso poni, iure monitum est a Porsono. Videtur ille tamen latius, quam debebat, hanc regulam extendere, quum a quarto pede prorsus arcendum putat dactylum. Nemo sane ei refragabitur de Vesp. 673. sed in tribus reliquis, quos affert locis, ego quidem non ausim pedem istum mutare. Sunt ii in Vesp. 550. 397. Nub. 326.

ἔστιν ὁπῃ δῆθ', ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' εἴης διορύξαι.
αὐτὸν δήσας, ὦ μιαρώτατε, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει.
ὡς οὐ καθορῶ. παρὰ τὴν εἴσοδον· ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτάς.

Nam paucitas exemplorum non facit, ut quid illicitum existimari debeat, nisi aliae rationes vincant. Atqui quum in dimetrorum systematis saepissime versus in dactylum exire videamus, quidni idem etiam in tetrametro, cuius pars est dimeter, fieri potuisse censebimus? etsi, quoniam minus numerosa haec compositio est, nihil mirum est, si raro eam poëtae usurparunt. Praeterea quum in iisdem dimetrorum systematis versui in dactylum exeunti anapaestus subiectus inveniatur, quam rationem supra etiam iambicis trimetris et tetrametris in caesura vindicavimus, ne ille quidem versus in Vespis, cuius posterior pars ab anapaesto incipit, contra librorum fidem mutandus videtur. Multo minus quisquam, opinor, adduci se patietur, ut in Nubium versu audacissimam Porsoni coniecturam probet:

*ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν εἴσοδον ἤδη.*

Hoc enim non emendare est, sed ipsum versus facere. Qui toties genuinam lectionem conservavit liber Ravennas, hic quoque, nisi fallor veram scripturam praebet, si eam recte interpretamur:

*ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤ. ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτάς.*

Hoc enim vult: *ἤδη νῦν καθορῶ, ὡς μόλις αὐτάς:* iam tandem conspicio, quae propemodum eae esse videntur.

6. Posteriorem tetrametri partem Aristophanes ita composuit, ut in quinta sede anapaestum, spondeum, dactylum admitteret, a sexta autem dactylum, a septima non solum hunc, sed etiam spondeum excluderet, hac forma:



Spondeum tamen in septima sede positum a Cratino esse, hoc exemplo docet Hephaestio:

*ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθάρχῃ.*

Idemque fecisse Epicharmum, qui, ut Hephaestio refert, duas integras fabulas hoc metro scripsit, *Χορεύοντας* et *Ἐπινίκιον*, nescio an ex Plauto, qui hunc imitatus est, coniici possit. Atque ante Epicharmum qui hoc versu usus est, Aristoxenus Selinuntius, posteriorem partem ex solis spondeis composuit, ut in hoc apud Hephaestionem exemplo,

*τίς ἀλαζονίαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις.*

Ac versus spondiacum exitum habentes a quibusdam Laconicos vocari tradit Hephaestio, hoc usis exemplo,

*ἄγετ', ὦ Σπάρτας ἔνοπλοι κοῦροι, ποτὶ τὰν Ἄρεος κίνασιν.*

7. Ad prosodiam quod attinet, productionem brevis syllabae ante mutam cum liquida non nisi quum verba ex epicis, lyricis, tragicis orationi intexuntur, usurpari, Porsonus adnotavit p. 56. Interdum etiam longa vocalis vel diphthongus ante vocalem corripitur, quae usitata in dactylicis numeris ratio est: ut in Pluto 528.

*οὔτ' ἐν δάπισιν· τίς γὰρ ὑφαίνειν ἐθελήσει, χρυσίου ὄντος.*
*ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ.*
*καὶ νῦν ὅτι Κλεισθενῆ εἶδον, ὁρᾷς.*
*αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαί.*

Interdum desideres in hac re elegantiam, ut in Nub. 977. et in Vespis 673.

*ἠλείψατο δ' ἂν τοὐμφαλοῦ οὐδείς.*
*οἱ δὲ ξύμμαχοι, ὡς ἤσθηνται.*

In Av. 611.

βαβαί· ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῖν
βασιλεύειν,

cod. Ven. αἰβοῖ: quo recepto ὡς delendum.

8. Videamus nunc Latinos. Apud hos quoque sola comoedia, quantum ex fragmentis colligi potest, tetrametro catalectico usa est, multum sibi licentiae indulgens, ut nec caesuram ubique observaret, neque a proceleusmatico abstineret, spondeos autem in fine saepissime et frequentius anapaestis admitteret, ipsam denique ultimam arsin, ut in aliis quoque versibus, solvi pateretur. Praeterea, ut alios tetrametros, ita hunc quoque Plautus asynartetum esse voluit: unde et hiatum in caesura sibi permittit, et productionem syllabae brevis. Est autem hic quum alibi hoc versu usus, tum luculentissimo exemplo in Milite IV. 2, 20. seqq. quem locum olim Reizii auctoritate adductus metrum habere putabam asynartetum ex dimetro trochaico acatalecto et iambico dimetro catalectico, nunc autem persuasum mihi est, anapaestis eum scriptum esse. Nam sicubi maior in corripiendis contrahendisve syllabis licentia conspicitur, meminisse debemus, Plautum in hoc metri genere omnino maiorem sibi libertatem concessisse. Versus hi sunt:

PA. *erit, ét tibi exoptatum óbtinget: bonum habe ánimum, ne formída:*
*homo quídam est, qui scit, quód quaeris, – ubi sít.* M. *quem – ego hic audívi?*
PA. *sociúm tuorum consíliorum et partícipem consiliárium*
M. *tum pól ego, quod celo, haúd celo.* – PA. *immo étiam si non célas.*
M. *quo argúmento?* PA. *infidó celas: ego súm tibi firmus, fidélis.*
M. *cedo sígnum, si harunc Báccharum es.* PA. *amat múlier quaedam quémdam.*

M. *pol istúc quidem multae.* PA. *at nón multae de dígito donum míttunt.*
M. *enim cógnovi nunc. fécisti modo mi éx proclivo plánum.*
*sed hic númquis adest.* PA. *vel adést, vel non.* M. *cedo té mihi solae sólum.*
PA. *breven', án longinquo sérmone?* M. *tribus vérbis.* PA. *iam ad te rédeo.*
PY. *quid? ego híc adstabo tántisper cum hac fórma et factis? sic, sic*
*frustrór.* PA. *patere, atque adstá. tibi ego hanc do operám.* PY. *properando excrúcior.*
PA. *pedeténtim: tu haec scis: tráctare ita solitú's has huiusmodi mérces.*
PY. *age, age, út tibi maxime cóncinnumst.* PA. *nullum ést hoc stolidius sáxum.*
*redeo ád te. quid me vóluisti?* M. *quo pácto hoc dudum accépi,*
*istúc fero ego ad te cónsilium.* PA. *quasi hunc dépereat.* M. *teneo istuc.*
PA. *collaúdato formam ét faciem, et virtútes commemoráto.*
M. *ad eám rem habeo omnem aciém, tibi uti dudúm iam demonstrávi.*
PA. *tu caétera cura et cóntempla, et de meís venator vérbis.*
PY. *aliquám mihi partem hodie óperae des denique: iam tandem ades álluc.*
PA. *assum: ímperita, quid vis.* PY. *quid illaec narrát tibi.* PA. *lamentári*
*ait íllam miseram, crúciari, et lacrumántem se afflictáre,*
*quia tis egeat, quia té careat. – ob eám rem huc ad te míssa est.*

PY. *iube adíre.* PA. *at scin quid tú facias? face té fastidi plénum,*
*quasi nón lubeat: me inclámato, quia sic te volgo vólgem.*
PY. *memini, ét praeceptis párebo.* PA. *voco ego érgo hanc, quae te quaérit?*
PY. *adeát, si quid volt.* PA. *sí quid vis, adi, múlier.* M. *pulcer, sálve.*
PY. *meum cógnomentum cómmemorat. di tíbi dent, quaecumque óptes.*
MI *tecum aétatem exigere út liceat.* PY. *nimium óptas.* M. *non me dico,*
*sed herám meam, quae te démoritur.* PY. *multae áliae idem istuc cúpiunt,*
*quibus cópia non est.* M. *hem - écastor, haud mírum, si te habes cárum,*
*hominém tam pulcrum, et praéclara virtúte, et forma, et fáctis.*
*heus, dignior hoc fuit hómo, qui esset?* PA. *non hércle humanust, crédo:*
*nam vúlturio plus húmani, credo, ést.* PY. *magnum me fáciam,*
*nunc, quóniam illaec me cóllaudat.* PA. *viden ignavum, ut sese ínfert?*
*quin tu huíc responde. haec íllaec est ab illá, quam dudum díxi.*
PY, *quanam áb illarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haud póssum.*
M. *ab illá, quae digitos déspoliat suos, ét tuos digitos décorat.*
*nam hunc ánnulum - ab tui cúpiente huc nunc détuli ego huic; hic pórro.*
PY. *quid núnc tibi vis, muliér, memora.* M. *ut, quae té cupit, eam ne spérnas,*

*quae pér tuam nunc vitám vivit; sit, néc sit, spes in te úno est.*
PY. *quid núnc volt?* M. *te compéllare, et complécti, et contrectáre.*
*nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.*
*age, mí Achille, fiat, quód te oro: serva íllam pulcram púlcre.*
*expróme benignum ex te íngenium, — urbicape, occisor régum.*
PY. *heu, hercle ódiosas res, quótiens hoc tibi, vérbero, ego interdíxi,*
*meam né sic volgo póllicitere operám.* — PA. *audin' tu, múlier?*
*dixi hóc tibi dudum, et núne dico, ni huic vérri affertur mérces,*
*non híc suo seminió quamquam porcéllam impertitúrust.*
M. *dabitúr, quantum ipsus preti poscet.* PA. *talentúm Philippum huic opus aúri est.*
*minus áb nemine accipiét.* M. *heu heu ecastór, nimis vile est tándem.*
PY. *non míhi avaritia umquam ínnata est: satis hábeo divitiárum.*
*plus mi aúri mille est módiorum Philippi.* PA. *praeter thesaúrum.*
*tum argénti móntis, nón massas, habet: Aétna haud mons aeque áltust.*
M. *heu ecástor periúrum.* PA. *út ludo.* M. *quid ego? út sublecto os.* PA. *scíte.*
M. *sed, amábo, mittito me áctutum.* PA. *quin tu huíc respondes áliquid*
*aut fácturum, aut non fácturum. quid íllam miseram animi excrúcias,*

*quae númquam male de té merita est?* PY. *iube eámpse exire huc ád nos:*
*dic me ómnia, quae volt, fácturum.* M. *facis núnc ut te facere aéquum,*
*quom, quaé volt, eadem tú vis;* PA. *non hic insulsum habet ingénium.*
*quomque óratricem haud sprévisti, sistíque exorare éx te.*
*quid est? út ludo.* PA. *nequeo hércle quidem risú med admoderári.*
*ob eám caussam huc abs te ávorti.* PY. *non édepol tu scis, múlier,*
*quantum égo honorem nunc illi habeo.* M. *scio, et ístuc illi dícam.*
PA. *contra aúro alii hanc vendére potuit – operam.* M. *ístuc pol tibi crédo.*
PA. *meri béllatores gígnuntur, quas híc praegnantis fécit,*
*et púeri annos octíngentos vivúnt.* M. *vae tibi nugátor.*
PY. *quin mílle annorum pérpetuo vivúnt, ab saeclo ad saéclum.*
PA. *eo mínus dixi, ne haec cénseret me advórsum se mentíri.*
M. *perií, quot hic ipse annós vivet, quoius fílii tamdiu vívunt.*
PY. *postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter ex Ope nátust.*
PA. *si hic prídie natus fóret, quam ille est, hic habéret regnum in caélo.*
M. *iam idm sat amabo est: sínite abeam, si póssum, viva a vóbis.*
PA. *quin érgo abis, quando résponsum est.* M. *ibo átque illam huc addúcam,*

*quam própter opera est mihi. númquid vis?*
PY. *ne mágis sim pulcer, quám sum:*
*ita mé mea fórma habet sóllicitum.* PA. *quid hic núnc stas? quin abis?* M. *ábeo.*
PA. *atque ádeo audin tu? dícito docte et córdate.* M. *ut cor sáliat.*
PA. *Philocómasio dic, si ést nunc hic, domum ut tránseat: hunc hic ésse.*
M. *hic cúm mea hera est: clam nóstrum nunc sermónem sublegérunt.*
PA. *lepidé factum est: iam ex sérmone hoc gubernábunt doctius pórro*
*rem.* M. *mé remorare.* PA. *abeó, neque te moror, néque tango, neque — táceo.*
PY. *iube máturate illam éxire huc: iam istíc rei praevortémur.*

V. 24. *infido* MS. Lips. et ed. Carp. Iidem libri et MS. Decurt. *firme fidelis.* V. 29. vulgo *brevin'.* V. 30. *si sic frustror* ed. Carp. Sic etiam MS. Lips. nisi quod *sic sic.* V. 32. vulgo *tractari ita solere.* MS. Lips. et ed. Carp. *tractare soles.* V. 35. addidi *ego.* V. 37. Vulgo *ut. Iam* addidi ex MS. Lips. et ed. Carp. V. 39. scripsi *illuc* pro *illico.* V. 40. vulgo, *inpera si quid vis.* V. 45. addidi *ego.* V. 47. vulgo *quis commemoravit*, et, *quae optes. Quis* omittunt MS. Lips. et ed. Carp. et habent *quaecumque.* V. 50. ita hunc versum exhibent libri veteres nisi quod non habent *hem.* V. 52. iidem libri, *heus dignior fuit quisquam*, et *credo* pro vulgato *ergo.* V. 54. *infert* pro *inferat* Reizius. V. 58. libri veteres *huc detuli huic porro.* Ed. Carp. *porto.* V. 64. *ex te* MS. Lips. et ed. Carp. Vulgo *ex tete*, non minus salvo versu. V. 66. vulgo *polliciteris.* MS. Decurt. *pollicitare.* In fine fortasse scripserat poëta, *audin tu istuc, mulier.* V. 67. vulgo *nisi.* V. 68. *porcellam* Reizius. V. 70. duplicavi *heu. Nemine* contractum est

in duas syllabas: vide Bentleium ad Ter. Hec. III. 1, 1. Eun. III. 2, 7. — V. 71. ita cod. Lips. Vulgo *satis est divitiarum*. V. 73. vulgo *Aetna mons non aeque altus*. V. 74. delevi *hominem*. V. 97. addidi *nunc*. V. 98. *hunc* in *nunc* mutavi. Alia leviora quae vel ex libris veteribus, vel ex coniectura correxi, disertius indicare non est operae pretium. Hoc metro scriptum est etiam in Casina V. initium scenae secundae. Elegantissimos habet Varro apud Nonium in v. *anticipare*:

*persénsistis: dicíte labdae, et vivós contemnite vivi:*
*anticipate atque addíte calcar, stultós contemnite dócti.*

Sic scripsi ex veteri lectione *psesistis*. Alii *sensistis*, alii *ipse fistis*, Laurenbergius in Antiquario v. *labdae*, *depsistis* dederunt. De sensu fragmenti non videtur certi quid constitui posse.

9. Praeter tetrametrum catalecticum Plautus etiam acatalectum non uno in loco usurpavit: quod non magis fortasse Graecorum exemplo factum est, quam quum in trochaico atque iambico genere Latini tetrametros acatalectos condiderunt. Commemoratur tetrameter acatalectus in fragmento, quod Censorino tribuitur p. 150. ubi quum catalectici Aristophanei hoc exemplum prolatum esset,

*axéna Ponti per fréta Colchos denique delatus adhaési,*

quod si ex tragoedia aliqua sumptum est, potius finis esse systematis dimetrorum videbitur, anapaestici octonarii hoc exhibetur exemplum:

*oré beato lumíne volitans qui pér caelum candídus equitas.*

Ex Plauto afferam primo locum in Aulularia IV. 9. qui ille ipse est, de quo Sisenna in commentario in Aulula-

lariam apud Rufinum p. 2711. scribit: *haec scena anapaestico metro est, sed concisa sunt, ut non intelligas.* Quod si homo Romanus iam ita iudicavit, tanto aequiores arbitros nobis fore speramus, quum scenam istam restituere numeris suis conabimur. Sunt autem primi tantum novem versus anapaestici tetrametri, quos sequuntur iambici tres octonarii unusque septenarius: deinde est anapaesticus Aristophaneus, et paroemiacus.

*Perii, interii, occidi: quó curram? quo nón curram? tene, téne quem? quis?*
*nescío, nil video, caécus eo, atque equidém, quo - eam, aut ubi sim, aút qui sim,*
*nequeó cum animo certum ínvestigare: óbsecro vos ego, mi aúxilio,*
*oro, óbtestor, sitís, et hominem demónstretis, qui eam ábstulerit.*
*quid ais tu? tibi credére certum est: nam essé bonum é voltu cógnosco.*
*quid est? quíd ridetis? nóvi omnis. scio fúres esse hic cómpluris,*
*qui véstitu et creta óccultant sese, átque sedent, quasi sínt frugi.*
*hem, némo habet horum: occídisti. dic ígitur, quis habet. néscis?*
*hei mé miserum, miserúm: perii male pérditus: pessume ornátus eo.*
*tantúm gemiti et malái maestitiae híc dies mihi óbtulit,*
*famem ét pauperiem: pérditus peníssume sum ego ómnium*
*in térra: nam quid mi ópus est vita, quí tantum auri pérdidi,*
*quod cústodivi sédulo: - egomét me defraudávi,*

*animúmque meum, geniúmque meum: nunc eo álii laetificántur,*
*meo málo et damno; pati néqueo.*

V. 6. 7. 8. vulgo alio ordine positi sunt. V. 10. variat lectio in MSS. et apud Priscianum p. 712. ac Nonium in v. *gemiti.* V. 11. *perditus penissume* MSS. Langii suppeditarunt. Dein vulgo *ego sum.*

10. Vnus octonarius, nisi fallor, inter medios iambicos octonarios in Amphitruone est V. 1, 10.

*Strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus, subito, út propere, ut validé tonuit.*

Vulgo *ut subito.* Plures et octonarii et septenarii sunt in Casina II. 3.

*Omnibus rebus credo égo amorem anteventre nitoribus nítidis,*
*nec póte quidquam commémorari, quod plús salis, plusque lepóris*
*hoc hábet. equidem nimis démiror, qui utúntur condiméntis,*
*eos eó condimento úno non utier, omnibus quod praéstat.*
*neque sálsum, neque suave ésse potest quidquam, úbi amor non admíscetur.*
*fel quód amarum est, id mél faciet; hominem éx tristi lepidum ét lenem.*
*hanc égo de me coniécturam domi fácio magis, quam exaúditis.*
*qui póstquam amo Casinam, mágis mundis mundítiis munditiam ántideo.*
*myropólas omnis sollicito, – ubicúmque est lepidum unguéntum, ungor,*
*ut illí placeam: et placeo, út videor: sed uxór me excruciat, quía vivit.*

*tristem ádstare adspició. blande haec mihi*
*mála res appellánda est.*

Ita haec scribenda puto.

11. Succedat huic loco alius ex Bacchid. V. 1.

*Quicúmque ubi ubi sunt, qui fuerunt, quiqué futuri sunt pósthac,*
*stultí, stolídi, fatuí, fungi, bardí, blenni, buccónes,*
*solús ego omnis longe ántideo stultítia et moribus índoctis.*
*perií: pudet: hoccine me aétatis ludós bis factum esse índigne?*
*magis quam íd reputo, tam mágis úror, quae méus filius turbávit.*
*perdítus sum atque eradícatus sum: omnibus exemplis crúcior.*
*omnia me mala conséctantur: – omnibus exitiis ínterii.*
*Chrysálus med hodie láceravit: Chrysálus me miserum spóliavit.*
*ita mé scelus auro usque áttondit dolis dóctis indoctum, út lubitum est.*
*ita míles memorat méretricem, quam ille úxorem esse aiébat*
*omníaque, ut quidque actum ést, memorat: eam síbi hunc annum condúctam;*
*rellíquum id auri factúm, quod ego ei stultíssumus homo promíssem.*
*hoc ést, hoc est, quod péracescit: – hoc est démum, quod percrúcior,*
*me hoc aétatis ludíficari, immo edepól sic ludos fáctum;*
*canó capite atque albá barba miserúm me auro esse emúnctum.*

*perii: hóc servum meum nón nauci facere*
*ésse ausum. atque ego, si álibi*
*plus pérdiderim, minus aégre habeam, mi-*
*nusque íd mihi damno dúcam.*
PH. *certo híc prope me mihi néscio quis*
*loqui vísust. sed quem vídeo.*
*hic quídem pater Mnesilochi. N. eúge so-*
*cium aerúmnae et mei mali vídeo.*
*Philoxéne, salve.* PH. *et tu. unde ágis.* N.
*unde homo miser átque infortunátus.*
PH. *at pól ego ibi sum, esse ubi míserum*
*hominem decet átque infortunátum.*
N. *igitúr pare fortuna, aétate ut sumus,*
*útimur.* PH. *sic est, séd tu.*

Hic v. 6. delevi *etiam.* v. 9. *auro* suppeditarunt cod. Lips. et ed. Carp. Eadem editio v. 11. *omniaque.* V. 10. delevi *esse.* V. 11. libri *memoravit.* V. 12. *promissem* pro *promisissem* iam Reizius.

12. Alia tetrametrorum acatalectorum et catalecticorum exempla qui requirent, adeant Bacch. V. 2. Pseud. I. 2. Pers. V. 1. et 2. Rud. I. 4. Vnum tamen locum operae pretium videtur hic adscribi, qui est in Bacch. IV. 10. quod in eo alternant acatalecti et catalectici.

*Quam mágis in pectore meó foveo, quas méus*
*filius turbás turbet,*
*quam se ád vitam et quos ád mores prae-*
*cípitem inscitus capéssat,*
*magis cúrae est, magisque affórmido, ne is*
*péreat, neu corrúmpatur.*
*scio egó: fui illa aetate, ét feci illa*
*omnía, sed more modésto.*
*neque plácitant mores, quíbus video vulgó gna-*
*tis ésse parentes.*

*duxi, hábui scortum, pótavi, dedi, dónavi: at enim id ráro.*
*ego dáre me ludum gnáto institui, animo óbsequium ut sumére possit:*
*aequom ésse puto, sed nimis nolo desítdiei dare lúdum.*
*nunc Mnésilochum, quod mándavi,*
*viso, écquid eum ad virtútem aut ad frugem ópera sua compúlerit,*
*sicút eum convenít: scio fecisse: eo ést ingenio nátus.*

---

## CAP. XXXIV.

### *De anapaestis cycliis.*

1. Cyclii vocantur anapaesti, ut supra indicatum est, qui arsin irrationalem habent. Quod genus hanc ipsam ob caussam et solutionem arseos adspernatur, et fere solis anapaestis incedit, neque caesuras habet eas, quibus singulae dipodiae coniungantur. Frequens eius usus fuit apud lyricos, sed usurpatum est etiam in tragoedia et comoedia. Proprie ii tantum vocandi essent cyclii anapaesti, qui ipso anapaesto incipiunt: sed placuit grammaticis ad hoc genus etiam illa dactylica metra referre, quae iambicam anacrusin habent.

2. De pluribus, quas hoc genus formas habet, hae maxime memorabiles sunt: hephthemimeres, quod vocant grammatici, simillimum paroemiaco, nisi quod iambica anacrusi utitur. Hephaestio hoc eius exemplum ex Archilocho affert:

*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε,*

primumque pedem interdum spondeum esse observat, ut in hoc versu,

*Δήμητρί τε χεῖρας ἀνέξων,*

interdum etiam anapaestum, ut in his:

*ἐρέω, πολὺ φίλταθ' ἑταίρων·*
*φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα.*

Sed hos quidem versus, contractione facta, ab iambo incipere puto, ut, si non alia apud Archilochum exempla inveniri potuerunt, anapaestum exclusum fuisse ab initio versus credibile sit. Si ita est, diversi erunt versus, qui iambicam anacrusin habent, ab illis, qui habent anapaesticam. Fortasse tamen unus idemque versus est, apud lyricos et tragicos nunc iambicam, nunc anapaesticam anacrusin constanter servans, apud eos autem, qui plus sibi licere iudicarunt, utramvis promiscue admittens. Iambica est apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 757. seq. in hoc versu, alioque, qui syllaba brevior est:

*ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ,*
*πατροκτόνον Οἰδιπόδαν.*

Vide etiam v. 762. Alter ille anapaesticam anacrusin habet in Persis 957.

*νυχίαν πλάκα κερσάμενος.*

Prior autem in Agam. 110.

*δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας.*

Vide Eumen. 1046. Et alius pede brevior Pers. 954.

*Ἰάνων γὰρ ἀπηύρα.*

Vide Suppl. 875. In quo versu longa syllaba in anacrusi est in Pers. 958.

*δυσδαίμονά τ' ἀκτάν.*

Vide Agam. 699. Choëph. 28.

3. Hanc formam et dimetrum acatalectum Aristophanes iambicis versibus iunxit in Av. 1316.

*Χ. κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως.*
*Π. θᾶττον φέρειν κελεύω.*
*Χ. τί γὰρ οὐκ ἔνι ταύτῃ*
*καλὸν ἀνδρὶ μετοικεῖν;*

*σοφία, πόθος, ἀμβροσίαι Χάριτες,*
*τό τε τῆς ἀγανόφρονος ἡσυχίας*
*εὐάμερον πρόσωπον.*

4. Memorabilis locus est in Pace v. 943. ubi, si quid video, primus versus cyclius est, qui sequuntur autem, anapaesti, plenam arseos mensuram habentes, ideoque etiam recipientes proceleusmaticum:

*ἐπείγετε νῦν, ἐν ὅσῳ*
*σοβαρὰ θεόθεν κατέχει πολέμου*
*μετάτροπος αὔρα. νῦν γὰρ δαίμων*
*φανερῶς εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει.*

Antistropha v. 1027. sic scribenda videtur:

*πῶς δ' οὐχί; τί γάρ σε πέφευγ',*
*ὅσα χρὴ σοφὸν ἄνδρα; τί δ' οὐ σὺ φρονεῖς,*
*ὁπόσ' ἂν χρεών ἐστιν τόν γε σοφῆ*
*δόκιμον φρενὶ καὶ πορίμῳ τόλμῃ.*

Dimetri cyclii sunt in Luciani Tragodopodagra v. 190—202.

*ἀδαμάντινον ἦθος ἔχουσα κόρα,*
*πολυσθενὲς ὀβριμόθυμε θέα.*

Corrigunt *πουλυσθενές*, et recte, ut videtur, quum nullus reliquorum versuum iambicam anacrusin habeat. Finem facit ibi catalecticus, praemisso dimetro brachycatalecto, nisi hic corruptus est ex acatalecto dimetro:

*περικονδυλοπωροφίλα*
*γονυκαμψεπίκυρτε ποδάγρα.*

---

## CAP. XXXV.

### *De anapaesticis logaoedicis.*

1. Quemadmodum dactylici quidam versus arsin irrationalem habentes in trochaeos desinunt, ita haec ratio etiam in cycliis anapaestis usurpata est, qui ipsi tum lo-

gaoedici vocantur. Eius generis celeberrimus est versus Archebuleus, cuius exempla Hephaestio ex Callimacho affert, primum pedem nunc anapaestum, nunc spondeum, nunc iambum esse demonstrans:

*ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν.*
*νύμφα, σὺ μὲν ἀστερίαν ὑφ' ἅμαξαν ἤδη.*
*φιλωτέρα ἄρτι γὰρ ἁ Σικελὰ μὲν Ἔννα.*

In quorum versuum primo non ausim cum Bentleio librorum lectionem *τῶνδ'* in *τῷδ'* mutare, quum ex praecedentibus verbis etiam pluralis *θεῶν* intelligi possit. In tertio autem dubito an Hephaestio corruptam lectionem sequutus sit, et Callimachus *φιλιωτέρα* scripserit. Nam scholiastam Hephaestionis nihil moror, qui sequi auctorem suum debuit. Observat Hephaestio, eos, qui hoc metro continuo usi sunt, curasse, ut tres pedes, qui post primum sunt, constanter anapaesti essent; Alcmanem vero etiam spondeos recepisse. Decem versus, in quibus quattuor priores pedes ubique anapaesti sunt, ex Diogene Laërtio IV. 65. attulit Gaisfordius p. 290. alium addens anapaesticum logaoedicum Aristophanis apud Athenaeum IX. p. 410. B.

*φέρε, παῖ, ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ, παράπεμπε*
*τὸ χειρόμακτρον,*

qui versus haud scio an in duos potius dividendus sit. Archebulei aut similis metri vestigia sunt in verbis Phereeratis apud schol. Aristoph. Plut. 388.

*φράσον μοι ἄπαρτι δήπου*
*προλαβεῖν.*

2. Alius anapaesticus logaoedicus est, qui post tres anapaestos iambo terminatur. Restituendus hic est apud Aristophanem in Avibus 1313.

*ταχὺ δ' ἂν πολυάνορα τὰν πόλιν*
*καλεῖ τις ἀνθρώπων.*

Antistrophici sunt v. 1325.

φερέτω κάλαθον ταχύ τις πτερῶν·
σὺ δ' αὖθις ἐξόρμα.

Vsurpavit hoc genus Lucianus in Tragodopodagra v. 87. seqq. mixtum catalectico:

τὰν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίταν,
σταγόνων προπεσοῦσαν ἀπ' αἰθέρος,
ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν
ἁλίοις ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.

In catalectico semel spondeus est, sed in nomine proprio v. 107.

Μοῖρα Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν.

Meinekius in Curis criticis in fragmenta comicorum ab Athenaeo servata p. 22. antistrophicum esse hoc carmen putavit, non recte, si quid video. Non ausim tamen contendere, scriptorem carminis istius versus istos omnes pro una metri forma habuisse, quae ratio placuit Synesio, qui hymnos septimum, octavum, et nonum metro anapaestico, quod uno pede brevius est, scripsit, catalecticos in syllabam et catalecticos in disyllabam promiscue usurpans, quippe quos nihil differre putabat. Ita enim metiebatur:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

At hoc apertum est ignoratae artis indicium.

3. Saepius Aristophanes hoc genus

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

systematis coniunxit, clausulae loco versum addens syllaba breviorem: ut in Pace v. 909.

ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολί-
ταις ἐστὶν ἅπασιν, ὅς-
τις γ' ἐστὶ τοιοῦτος.

Vide v. 1329. Av. 1731. Eq. 1111. et quae Gaisfordius attulit p. 315. seqq. qui non debebat neque hoc genus, neque alia quaedam pro Ionicis a maiori habere: velut

Euripidis in Med. 152.

τί σοί ποτε τὰς ἁπλάστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,
σπεύσει θανάτου τελευτάν·
μηδὲν τόδε λίσσου.

et Sophoclis Oed. Col. 669.

ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα·

aut Euripidis in Hec. 450.

θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας.

Exempla horum Gaisfordius multa indicavit. Sunt autem et hi versus, et quae aliae similes formae sunt, omnes vel anapaesticae logaoedicae, vel Glyconeis cognatae, neque ullum in iis vestigium numeri Ionici invenitur.

## CAP. XXXVI.

### *De versibus choriambicis.*

1. Tertium genus numerorum dactylicorum choriambici sunt, quorum admodum gravis et magnificus incessus est. Grammatici quae de hoc numeri genere tradunt, vereor ne non omni ex parte vera sint. Nam illi quum animadvertissent, choriambum nonnumquam cum dipodia iambica commutari, versus quosdam pro choriambicis videntur habuisse, quos credibile est aliis ex numeris esse compositos. Sed videamus singula.

2. Choriambici numeri haec natura est, ut, quoniam pluribus choriambis coniunctis nulla inter eos thesis media est, singuli pedes choriambi singulis ordinibus constent, nisi in fine versuum, ubi clausulae faciendae caussa, non sequente alius ordinis arsi, longius plerumque progreditur ultimus ordo. Gravitas huius numeri arcet libertatem in constituenda mensura. Quare solutio si qua usurpatur, quod rarum est, in prima tan-

tum arsi fit. Rarissima autem contractio est mediarum syllabarum, Molossum pro choriambo introducens. Scenici poëtae vehementiam numeri choriambici ita temperarunt, ut alium cum eo similem numerum commutarent. Is est Creticus, qui quoniam brevior uno tempore est, anacrusis ei iambica praemittitur: quo fit, ut dipodia iambica pro choriambo substituatur. Placuit vero, ne oblitteraretur ea re natura numeri choriambici, alternare dipodias iambicas et choriambos: unde perraro duae continuae inveniuntur dipodiae iambicae. Tragici hac iambica dipodia pura utuntur, anacrusin servantes ex una syllaba, quae brevis plerumque est. Comici vero non modo longam et brevem syllabam promiscue in anacrusi ponunt, sed etiam, ut in iambicis versibus, duas breves, praetereaque interdum etiam primam arsin solvunt, ut dipodia illa iambica hanc apud eos formam habeat:



3. Catalexis multiplex est. Perraro ipse choriambus facit clausulam. Non frequens est catalexis ea, quae fit trochaeo choriambum sequente. Interdum Creticus finem facit; alibi duo dactyli; plerumque ordo logaoedicus:



4. Hephaestio haec genera commemorat: primo tria Cretico terminata,

ἰστόπονοι μείρακες,
οὐδὲ λεόντων σθένος, οὐδὲ τροφαί.
αἳ Κυθερείας ἐπιπνεῖτ' ὄργια λευκωλένου.

Deinde, quae logaoedicum exitum habent, quorum dimeter plane idem est cum ordine logaoedico ex uno dactylo et duobus trochaeis. Huius exemplum affert ex Aeolosicone Aristophanis:

οὐκ ἐτὸς, ὦ γυναῖκες,
πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς
φλῶσιν ἑκάστοτ' ἄνδρες.
δεινὰ γὰρ ἔργα δρῶσαι
λαμβανόμεσθ' ὑπ' αὐτῶν.

Trimetrum porro Anacreontis:

δακρυόεσσαν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν,

qui versus quid sibi velit, declarari puto illo Lucilii in VIII.

*a levi lacrumas mutone absterget amica.*

Sic enim scribendum videtur. Deinde tetrametrum Sapphus:

δεῦτέ νυν, ἄβραι Χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

Quo in genere Anacreontem ait primam arsin quodam in carmine ubique solvisse:

ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις
διὰ τὸν ἔρωτ'· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῖς ἐθέλει συνηβᾶν.

Secundum horum versuum servavit scholiastes Aristophanis ad Av. 1372. emendavit Porsonus. Alia huius metri forma est, quae secundi choriambi loco dipodiam iambicam habet: Anacreon:

ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά.

Aristophanes in Amphiarao:

οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν, κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

Pentametro Callimachus integrum carmen Branchum condidit:

δαίμονες εὐυμνότατοι, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, διδύμων γενάρχαι.

Hexametro integrum carmen fecit Philicus Corcyraeus:

τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνῃ καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα,

eamque formam inventam ab se gloriatur hoc versu,

καινογραφοῦς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοί, δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς·

sed falso, quum ante iam Simmias ea usus fuerit in Securi:

ἀνδροθέᾳ δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθάνᾳ.

et in Alis:

λεύσσετε τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ', Ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα.

5. Sed dicamus sigillatim de potioribus formis. Ac primo commemorandus est dimeter catalecticus, qui, ut iam significatum est, ex uno constat ordine logaoedico, neque aliam ob caussam, quam quod coniungi cum choriambicis solet, cognatusque iis est, in choriambicis versibus numerari potest. Eum interdum continuato per plures versus numero usurpant tragici et comici, plerumque ut a solutionibus abstineant; raro, ut eas admittant, quod fecit Euripides is Bacchis 105.

ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι, στεφανοῦσθε κισσῷ·
βρύετε, βρύετε χλοηρᾷ
σμίλακι καλλικάρπῳ,
καὶ καταβακχιοῦσθε ὄρυὸς
ἢ ἐλάτας κλάδοισιν.

Antistrophici hi sunt:

ὦ θαλάμευμα Κουρήτων, ζαθεοί τι Κρῆτες
διογενέτορες ἔναυλοι·
ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
βυρσότονον κύκλωμα τόδε·

*μοι Κορύβαντες εὗρον.*

Hic duo primi, duoque ultimi versus certo una perpetuitate numeri cohaerent, tertius fortasse cum prioribus, quartus cum sequentibus. Nam tertio certe versu finitur numerus. Alia huius versus exempla vide apud Gaisfordium p. 292. seq. qui multa de choriambico metro congessit. Iterum de hoc versu dicemus, quum de versibus Anacreonteis explicabitur.

6. Sequitur dimeter acatalectus, quem tragici comicique systematis continuatum usurpant. Eius duae maxime formae sunt, una ex puris choriambis, monometrum interdum additum habens, quae tragicis potissimum usitata est. Aeschylus in Sept. ad Theb. 924.

*δαϊόφρων, οὐ φιλογα-*
*θής, ἐτύμως δακρυχέων*
*ἐκ φρενός, ἃ κλαιομένας*
*μου μινύθει*
*τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.*

Et in Agam. 209.

*μάντις ἔκλαγξεν, προφέρων*
*Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βά-*
*κτροις ἐπικρούσαντας Ἀτρεί-*
*δας δάκρυ μὴ κατασχεῖν.*

Haec forma quoniam propter perpetuam alternationem duarum brevium totidemque longarum syllabarum, si aliter dividuntur pedes, facillime confundi cum Ionicis a minori potest, cavendum est, ne, qui Ionici sunt, pro choriambicis, aut qui choriambici, pro Ionicis versibus habeantur. Quod quum multis accidit, tum, nisi ipse hac in re fallor, etiam Gaisfordio p. 293. seqq. qui quum observet, quod sane verissimum est, consociari haec duo numeri genera, tamen quos locos ex Bacchis v. 375. seqq. ex Philocteta 687. seqq. ex eiusdem poëtae Electra v. 1066. seqq. ex Aeschyli Sept. ad Theb. 733. seqq.

*

affert, multo facilius Ionicis, quam choriambicis adnumerandos existimem. Quem vero ex Oed. R. 483. commemoravit locum, in eo certum esse puto, choriambicos versus Ionicis a minori innctos esse. Dispositio talium locorum saepe difficillima est, quoniam, quomodo ἐπιπλοκῇ illa, quae vocatur, usi sint poëtae, non satis exploratum habemus. Illi quidem valde videntur errare, qui eumdem versum quam saepissime repeti putantes, non interpunctiones, non fines vocabulorum, postremo non sensum et indolem carminis respiciunt. Quod exempli caussa accidit iis, qui Aeschyli carmen in Prometheo v. 397. seqq. in versus choriambicos redegerunt. Illum quidem Oedipi Regis locum ita ego disponi velim, ut et a Gaisfordio et ab Erfurdtio nonnihil discedatur:

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει
σοφὸς οἰωνοθέτας, οὔ-
τε δοκοῦντ', οὔτ' ἀποφάσκοντθ'·
ὅ τι λέξω δ', ἀπορῶ;
πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐν-
θάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω·
τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις,
ἢ τῷ Πολύβου νεῖ-
κος ἔκειτ', οὔτε πάροιθέν
ποτ' ἔγωγ', οὔτε τανῦν πω
ἔμαθον, πρὸς ὅτου χρησάμενος δὴ βασάνῳ
ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα
Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων.

7. Altera dimetri forma ea est, quae ex choriambo et dipodia iambica vel contra constat. Huius quoque formae versus in systemata perpetuato numero coniunguntur, admixto interdum monometro. Aristophanes in Nub. 563.

ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν

*Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν*
*πρῶτα μέγαν κικλήσκω*
*τόν τε μεγασθενῆ τριαί-*
*νης ταμίαν,*
*γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσ-*
*σης ἄγριον μοχλευτήν.*

Rarius hoc systematum genus apud tragicos est. Aeschylus in Suppl. 105.

*τὰν ἄπονον δαιμονίων,*
*ἥμενον ὧν φρόνημά πως*
*αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμ-*
*πας ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν.*

Saepe comici hos versus inverso pedum ordine componunt, praecedente dipodia iambica, choriambo autem sequente. Etsi autem plerumque antistropha singulis pedibus strophae respondet, tamen interdum etiam dipodia iambica opponitur choriambo. Aristoph. Acharn. 1150.

*Ἀντίμαχον τὸν Ψάκαδος,*
*τὸν ξυγγραφῆ,*
*τὸν μελέων ποιητήν.*

Antistrophici hi sunt:

*τοῦτο μὲν αὐτῷ κακὸν ἕν'*
*κἄθ' ἕτερον*
*νυκτερινὸν γένοιτο.*

Vesp. 526.

*νῦν δὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου*
*γυμνασίου λέγειν τι δεῖ*
*καινόν, ὅπως φανήσει,*

quibus respondent v. 631.

*οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς*
*οὐδενὸς ἠκούσαμεν, οὐ-*
*δὲ ξυνετῶς λέγοντος.*

Ibidem v. 637. est,

*κουδὲν παρῆλθεν, ὥστ' ἐγὼ,*

cui respondent haec v. 933.

τόνδε λέγειν· ὁρᾷς γὰρ ὡς.

Adde Nub. 955. cui respondet v. 1030. Alia exempla sunt in Lysistrata, ubi non animadvertit antistrophica Brunckius v. 321. seqq. quibus respondent v. 335. seqq. quod carmen tamen aliquot vitiis contaminatum est. Praecedit eo in carmine choriambum dipodia iambica,

πέτου, πέτου, Νικοδίκη,

et solutam habet ea dipodia primam arsin,

ὑπό τε νόμων ἀργαλέων,
ὑπό τε γερόντων ὀλέθρων,

atque etiam cum anacrusi longa,

δεινότατ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν,

quin etiam cum disyllaba,

πολιοῦχε σὰς ἔσχον ἕδρας.

Praeterea catalecticus quoque versus dipodiam iambicam habet, ut saepius,

φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ·
φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν·

sed, quod rarum est, etiam choriambo opposito:

ὑστερόπους βοηθῶ.
γυναῖκας ἀνθρακεύειν.

Rarior apud tragicos est choriambi et dipodiae iambicae responsio, ut in Philocteta 1138. 1161.

πυρὶ ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλ-
λονθ', ὅσ' ἐφ' ἡ-
μῖν κάκ' ἐμήσατ' ...
μηκέτι μηδενὸς κρατύ-
νων ὅσα πέμ-
πει βιόδωρος αἶα.

Vide eiusdem fabulae v. 1100. 1121. In strophae fine vulgo Ὀδυσσεὺς legitur, quod malum videtur correctoris supplementum esse. Priores duos versus ita, ut feci, disponi posse, posse vero etiam pro trimetro haberi monet Gaisfordius p. 295. afferens ex Iphig. in Aul. 1036. qui haud dubie trimeter est. Ibi in prima sede quattuor

et sex sunt breves syllabae, quale exemplum supra ex Bacchis allatum est. Adde aliud Sophoclis in Aiace 1185. Has syllabas malim pro dipodiae iambicae, quam pro choriambi solutione haberi:

τίς ἄρ᾽ ὑμεναῖος διὰ λωτοῦ Λίβυος
μετά τε φιλοχόρου κιθάρας.
ἀνὰ δ᾽ ἐλάταισι, στεφανώδει τε χλόᾳ
θίασος ἔμολεν ἱπποβότας.

Alium trimetrum habet Aeschylus in Suppl. 59.

εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων.

8. Anacreon, qui saepius choriambicis versibus usus est, ut praeter locos ab Hephaestione allatos fragmenta 12. 20. 26. demonstrant, ita videtur dipodiam iambicam frequentasse, ut nesciam an integros versus choriambicos ex dipodiis iambicis composuerit. Operae pretium erit, huius rei caussa attulisse fragmentum 27. quod servatum est ab Athenaeo XII. p. 533. seq. Non recte autem, ut arbitror, editores Anacreontis duo, quae ibi citantur fragmenta in unum coniunxerunt. Nam cohaerere illa neque Athenaeus dicit, neque poëtae verba patiuntur, nec metrum vincit, quod etsi in utroque choriambicum est, tamen in priore basin habet, quae in altero, quamvis longo, nusquam conspicitur. Prius hoc est:

ξάνθη δ᾽ Εὐρυπύλη μέλει
ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων,

quorum versuum secundus dimeter esse choriambicus ex dipodiis iambicis videtur. Alterum ex his, ut puto, versibus constat, quorum tertius quisque constanter iambos habet:

πρίν μὲν ἔχων κερβέριον, καλύμματ᾽ ἐσφηκωμένα,
καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ, καὶ ψιλὸν περὶ
πλευρῇσι . . . βούς
νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπώλισιν

κἠθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων,
κίβδηλον εὑρίσκων βίον,
πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,
πολλὰ δὲ νώτῳ σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς, κόμην
πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος·
νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, χρύσεα φορέων καθέρματα,
παῖς ὁ Κύκης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ
γυναιξὶν αὔτως . . .

Nihil in his mutavi, nisi quod lacunam v. 3. indicavi, et v. 8. ἐν ante νώτῳ delevi, v. 11. autem articulum addidi. Caetera, quae pauca sunt, alii iam correxerant.

9. Tetrametro catalectico et tragici usi sunt et comici et lyrici quidam. Eurip. Herc. f. 639.

ἃ νεότας μοι φίλον ἄχθος, τὸ δὲ γῆρας αἰεί.

Anacreon, cuius supra exempla dedimus ex Hephaestione, secundo loco dipodiam iambicam posuit: quod ille si constanter fecit, ut Eupolis, cuius sedecim versus, quos Athenaeus VI. p. 236. servavit, emendatos vide apud Gaisfordium p. 296. dubitari potest, an illi, quum iambica dipodia ubique primam syllabam brevem habeat, non choriambici, sed logaoedici sint, hac forma:

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

ἀλλὰ δίαιταν, ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες πρὸς ὑμᾶς.

Idque veri similius videtur. Vere tetrameter choriambicus est, nisi in duos versus eum dividi placet, in Lysistrata Aristophanis v. 319. 320. 327. 341.

λιγνὺν δοκῶ μοι καθορᾶν καὶ καπνόν, ὦ γυναῖκες.

Plura de tetrametro, pentametro, hexametro vide apud Gaisfordium l. c.

10. Terminandi metri choriambici rariores modi sunt, primo hypercatalectus una syllaba abundante: ut in Aia-

ce 226.

*τὰν ὁ μέγας μῦθος ἀέξει.*

Vide Aesch. Pers. 649. Et cum dipodia iambica in principio apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 726.

*πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον.*

Deinde trochaeo choriambum sequente. Aristophanes in Lysistr. 323. 337.

*τε καὶ Κριτύλλαν περιφυσήτω.*
*φέροντας ὥςπερ βαλανεύσοντας.*

Denique per dipodiam trochaicam. Aeschylus in Sept. ad Theb. 741.

*αὐτοδάϊκτοι θάνωσι,*

cui respondet v. 749.

*παραβασίαν ὠκύποινον,*

ubi nescio an *παρβασίαν* scribendum sit. Aeschylus enim quantum fieri potest exaequare pedes solet: quare etiam versus, qui utrobique sequitur,

*καὶ χθονία κόνις πίῃ.*
*αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει*

in stropha correctione videtur opus habere.

11. Romanorum quoque scenicos poëtas usos esse choriambis credibile est: etsi in his carminibus fragmentisque, quae ad nos pervenerunt, si tragoedias Senecae exceperis, vix tenuia huius numeri vestigia reperiuntur. Atque illas quidem fabulas, quae Senecae nomine circumferuntur, satius erit praeterire, quum nec per se magnam auctoritatem habeant, et fortasse, ut supra indicavi, ne perfectae quidem et penitus expolitae sint. Apud Plautum huc pertinere videtur locus, quem supra p. 221. seq. attuli. Terentius hoc metro usus est in Adelph. IV. 4, 4. ut Bentleio videtur: nec sane apparet, quae alia ratio adhiberi illi loco possit. Non adducor tamen ita hos versus a Terentio scriptos esse, ut a Bentleio editi sunt:

*mémbra metu débilia súnt, animus praé timore*
*óbstipuit, péctore consístere nil cónsili quit.*

*Prae* Bentleius addidit. Omnino ne praecedentes quidem versus recte constitutos puto, in quibus vereor, ne, quae Varro de clausula dixerat, non ad metrum spectaverint. Eos versus, hosque duos choriambicos sic potius putem scribendos esse:

*discrúcior animi: hocíne de improvisó mali*
*mihi óbiici*
*tantum, út neque quid nunc dé me faciam,*
*néc, quid agam, certúm siet.*
*mémbra metu débilia*
*súnt: animus timore*
*óbstipuit: péctore nil*
*sístere consili quit.*

12. Interdum versus choriambici ab anacrusi incipiunt, ut apud Aeschylum in Sept. ad Theb. 330.

ὑπ᾽ ἀνδρὸς Ἀχαιοῦ θεόθεν
περθομέναν ἀτίμως.

Vel ab amphibracho aut palimbacchio, quem unus choriambus sequitur, quod genus saepius invenitur, ut in Agam. 757.

πομπᾷ Διὸς ξενίου.

Huius generis frequens videtur usus fuisse apud lyricos Aeolenses. Multi enim versus, qui a grammaticis inter Ionicos a maiori repositi sunt, verius, opinor, choriambici cum anacrusi esse censebuntur, ut illud,

εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἁπαλᾶς Γυριννῶς
ἀσαροτέρας, οὐδ᾽ ἅμ᾽ ὀπωραῖα, σέθεν τυχοῖσα,

apud Hephaestionem p. 37. (64) Sic enim scripsisse videtur Sappho, semet ipsam consolans exemplo Mnasidicae, quam, licet et formosiorem et adhuc ipso flore aetatis gaudentem, superbius etiam tractaverit Gyrinno. Erat autem Gyrinno in iis, quas amabat Sappho, ut Maxi-

mus Tyrius refert, qui eam Gyrinnam vocat, XXIV. T. I. p. 478. ed. Reisk. Adde Valck. ad fragm. Callim. p. 150. Alia hoc metri genere scripta fragmenta sunt in Blomfieldii collectione p. 15. seq. XX. XXII. ex Athenaeo XV. p. 674. E. et 687. A. Deinde p. 30. LXXXIII —LXXXV. ex Hephaestione in capite de versibus Ionicis a maiore. Saepe etiam apud tragicos hoc genus invenitur, ut in Antigona v. 606.

*τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ πόθ' ὁ παντογήρως.*

Et. v. 614. Denique Horatius praemisit choriambis dipodiam trochaicam, hac lege, ut ex secundo epitrito constaret, et caesura fieret in prima choriambi syllaba:

*te deos oro, Sybarin cur properas amando,*

graviter ob eam rem reprehensus ab Atilio Fortunatiano p. 2683. sed defensus a Bentleio p. 710. Nec sane dubium est, Horatium hac quoque in re Graecos auctores sequutum esse, quos tamen in hoc genere non magis, quam in versu Sapphico aut epitritum istum, aut caesuram, quae Horatio placuit, observasse credo, sed et purum ditrochaeum posuisse, nec dubitasse ante choriambum finire vocabulum.

13. Singulare genus, idque usitatissimum, versuum choriambicorum illud est, quod basin praemissam habet. Videtur illud ab lyricis Aeolensibus inventum esse, quos repertores esse baseos credibile est. Grammatici, qui quoscumque versus poterant, in syzygias quattuor syllabarum dividere solebant, quum basin et priorem sequentis choriambi partem in unam syzygiam coniungerent, hoc genus antispastis addiderunt, choriambis omnibus in medio dissectis. Errorem animadverterunt Latini grammatici, ut supra monitum est p. 225. Terentiani Mauri ea de re verba adscripsit Gaisfordius p. 311. seqq. qui vir miror cur Graecos, quam Latinos sequi maluerit. Nam versus istos omnes non esse antispasticos, sed cho-

riambicos, duobus invictis argumentis cognoscitur, uno quod, si antispastici essent, necessario ab iambo vel spondeo, non etiam a trochaeo et pyrrhichio posse sent incipere; altero, quod nullam in mediis versibus ancipitem admittunt, quae usitata est in antispastis, sed omnibus in rebus regulas choriamborum sequuntur. Nam si antispastici essent, hanc haberent mensuram:



non autem hanc:



14. Vt in aliis versibus, ita in hoc quoque genere, Aeolensium poëtarum institutum a Doricis lyricis, quique hos sequuti sunt, tragicis et comicis paullum immutatum est. Nam Aeolenses etiam pyrrhichium in basi posuerunt. Dorici autem illi et scenici poëtae, tria minimum in basi tempora ponenda rati, non nisi trochaeum, iambum, et spondeum admisere. Aeolensium rationem sequuti sunt alii, qui brevia carmina ad horum exemplum condiderunt. Comoedia et recentior tragoedia etiam trisyllabos in basi pedes sibi indulsit, tribrachum, anapaestum, dactylum.

15. Brevissimus horum versuum est, qui unum dumtaxat choriambum habet, ut in Aeschyli Suppl. 42. 51.

*νῦν ἐν ποιονόμοις.*

Deinde hypercatalectus, cui Pherecrateo nomen est: ut apud eumdem in Sept. ad Theb. 301.

*τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους*
*πανδημεί, πανομιλεὶ*
*στείχουσιν· τί γένωμαι;*
*τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν*

*ἰάπτουσι πολίταις*
*χερμάδ' ὀκριόεσσαν.*

Horatius I. Carm. 5, 3.

*grato Pyrrha sub antro.*

Tum, qui logaoedicum ordinem habet, Glyconeus,

*cui flavam religas comam.*

De quo genere in tertio libro dicemus. Aliud genus ex basi, choriambo, et spondeo constat. Aeschylus in Eum. 1038.

*εὐφαμεῖτε δὲ, χωρῖται.*

16. Valde usitatus est dimeter hypercatalectus. Sophocles Ai. 628.

*οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς,*

cuius multa exempla congessit Gaisfordius p. 307. Trimeter brachycatalectus est apud Sophoclem in Antig. 951.

*ἀλλ' ἃ μοιριδία τις δύνασις δεινά.*

Acatalectus apud Aeschylum in Suppl. 59.

*εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων.*

Omninoque scenici poëtae plures choriambos praemissa basi in systemata coniunxerunt, ut ibidem v. 61.

*δοξάσει τις ἀκούων ὅπα τᾶς*
*Τηρείας*
*μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου,*

et in antistropha:

*ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς*
*αὐτοφόνως*
*ὤλετο πρὸς χειρὸς ἔθεν,*

ubi notandus in nomine proprio Molossus. Eum de industria posuisse videtur Sophocles in Electra v. 472. 488.

*εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας*
*ἥξει καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ ἃ δεινοῖς.*

Et in eadem fabula v. 129. 145.

*ὦ γενέθλα γενναίων.*
*νήπιος, ὃς τῶν οἰκτρῶς.*

Sic defendi poterunt etiam v. 123. 139.

*τάκεις ὣδ' ἀκόρετον οἰμωγάν.*
*ἀν-*
*στάσεις οὔτε γόοις, οὔτε λιταῖς.*

17. Omnino autem plurimae sunt formae huius metri, maxime apud lyricos. Earum aliae hypercatalectae sunt, ut

*καθνάσκει, Κυθέρη', ἁβρὸς Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;*
*καττύπτεσθε, κόραι, καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας.*

Aliae logaoedicam terminationem habentes, vel iambo ad ultimum choriambum addito,

*νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις.*
*Κρονίδα βασιλῆος γένος; Αἶαν, τὸν ἄριστον πεδ'*
*Ἀχιλλέα.*

vel amphibracho:

*τὸν στυγνὸν Μελανίππου φόνον αἱ πατροφόνων*
*ἔριθοι;*

quae Hephaestio, de versibus Ionicis a maiore disserens, affert. Huiusmodi est fragmentum Sapphonis apud Athen. XIII. p. 571. D. de quo non recte iudicavit Gaisfordius p. 296. Emendate scriptum exhibuit Blomfieldius in Museo critico I. p. 15.

*τάδε νῦν ἑτάραις ταῖσιν ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.*

Hanc formam cum alia coniunxit Anacreon apud Hephaestionem p. 70. (130)

*ἀρθεὶς δ' ηὖτ' ἀπὸ Λευκάδος*
*πέτρης, ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.*

18. Frequentavit haec metra Horatius, severa lege, ut in anacrusi constanter spondeum poneret, praeter I. 15, 36.

*ignis Iliacos domos,*

et in eodem carmine v. 24. ut veterrimi libri habent,

*Teucer et Sthenelus potens.*

Idem in fine cuiusque choriambi, excepto ultimo, cae-

suram fecit:

*Maecenas, atavis edite regibus.*
*nullam Vare sacra vite prius severis arborem.*

Quod non fecit Alcaeus, quem expressit,

*μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω,*

apud Athen. X. p. 430. C. Idemque multa eius fragmenta testantur. Alcaeum sequitur Catullus carm. XXX. Horatius non aliter migravit illas caesuras, nisi in verbo composito, idque semel tantum I. 18, 16.

*arcanique fides prodiga perlucidior vitro.*

Vide Bentleium ad IV. 8, 17. Tetrametrum brachycatalectum habet Sophocles in Philoct. 681.

*ἄλλον δ' οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων, οὐδ' ἔσιδον μοίρᾳ.*

Memorabilis forma est, qua Alcaeus utitur in fragmento septem versuum apud Athenaeum XIV. p. 627. A. B. Id a Gaisfordio ad Hephaestionem p. 313. versibus antispasticis adnumeratum est. Blomfieldius in Museo crit. T. I. P. IV. p. 431. singulos versus in tres partes descripsit, non indicans tamen, quo metro eas esse vellet, etsi partes recte divisae sunt. Metrum illud hac forma est:

— ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

*μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη.*

Recte monet Matthiae in programmate nuper de Theocriti carmine XXIX. scripto, idem metrum esse in hoc Alcaei fragmento ap. Schol. Ven. ad Iliad. ϑ. 178. et Eustath. p. 705, 61. quod Blomfieldius posuit p. 437.

. . . . . *βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.*

Vt fortasse hoc ex eodem illo carmine depromptum sit.

## CAP. XXXVII.

### *De Ionicis a maiore.*

1. Sequuntur numeri Ionici, qui quum natura sua multum difficultatis habeant, tum magis eam etiam grammaticorum commenta auxerunt, multa metra in Ionicis numerantium, quae longe videntur alio numero esse. Ambo Ionici, si rhythmum, quem veteres magistri vocant, spectamus, ut sibi ipsis, ita choriambis simillimi sunt, eademque omnes lege reguntur: numerum vero suum singuli proprium habent. Sed quae propria cuiusque generis sint, suis locis videbimus: nunc, quid in his numeris omnibus commune reperiatur, considerandum est.

2. Ac primo si rhythmicam rationem spectamus, quae mensurarum constans et aequabilis proportio est, similis ei, quem nunc tactum vocant, apertum est et choriambum et utrumque Ionicum rhythmo pares esse: omnes enim ex ter binis temporibus constant. Itaque per connexionem, quam ἐπιπλοκὴν Graeci appellant, detractis binis temporibus, alius eorum in alium abit:

⏑⏑—— ⏑⏑——

——⏑⏑—— ⏑⏑

—⏑⏑——⏑⏑—

Quumque omnes ad mutabiles numeros pertineant, dactylo, ut in libro primo c. 5. p. 23. seq. ostendimus, in amphibrachum mutato: simul etiam haec connexionis ratio eadem manet, mutatione illa adscita:

⏑⏑—⏑—⏑—— ⏑

—⏑—⏑——⏑⏑ ⏑

⏑—⏑——⏑⏑— ⏑

Praeterea apparet, quare in Ionicis a minore pro primis duabus brevibus non possit trochaeus substitui, quum

deinceps in his numeris omnibus ubique possit:

Nam in his locis omnibus dactylus est, cuius vicem subit amphibrachus: in initio autem Ionicorum a minore pars tantum dactyli, sive disyllaba anacrusis est: quae si in trochaeum mutaretur, et mensura perverteretur, et numerus. Haec quidem rhythmica est horum pedum ratio.

3. Nunc numerum eorum videamus. Atque omnium maxime simplex choriambus est, uno ordine constans, neque continuari se cum alio choriambo patiens: unde consentaneum est, si mutatur numerus, talem numerum recipi, qui ipse quoque uno ordine constet: eaque est dipodia iambica:



Proximus huic est Ionicus a maiore, quem ex duobus esse ordinibus compositum, arsi nuda et dactylo, ex eo apparet, quod, si prima huius pedis syllaba non arsis, sed anacrusis esset, amphibracho in dactyli locum recepto, anacrusis anacrusin praecederet, quod fieri non potest. Mutatur autem in hoc quoque numero, si syllabas spectamus, dactylus in amphibrachum: sed numerum si consideramus, ambigi potest, utrum ea dactyli in amphibrachum, an duorum disparium ordinum in duos pares, qui trochaei sunt, mutatio dicenda sit. Choriamborum comparatio suadere videbitur, ut mutationem numeri in solo dactylo consistere, pro eoque amphibrachum substitui censeamus. Verum huic argumento ego quidem non multum tribuerim, quia in Ionicis a minore, in quibus eodem modo tempora permutantur, nullus est ordo ex longa arsi et duabus brevibus in thesi syllabis

constans. Ex quo efficitur, ut, si qua alius metri comparatione utendum est, Ionici a minore potius, ut magis cognatum genus, quam choriambi adhibendi sint. Praeterea asper et ingratus numerus est, qui arsin nudam ante iambicam anacrusin habet. Quae ratio non invenitur, nisi in iambicis iis, quos ischiorrhogicos vocavimus, in quibus arsin nudam iambus sequitur: quae compositio repetenda videtur a paracataloge, cui in Ionicis non est locus. His rationibus adducor, ut recte a veteribus magistris traditum putem, pro Ionico a maiore duos trochaeos poni. Existimandum est autem, fieri hoc per anaclasin quamdam, similem illi, quae ab antiquis in Ionicis a minore constituta est. Nam quum nimis asperum videretur, pedem Ionicum a maiore, qui et propter duas vicinas arses, et quod in thesin dactylicam exit, vehemens et violentus est, saepius repeti, placuit eum ita temperare, ut ex duobus quibus constat, ordinibus unum tempus priori adderetur, detrachum de posteriore:



Praeterea apertum est, si plures Ionici a maiore continuato numero coniungerentur, ita ut arsis illa, quae est in cuiusque Ionici initio, praecedenti dactylo, ut secunda periodici ordinis arsis, adhaereret, perituram esse naturam Ionici numeri, planeque abiturum hunc numerum in choriambicum.



Id evitari non potuit, nisi ita, ut singuli pedes Ionici suo absolverentur numero, neque alter cum altero cohaereret. Atque hoc re vera factum esse, receptio syllabae ancipitis in fine cuiusque Ionici monstrat, quae, si uno ordine duo pedes nexi essent, non esset locum ha-

bitura, nunc autem, finito numero in fine pedis cuiusque, legitima est. Eodem modo, duobus trochaeis Ionico substitutis, uterque, quoniam neque inter se, neque cum sequente Ionico per ordinem periodicum cohaerent, ultima est ancipite:



4. Nunc de versibus Ionicis a maiore explicabimus. Hic primo notandi nobis sunt errores quidam grammaticorum. Hephaestio ita scribit: *τὸ δὲ ἀπὸ μείζονος Ἰωνικὸν συντίθεται μὲν καὶ καθαρόν, συντίθεται δὲ καὶ πρὸς τὰς τροχαϊκὰς ἐπίμικτον· ὅτε μέντοι ἀκατάληκτόν ἐστι, καθόλου σπανίως εἰς τὴν Ἰωνικὴν περαιοῦται, διὰ τὸ ἀπρεπῆ εἶναι τὴν Ἰωνικὴν ἐπὶ τέλους οὖσαν.* Qui si purum Ionicum in mente habuit, confidentius dicere debebat, numquam eo pede versum finiri: sin hoc voluit, ita Ionicum pedem in fine collocari, si sit in Molossum contractus, recte dixit. Haec enim claudendi versus ratio caret offensione. Gravior alius error est, quum et hic, et Aristides Quintilianus, et quidquid est grammaticorum, primam omnium versuum syllabam, in quibusdam tetrametris autem etiam tertiae dipodiae primam syllabam ancipitem esse contendunt. Qui error ex eodem fonte manavit, unde choriamborum basin habentium cum antispastis confusionem, atque alia huiusmodi commenta provenisse videmus, morem dico quoscumque versus, qui non omnimodo refragantur, in syzygias quattuor syllabarum dividendi. Nam ut defendi ista syllaba anceps possit, quia arsis nuda, in qua ordo ut oritur, ita etiam finitur, sane ambiguam mensuram habet, sicut omnis syllaba finalis: tamen tanto magis debet suspecta esse, quod nusquam in iis versibus, qui certo Ionici sunt, ubique autem in his, quos non esse Ionicos vel apertum vel

verisimillimum est, invenitur. Plerique enim illorum versuum choriambici videntur esse cum anacrusi, ut hi apud Hephaestionem:

*Κρῆσσαί νύ ποθ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν*
*ὠρχεῦνθ' ἁπαλοῖς ἀμφ' ἀρόεντα βωμόν·*

et, quod genus Aeolicum appellatur,

*εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἁπαλᾶς Γυριννῶς,*
*ἀσαροτέρας, οὐδ' ἅμ' ὀπωραῖα, σέθεν τυχοῖσα·*

et fortasse hic quoque, de quo infra iterum dicam,

*πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι.*

Alii vero aperte logaoedici sunt, ut hi Telesillae:

*ἄδ' Ἄρτεμις, ὦ κόραι,*
*φεύγοισα τὸν Ἀλφεόν.*

et hi Sapphonis, quod metrum Praxilleum vocatur:

*πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα·*
*αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθησαν·*

et,

*τριβώλετες· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα·*

et,

*δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ πληϊάδες· μέσαι δὲ*
*νύκτες, πάρα δ' ἔρχεθ' ὥρα· ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.*

quod fragmentum cur in duos potius, quam in quattuor versus divisum sit, non video. Omnino autem vereor, ne lyrici Aeolenses non magis, quam Dorienses lyrici aut tragici, numerum Ionicum a maiore usurparint. Id ego tum demum credam, quum quis exempla protulerit licentias habentia eas, quae propriae huius numeri sunt.

5. Has nunc considerabimus. Hephaestio, de versu Sotadeo disserens, qui Ionicorum a maiore nobilissimus est, ita scribit: *τοῦτο δὲ κατὰ τὰς τρεῖς χώρας δέχεται Ἰωνικὴν συζυγίαν, ἢ τροχαϊκήν, ἢ τὴν ἐξ ἀναπαίστου καὶ πυρριχίου, ἢ τὴν ἐκ τριβράχεος καὶ τροχαίου, ἢ τὴν ἐκ μακρᾶς καὶ τεσσάρων βραχειῶν, ἢ τὴν ἐξ ἓξ βραχειῶν.* Aristides Quintilianus autem de metro Ionico a maiore

sic, p. 55. τροχαϊκὴν δὲ δέχεται διποδίαν, κατὰ μὲν τὴν περιττὴν χώραν, καθαράν· κατὰ δὲ τὴν ἄρτιον, καὶ ἐπτάσημον. πολλάκις δὲ καὶ τὸν Μολοσσὸν παραλαμβάνει, συνάγον τὰς βραχείας εἰς μακράν, ἢ συζυγίαν ἰαμβικήν, πεντασύλλαβόν τε καὶ ἑξασύλλαβον, λύον τὰς μακρὰς εἰς βραχείας. Quae Hephaestio dicit, vera sunt, etsi rem non exhauriunt; quae Aristides, in his falsum est, dipodiam trochaicam in paribus locis puram esse, Molossum autem in solis imparibus locis poni: sed quam ille satis inepte syzygiam iambicam quinque vel sex syllabarum vocat, has intelligit formas,

—ᴗᴗᴗ— | ᴗᴗᴗᴗᴗ—

Ne haec quidem satis sunt. Naturam pedis Ionici a maiore si spectamus, has ille mensurae varietates recipit:

$$\frac{\overset{\prime}{-}}{\smile\smile}\Big|\frac{\overset{\prime}{-}\smile\overline{\smile}}{\smile}$$

sive, ut singulas partes sigillatim indicem:

$$\frac{\overset{\prime}{-}}{\smile\smile}\Big|\frac{\overset{\prime}{-}}{\smile\smile}\Big|\frac{\overline{\smile\smile}}{\smile-}$$

quae descriptio formas continet duodecim. Mutato autem dactyli numero varietates sunt hae:

$$\frac{\overset{\prime}{-}\smile}{\smile\ }\Big|\frac{\overset{\prime}{-}\smile}{\smile}$$

unde formae prodeunt sedecim. Itaque duo detriginta omnino sunt formae numeri Ionici a maiore. Haec tanta formarum varietas si promiscue omnibus locis recepta esset, ita impedita foret versuum Ionicorum recitatio, ut exuisse magis hi versus numerum, quam conservare viderentur. Itaque etsi plurimas harum formarum admissas videmus, tamen aliquod in hac re temperamentum adhibitum est: quamquam fines eius in tanta fragmentorum paucitate describere difficile est.

6. Ab Hephaestione duo tantum versus commemorati sunt, quos Ionicos a maiore esse non dubium sit. Quamquam tertius his addi fortasse poterit tetrameter acatalectus,

*πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι,*

siquidem hic Sotadeo versu expressus ab Ennio est, de quo infra dicetur. Si est hic versus Ionicus, vereor ne, qui eum fecit, *ποίας* scripserit, etsi Hephaestio hoc exemplo primam brevem tueri voluit. Sed duorum illorum, quos certo Ionicos esse dicebam, primus est dimeter acatalectus, qui vocatus est Cleomacheus, secundo loco Molossum habens:

*τίς τὴν ὑδρίην ὑμῶν*
*ἐψόφησ', ἐγὼ πίνων.*

7. Alter est tetrameter brachycatalectus, nomen habens a Sotade, cuius carmina hoc metro scripta fuere. Memorabile est, ea ad solam recitationem sine modulatione facta esse, ut diserte docet Aristides Quintilianus p. 32. *ῥυθμὸς δέ καθ' αὑτὸν μέν, ἐπὶ ψιλῆς ὀρχήσεως· μετὰ δὲ μέλους, ἐν κώλοις· μετὰ δὲ λέξεως μόνης, ἐπὶ τῶν ποιημάτων μετὰ πεπλασμένης ὑποκρίσεως, οἷον τῶν Σωτάδου καὶ τινῶν τοιούτων.* Quo magis ridiculum videtur, quod nuper quibusdam in mentem venit, modos his carminibus facere. Huius versus compositio ut, quantum fieri potest, explanetur, exempla, quae inveni, afferam. Ac primus commemoretur auctor parum idoneus, Dionysius Halicarnassensis in libro de comp. verb. c. 4. sive, qui eadem habet, Hermogenem malis, p. 76. (91. seq. ed. Ald.) qui duos Homeri versus Iliad. *v.* 392. sic in Sotadeos redigunt:

*ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,*
*αἱματοέσσης κόνιος δεδραγμένος βερυχώς.*

Sed his quidem exemplis, quorum in posteriore *κόνιος* duabus syllabis pronunciandum foret, nemo quidquam

tribuet. Scholiastes Hermogenis p. 394. ut novissimus Dionysii editor, Göllerus, adnotavit, priorem versum ita scriptum habet,

ὡς ὁ πρόσθ' ἵππων ἔκειτο καὶ δίφρου τανυσθείς,

alterum vero choriambicum esse vult, quo metro sane rectius incederet. Dionysius tamen et Hermogenes diserte eos factos dicunt ad exemplum horum Sotadeorum:

ἔνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἄκραισι πυραῖς νέκυες ἔκειντο
γῆς ἐπὶ ξένης, ὀρφανὰ τείχεα προλιπόντες
Ἑλλάδος ἱερῆς, καὶ μυχὸν ἑστίης πατρῴης,
ἥβην τ' ἐρατήν, καὶ καλὸν ἠλίου πρόσωπον.

Sotades apud Hephaest. p. 3.

τίνα τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν θέλετ' ἐσακοῦσαι,

et p. 8.

σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον,

ubi monent grammatici, Πηλιάδα tribus syllabis pronunciari. Apud Athenaeum p. 621.

εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλίην τὸ κέντρον ὠθεῖς,

et ibidem:

ὁ δ' ἀποστεγάσας τὸ τρῆμα τῆς ὄπισθε λαύρης,
ἐκ δενδροφόρου φάραγγος ἐξέωσε βροντὴν
ἠλέματον, ὁκοίην ἀροτὴρ γέρων χαλᾷ βοῦς.

Apud Stobaeum Serm. III. p. 38. (p. 78. ed. Schow.)

λύπη σε μακρὰν προφεύξεται ἀγαθὰ φρονοῦντα.
μιμοῦ τὸ καλὸν καὶ μενεῖς ἐν βροτοῖς ἄριστος.
νόμος ἐστὶ θεός· τοῦτον ἀεὶ πάντοτε τιμᾷ.
ξένος ὀφείλεις εἶναι τῶν οὐ καλῶς φρονούντων.
οὐ καλῶς βιοῖς, παράμενε, κεὐτυχεῖς τὰ πάντα.
παρατήρει τὰ πάντων καλά, καὶ ταῦτα σὺ μιμοῦ.
ῥῆσιν δ' ἀγαθὴν σὺ δεδομένην φύλασσε σαυτῷ.
σοὶ τοῦτο γενέσθω φίλον, τὸ σὲ μηδὲν ἀτακτεῖν,
τὴν ἡσυχίαν κατὰ βίον ἵνα πάντοτε τηρῇς.
ὑγιαίνειν εὔχου τοῖς θεοῖς ἐφ' ὅσον ἔχεις ζῆν.

V. 12. ed. Trincav. μένεις. V. 13. Brunckius in Poësi ethica p. 540. hic et v. 19. πάντοσε. V. 15. οὐ scripsi cum

Brunckio pro ὅπου. V. 17. addidi σὺ, et v. 18. τὸ σε. Brunckius μηδαμῶς. Apud Stobaeum V. p. 65. (ed. Schow. p. 138.)

τῆς τύχης σκοπεῖν δεῖ τὸ μέγιστον, ὡς ἔλαττον,
καὶ τὸ μὴ παρὸν μὴ θέλειν· οὐδὲ γὰρ σόν ἐστιν.
ἀμφότερα μένειν οὐκ οἶδεν· ἔστηκεν γὰρ οὐδέν.
ἂν πλούσιος ὢν καθ' ἡμέραν σκοπῇς τὸ πλεῖον,
ἐς τοσοῦτον εἶ πενιχρός, ἐς ὅσον εἶ περισσός.
ὡς πένης θέλων ἔχειν, καὶ πλούσιος πλέον σχεῖν,
ἴσον ἔχουσιν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ τὸ μεριμνᾶν.

V. 23. Sic Brunckius. Trinc. et aliae edd. οὐ στήκει. Schow. ἑστήκει. V. 24. ἂν Brunckius. Vulgo ἐάν, et in seq. versu bis εἰς. V. 26. Sic Brunckius. Vulgo θέλεις. Pro σχεῖν Trinc. ἔχων, Gesn. ἔχειν. Apud Stobaeum Serm. XXII. p. 183. (ed. Schow. p. 412.)

εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ περισσῷ.
ἂν εὐιματῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.
ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.
ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνου ἄθηλος ἰσχύς.
ἂν ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.
ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεῶν δῶρον ὑπάρχει.
ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἂν μετρῇς σεαυτόν.

V. 29. Trinc. φλέγματι ᾧ κράτει. Gesn. κρατεῖ. V. 33. Brunckius ἂν δ' ἀλαζονῇς. Apud eumdem Stobaeum Serm. XCVI. p. 528. et in Aldi praef. ad Aristot. Eth. Venet. 1498.

αὐτὸς γὰρ ἐὼν παντογενὴς ὁ πάντα γεννῶν
οὐ κρίνει δικαίως τὰ κατ' ἄνθρωπον ἕκαστον.
καὶ γὰρ κατὰ γαῖαν τά γε κακὰ πέφυκεν αἰεί,
καὶ τοῖς μεγάλοισιν κακοῖσι γέγηθεν ὁ κόσμος,
ὅτι πάντες, ὅσοι περισσὸν ἠθέλησαν εὑρεῖν
ἢ μηχανικὸν ποίημ', ἢ σοφὸν μάθημα,
οὗτοι κακὸν εἰς τὸν θάνατον τέλος ἐπυίησαν,
ὑπὸ τοῦ γεννήτορος κόσμου κακῶς παθόντες.

*Σωκράτην ὁ κόσμος πεποίηκεν σοφὸν εἶναι,*
*καὶ κακῶς ἀνεῖλεν τὸν Σωκράτην ὁ κόσμος,*
*ἐν τῇ φυλακῇ κώνειον ὅτι πιὼν τέθνηκεν.*
*πουλύποδα φαγὼν ὁ Διογενὴς ὠμὸν τέθνηκεν.*
*Αἰσχύλῳ γράφοντί τι ἐπιπέπτωκε χελώνη.*
*Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς, πνιγεὶς τέθνηκεν.*
*κύνες οἱ κατὰ Θρᾴκην Εὐριπίδην ἔτρωγον.*
*τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.*

V. 38. libri *τὰ κακά*. V. 39. Sic habet Gaisfordius p. 320. Vulgo omissum *ἀεί*. Deinde Trinc. *γέγεθ'*. Gesn. *γέγηθεν*. V. 44. Trinc. *πεπόηκεν*. V. 45. libri *ἀνεῖλε*. V. 47. *πουλύποδα* Trinc. *πολύποδα* Gesn. V. 48. addidi *τί*. V. 50. libri *ἔτραγον*. Eadem Stobaei pagina:

*ἀγαθός, εὐφυής, δίκαιος, εὐτυχὴς ὃς ἂν ζῇ,*
*τὸν φθόνον λαβεῖν δεῖ μερίδ', ἢ μῶμον ἔχειν δεῖ.*
*πλουτεῖ τις ἄγαν, ἀλλὰ πάθος παρέλαβεν αὐτόν.*
*εὐσεβής τίς ἐστιν, πενίαν δέδωκεν αὐτῷ·*
*μέγας ἐστὶ τεχνίτης, ἀτυχῇ πεποίηκ' αὐτόν.*
*κἂν ἐπὶ τὸ μέγιστον δίκαιος κριτὴς ὑπάρχῃ,*
*δεῖ τὸν φύσει νικώμενον ἄδικον αὐτὸν εἰπεῖν.*
*πλούσιος τίς ἐστιν, τὸ μέγα πτῶμα φοβεῖται.*
*ἰσχυρὸς ὑπάρχει, νόσου πεῖραν εὐλαβεῖται.*
*ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία μέγ' ἐστὶ κέρδος.*
*τί γὰρ ἐσμὲν ὅλως, ἢ ποδαπῆς γεγόναμεν ὕλης;*
*στόχασαι κατὰ σαυτὸν τὸ βιωτικόν, νοήσας*
*ἐκ τίνος ἐγένου, καὶ τίς εἶ, καὶ τίς πάλιν γίνῃ.*

V. 52. Vulgo *καὶ δίκαιος* et *ὃς ἂν ᾖ*. V. 53. *τὸν φθόνον* Trinc. *τοῦ φθόνου* reliquae edd. Dein vulgo *μερίδα, μῶμον*. V. 56. vulgo *μέγας ἐστὶ τεχνίτης τις, ἀτυχῇ πεποίηκεν αὐτόν*. V. 64. Gaisfordius p. 320. pro *πάλιν* dedit *πάλι*. Apud eumdem Stobaeum serm. CI. p. 552.

*ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται·*
*ὁ μέσος δὲ βίος κεκραμένος δικαιός ἐστιν.*
*αὐτάρκεια γὰρ πρὸς πᾶσιν ἡδονὴ δικαία.*

Et CVI. p. 570.

πλειστάκις ἀδικούμενός τις ἐν ἀδικοῦντι καιρῷ
ἀνέχεται τις οὗ μὴ θέλει· διὸ φέρει γενέσθαι.

Libri ὃ μὴ θέλει. Et CXIX. p. 602.

πάντων δὲ λιμὴν τῶν μερόπων ὁ θάνατός ἐστιν.

Δὲ addidit Gaisfordius. Lycophronides apud Athen. XIII. p. 564. B.

τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει.

Idem apud Athenaeum XV. p. 670. E.

. . . . . τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδειον
καλὸν μνῆμα, καὶ πέδιλα, καὶ τὰν κυνέαν, καί
τὰν θηροφόνον λογχίδ'· ἐπεί μοι νόος ἄλλᾳ
κέχυται ἐπὶ τὰν Χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν.

Legitur vulgo ῥόδον καλὸν νοήμα et καὶ κυνέαν. Lucianus in Tragodopodagra v. 113.

οὐχ αἷμα λάβρον προχέομεν ἀποτομαῖς σιδάρου,
οὐ τριχὸς ἀφέτου λυγίζεται στροφαῖσιν αὐχήν.
οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγάλοις πέπληγε νῶτα,
οὐδ' ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων·
ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ λευκὸν ἄνθος,
καὶ πολυκέλαδος κόσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
ἀφανές, κρύφιον, δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων.
πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, μηρούς,
χέρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, κόρωνα, καρπούς,
ἔσθει, νέμεται, φλέγι, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,
μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν ποινον ἀποφυγεῖν κελεύσῃ.

Male in primo versu legitur προσχέομεν ἀπὸ στόματος σιδάρου.

8. Operae pretium est, quae ex his versibus colligi possunt, paullo diligentius considerare. Et quamquam haec satis multa exempla sunt, tamen non dubitandum puto, quin plures etiam pedum formae, quam in his versibus inveniuntur, usurpatae fuerint. Vel sic tamen

satis materiae est ad leges huius metri aliqua cum probabilitate constituendas. Quod priusquam facere conabor, pedum, quorum hic exempla prostant, descriptionem exhibebo, et primo quidem eorum, in quibus purus est numerus Ionicus.




II. in prima sede v. 8. 13. 40. 50. 56. 62. 63. 65. 66. 76. 81. 84. 86. in secunda v. 49. in tertia v. 18. 19.

III. in prima sede v. 3. 10. 23. 47. 57. 64. 68. 79. 82. in secunda v. 15. 17. 19. 47. 48. 76. 81. eoque fortasse pertinet etiam v. 73. in tertia v. 1. 2. 5. 11. 20. 30. 43. 51. 54. 62. 70.

IV. in prima sede v. 79. 85.

V. v. 20. 43. 49.

VI. v. 14. 26. 27. 41. 45. 50. 51.

VII. in prima sede v. 5. 58. in secunda v. 12. 18. 22. 33. 39. 57. 60. 64. 69. in tertia v. 64. 76.

9. Duplici trochaeo autem recepto quae nascuntur pedum formae, ex iis hae in versibus istis reperiuntur.



I. in prima sede v. 2. 15. 21. 22. 25. 26. 29. 34. 44. 45. 48. 53. 55. 59. 61. in secunda v. 8. 9. 11. 24. 25. 28. 35. 40. 52. 61. 66. 68. 72. 78. 84. 86. 87. in tertia quadragies et bis.

II. in prima sede v. 27. 52. 69. 88. in tertia v. 25. 38. 46. 58. 68. 69. 82. 84. 88.

III. in prima sede v. 30. 37. 67. 74. in secunda v. 20. 23. 46. 67. 77. in tertia v. 23. 47.

IV. v. 16.

V. in secunda sede v. 26. 43. in tertia v. 56.

VI. v. 14.

Commemoravi haec propterea tam distincte, ut uno obtutu, qui quaque in sede magis minusve usitati pedes sint, conspiciatur. In universum constat, ditrochaeum frequentius in tertia, quam in duabus reliquis sedibus inveniri, rarioresque versus esse, qui in omnibus locis trochaeos habeant, quales sunt v. 25. 26. 52. 61. 67. Deinde quaedam formae, ut, quae ex una longa et quattuor, brevibus, vel quae ex senis brevibus est, utrumque numerum admittunt,

Magis tamen consentaneum videtur, Ionici pedis eas,

quam ditrochaei solutiones esse. Dubii sunt etiam v. 20. 23. 41. qui etsi aliis, rectis tamen pedibus incedunt, si θεοῖς contrahatur in unam syllabam, et οἶδ' atque ἔοικε et ποίημα, ut est apud Stobaeum, scribatur. Ex grammaticorum sententia addi his pedum formis etiam paeon secundus deberet, quem illi in versibus Ionicis a maiore recipi tradunt. Verum, quod supra dicebam, nihil hoc nisi errorem esse, ortum ex eo quod versus iambicam anacrusin habentes pro Ionicis a maiore habiti sint, id mirifice confirmari videtur his Sotadeorum versuum exemplis, in quibus quum maxima reperiatur pedum varietas, tamen secundi paeonis, aut qui huic pares sunt pedes, nullum est vestigium, si versus quosdam aperte corruptos exceperis. Ii sunt v. 15. ubi ὅπου syllaba redundante scriptum erat; v. 47. ubi vulgo πολύποδα: at ed. princeps πουλύποδα; v. 53. ubi manifestum est versum corruptum esse; v. 56. ubi non minus dubia lectio est: de qua re mox dicam; v. 69. ubi legebatur ὃ μὴ θέλει: at etiam ad sensum requiritur, quod posui, οὗ. Denique v. 72. et 74. non dubium est καλὸν prima longa esse, quum idem poëta etiam v. 76. hac mensura utatur.

10. Ex his igitur, quae vere usurpatae videntur, pedum formis primo hoc colligimus, versum ex duabus partibus constare, quarum prior secundo pede Ionico finitur. Id et Molossi usus arguit, qui aptus est finiendo numero, et frequens admissio syllabae ancipitis, tertium epitritum procreans. Ideoque deberet etiam caesura esse in fine secundi pedis, sed eam in tam fracto numero minus diligenter observari, non est mirum. Quare dimidia fere pars horum versuum habet caesuram, dimidia non habet. Caesura illa utatur quis forsitan ad defendendum hiatum ποίημα, ἢ v. 41. Sed etsi in diphthongo producta hiatus in hoc genere carminis admittitur, vereor tamen, ut in brevi syllaba, qualis haec est, probatus fuerit.

11. Maxime vero illud memorabile est, quod singuli pedes Ionici suo proprio numero constant, neque per choriambum vel dipodiam iambicam cum sequente pede continuantur. Nam etsi pleraque exempla non repugnant continuationi, ut, si omnia talia essent, ex his ordinibus compositus esse hic versus putandus foret,



tamen syllaba anceps, quae in primi tertiique pedis fine invenitur, nisi quis exempla eius corrupta esse contendat, vincit, ut hi potius ordines constituendi sint,



quoniam syllaba anceps finiti ordinis index est. Sunt autem exempla ista in primo pede v. 14. et 58. quo referri potest etiam v. 5. nisi in hoc *παλαιῶν* mediam brevem habet; in tertio pede v. 76. qui me movit, ut etiam v. 64. *πάλιν* retinerem; et, licet ex emendatione, v. 56. Qui versus quum sic apud Stobaeum legatur,

*μέγας ἐστὶ τεχνίτης τις, ἀτυχῆ πεποίηκεν αὐτόν,*

si quis *αὐτὸν* omittendum censebit, laborabit tertius pes, ut qui brevi syllaba incipiet, quod negamus fieri posse; sin satis esse aliquis ducet, *τὶς* deleri, in tertia sede prior trochaeus thesin habebit ex duabus brevibus syllabis, quod et sine exemplo est, et concessa hac licentia nimium difficilis reddita foret recitatio. Non rectius quis syllabas *χνίτης τις ἀτυ* pro duobus trochaeis habeat. Quare mihi probabilius visum est, versum istum sic scribendum esse:

*μέγας ἐστὶ τεχνίτης, ἀτυχῆ πεποίηκ' αὐτόν.*

Elegantior tamen est brevis ante ultimum trochaeum syllaba: quae ubi tantilla mutatione, ut v. 8. ubi vulgo

ὄπισθεν legitur, restitui potest, quis dubitabit, praelatam eam a poëtis esse?

12. Venio ad Latinos: ex quibus Terentianum Maurum, cuius elegantissimi Sotadei sunt, praetereo, et potius ad veterrimos me converto, Ennium et Plautum. Atque Ennium quidem in satiris metro Sotadeo usum videri, a quibusdam observatum est. Versus, quos in hanc rem afferunt, servavit Gellius XVIII. 2.

*nám qui lepidé póstulat álterúm frustrári,*
*quém frustrátur, frústra eúm dicít frustra*
*ésse: nám qui*
*sése frústrari quem frústra séntit, qui frustrátur,*
*ís frustra ést, non ílle est frústra . . . . . .*

Nihil tamen tribuam huic loco, ut qui non maiore opera in trochaicos numeros redigi possit. Illud vero apparet, non facile illos posse trochaicos octonarios esse, quod hic numerus non satis cum membris orationis esset conspiraturus. Aptius de systemate dimetrorum cogitaveris: quamquam si verba sensumque consideraveris, suspiceris genus metri aliis, quod sciam, inusitatum ab Ennio tentatum esse, trochaicos trimetros acatalectos. Sic enim optime verba atque aptissime numeris congruunt:

*nám qui lepide póstulat alterúm frustrari,*
*quém frustratur, frústra eum dicít frustra*
*esse:*
*nám qui sese frústrari quem frústra sentit,*
*qui frustratur, ís frustra est, non ílle est*
*frustra.*

Non dubium est tamen, alibi Sotadeo metro usum esse Ennium. Nam quem eius versum Varro de L. L. IV. p. 18. ex Asoto affert,

*íbant malacám viére Véneriám coróllam,*

scriptor, cuius fragmentum cum Censorino edi solitum

est, p. 150. Ionicum septenarium vocat. Videtur ille autem, ut Scaliger et Columna monuerunt, ex Graeco illo apud Hephaestionem translatus esse,

*ποίας τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι.*

Aliud de Ennio testimonium edidit Festus his verbis: *Cyprio bovi merendam Ennius Sotadico versu quum dicit, significat id, quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Idem quum dicit, propter stagna, ubi lanigerum genus piscibus pascitur, esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consectatae edant.* Neutrum fragmentum numeris Ionicis repugnare, in promptu est. Aliud eodem metro scriptum fragmentum Asoti idem Festus in v. *tonsam* servavit:

*álius ín marí vólt magnó tenére tónsam.*

Et reliqua quoque fragmenta, quae vel citantur ex Asote, vel a Columna ad carmen istud relata sunt, Ionicis videntur numeris scripta esse.

13. Plautum Ionicis a maiore usum esse, uti certum, ita mirum est, quum, quod sciam, non inveniatur hoc metrum apud Graecos comicos. Locos observavi hosce. In Aulularia II. 1, 30.

EV. *héia, hóc face, quód té iubet sóror.* M. *si lúbeat, fáciam.*
EV. *ín rem hóc tuam est.* M. *út quidem émoriár, priúsquam dúcam.*
*hís légibus séd sí, soror, quám vís dare, dúcam,*
*quaé crás venidt, peréndié forás ferátur:*
*hís légibus quám vís, cedo, núptiás adórna.*
EV. *quám máxuma póssúm tibi, frátér, dare dóte:*

*séd est grándior nátú, média ést múlieris aétas.*
*eám si iubes, frátér, tibi mé póscere, póscam.*

De primo horum versuum non contendam, si quis eum anapaesticum esse censeat, quo metro, qui praecedunt, scripti sunt. Tertius versus ita vulgo legitur: *sed his legibus, si quam dare vis, ducam.* In MS. Lips. duobusque codd. apud Bothium, et plurimis vett. edd. totus versus deest. Qui etsi potest abesse, tamen, qui Plauti morem cognitum habent, minime deletum volent, praesertim quum omissionem ortam esse appareat a verbo *ducam*, quo duo versus finiuntur. Ac, nisi fallor, simili aberratione factum est, ut nomen *soror*, quod hoc in versu reposui, in fine sequentis versus post *feratur* vulgo additum sit. Versu quinto delevi *dare*: nam vulgo, *quam dare vis.* Quaedam edd. ab interpolatore, *quom tu dare vis.* Sequens quoque versus in aliis libris aliter scriptus. In eadem fabula III. 2.

EV. *rédi: quó fugis núnc? téne, tene.* C. *quid tu, stólide, clámas?*
EV. *quía ad trésviros iám ego déferám tuum nómen.* C. *quámobrem?*
EV. *quía cúltrum habes.* C. *hém, cocúm decét.* EV. *quid cómmínátu's míhi?* C. *istúc male fáctum árbitror, quía nón latus fódi.*
EV. *hómo núllus est, té sceléstiór qui vívat hódie,*
*néque quoi ámplius de índústria mále plús lubens fáxim.*
C. *pól etsí tacéás, patam id quidem ést: res ípsa téstist.*
*íta fústibus súm móllior mágis quam úllus cinaédus*

*séd quíd tibi nós, mendíce homó, táctio est? quaé res?*

EV. *étiám rogitás? án quia mínus quam aéquom erat, féci?*

C. *síne. at hércle cum mágnó malo tuó, si hóc caput séntit.*

EV. *pól ego haúd scio quíd póst fuat: tuúm núnc caput séntit.*

*séd in aédibus quíd tibí meís nam erát negóti me ábsénte, nisi égo iússeram? vólo scíre.* C. *tace érgo.*

*quía vénimus cóctum ad núptiás.* EV. *quíd, malum, cúras*

*tú, utrúm crudum án cóctum edam, nísi tú mihi es tútor?*

C. *vólo scíre, sinás, an nón sinás nos cóquere hic coénam.*

EV. *vólo scíre ego itém meaé domi méan sálva futúra.*

C. *útinám mea míhi modo aúferám, quae áttuli, sálva.*

*me haúd poénitet, túa ne éxpetam.* EV. *scío, né doce: nóvi.*

C. *quíd est, quá prohibés nunc grátiá nos cóquere hic coénam?*

*quíd fécimus? quíd díximus tíbi sécus quam vélles?*

EV. *étiám rogitás, sceléste homó, qui ángulos ómnis*

*meárum aédium et cónclávium míhi pérviam fácitis?*

*íd ubí tibi erát negótium, ád focúm si adésses,*

*nón físsile habérés caput mérito íd tibi fáctum est.*

*ádeo út meam sénténtiam iám nóscere póssis:*
*si ád iánuam huc áccésseris, nísi iússero, pró-*
*pius,*
*égo té faciám, misérrimus mórtális utí sis.*
*scís iám meam sénténtiam? quó abís? redi*
*rúrsum.*
C. *íta mé bene amét Lavérna, té iám nisi*
*réddi*
*míhi vása iubés, pípulo differam híc ante aé-*
*dis.*

V. 11. addidi *tu*, et v. 13. *hem*. V. 16. vulgo, *neque quoi ego de industria amplius*. V. 18. delevi *miser*, quod post *mollior* additum erat. V. 21. vulgo, *cum malo magno tuo*. Plerique codd. *cum malo tuo magno*. V. 22. vulgo *fiat*, quod iam olim fuerunt qui in *fuat* mutarent. V. 25. 26. Libri, *quid tu, malum, curas, utrum*. Reizius ante *utrum* addebat *ego*. Atque is quidem hos versus iambicos trimetros hypercatalectos esse opinabatur. Si vulgata servatur, *nuptias* in duas syllabas contracto, fortasse scribendum *ego utrumne*. V. 28. *ego item* codd. pro vulgato *item ego*. V. 31. *prohibes* MS. Lips. Vulgo *prohibeas*. V. 32. vulgo *sequius*: plerique codd. *secus*. V. 37. Libri *adeo ut tu*. Ibidem vulgo *iamiam*. Codd. *iam*. V. 42. libri *hic differam*. In Sticho I. 1. ab initio scenae plura sunt, si quid. video, Sotadei metri indicia: sed iam antiquitus videtur locus iste a correctoribus esse refictus, ut nunc non possit nisi audaciore manu restitui. Videndum igitur ne hunc fere in modum poëta scripserit:

PA. *crédo égo miserám Pénelopám, sorór, suo*
*ex ánimo,*
*quaé támdiu vídua cáruit viró: nam nós eius*
*ánimum*
*dé nostrís factís nóscimus, quárúm viri hinc*
*ábsunt,*

*quórúmque negótiís nos ábséntum, ut est aéquom,*
*sóllícitae nóctes ét diés, sorór, sumus sémper*
*nóstrum ófficiúm nós faceré: neque íd magis*
*fácimus,*
*quám nós monet piétás. sed hic, méa sóror,*
*assís dum:*
*múlta vólo tecúm de ré virí.* PI. *salvaéne,*
*amábo?*

V. 43. libri, *miseram fuisse Penelopam soror.* V. 44. libri *viro suo.* Delevi *suo.* *Viro* hic, ut alibi, et infra in hac ipsa scena, monosyllabum est. V. 46. vulgo *nos negotiis.* MS. Lips. et ed. Carp. omittit *nos.* V. 48. libri ita: PI. *nostrum officium nos facere aequom est: neque id magis facimus.* Quae lectio neque metro convenit, si hi versus, ut puto, Sotadei sunt, neque consilio poëtae accommodata est. Panegyris enim metuit et sollicita est: Pinacium autem, quae minus timido animo est, consolatur illam. Videtur interpres aliquis, qui non viderat, verba illa, *nostrum officium nos facere*, ex his, *sollicitae sumus*, pendere, addidisse *aequum est.* Hinc Pinacii nomine adiecto deinceps per totam scenam permutatae sunt vices personarum. V. 50. libri post *tecum* addunt *loqui.* Finem faciam in Amphitruonis loco I. 1. ubi v. 14—18. aperte Sotadei sunt: qui autem praecedunt, etsi quis suspicari possit iambicos septenarios fuisse, tamen non sine audacioribus mutationibus in illud metrum redigentur. Vnde nata mihi coniectura est, illos quoque versus, excepto primo eorum, qui trochaicus dimeter catalecticus est, Ionicos esse, sed trimetros brachycatalectos, i. e. Sotadeis uno pede breviores. Ita nihil mutari necesse erit, nisi, quae re vera nullae mutationes sunt, *ingratis* in *ingratiis*, et *excitavit* in contractam praeteriti formam *excitát.* Sic igitur, nisi fallor, disponendus erit locus iste:

*haéc heri immodéstia*
*cógit me, qui hóc nóctis a pórtu*
*ingrátiis éxcitát: nonne idem*
*hóc lúci mé míttere pótuit?*
*ópulénto homini haéc sérvitus dúra est:*
*hóc mágis miser ést dívitis sérvos.*
*nóctésque diésque ássiduó satís supérque est,*
*quó facto aut dícto adést opús, quiétus né sis.*
*ípse dóminus, dives óperis, ét labóris éxpers,*
*quódcúmque homini áccidít libére, pósse rétur:*
*aéquom ésse putát, nón reputát, labóris quíd sit.*

In secundo horum versuum *cogit* maior pars codicum pro *coegit*. Verba *a portu* in uno Leidensium codicum desunt.

14. Pedes, quantum ambigua vulgaris sermonis pronunciatio colligere permittit, in his versibus hi reperiuntur. Primum servato pede Ionico:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| I | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ – |
| II | – ⏑ ⏑ – | .. .. .. | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – |
| III | ⏑ – – – | ⏑ – – – | ⏑ – – – | |
| IV | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | .. .. .. | |
| V | – ⏑ – – | .. .. .. | .. .. .. | |
| VI | ⏑ – ⏑ – | .. .. .. | .. .. .. | |
| VII | .. .. .. | .. .. .. | – – – – | |
| VIII | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | |
| IX | – ⏑ – – | – ⏑ – – | – ⏑ – – | |

II. in prima sede v. 14. 17. 20. 22. 27. 28. 29. 31.

35. 39. 41. 42. 54. in tertia v. 14. 18. 24. 28. 30. 36. 40. 48.

III. in prima sede v. 43. 53. in secunda v. 11. in tertia v. 9.

IV. in prima sede v. 51. 52. 57. in secunda v. 2.

V. in prima sede v. 26. 37.

VI. in prima sede v. 47.

VII. v. 32. 49.

VIII. in prima sede v. 4. 8. 10. 30. 32. 34. 38. 40. 44. 45. 49. 52. in secunda v. 3. 14. 16. 18. 21. 22. 26. 28. 32. 34. 36. 38. 40. 42. 51. 54. 56. in tertia v. 19. 21. 22. 25. 29. 53. 45. 46.

IX. in prima sede v. 9. 11. 12. 13. 15. 16. 18. 21. 23. 25. 37. in secunda v. 24. 30. 49. in tertia v. 16. 20. 26. 34. 38.

15. Recepto autem ditrochaeo:



II. in prima sede v. 2. in secunda v. 12. 29.
III. in prima et secunda v. 58.
IV. in prima sede v. 50.
V. in secunda sede v. 46. 52. in tertia v. 4. 42. 43.
VI. in secunda sede v. 19. 25. 27. 31. 37. 47. 50. in tertia v. 12. 13. 15. 17. 56.
VII. in prima sede v. 45. in tertia v. 44.
VIII. v. 11.
IX. v. 27. 31.
X. in secunda sede v. 4. 39. in tertia v. 47.
XI. v. 44.

16. Vltimi pedis arsin Latini, ut in plerisque versibus, qui in trochaeum exeunt, non dubitarunt sólvere. Id factum v. 3. 12. 15. 34. 38. 43. 44. 48. 53. Omnino autem eo maxime differt Latinorum Sotadeus a Graeco, quod, quum Latini accentum vocabulorum observent, saepe eaedem pedum formae diverso numero sunt, ut longa quattuor brevibus vel praemissa, vel subiecta, quae formae pro accentu nunc puri Ionici, nunc trochaeorum solutionem continent. Ob eamdem caussam pedes usurpari possunt exclusi a Graecis propter ambiguitatem, quam habent, ubi accentus vocabulorum non respicitur, ut qui compositus est ex spondeo et tribracho vel spondeo et anapaesto.

17. Sed priusquam hoc metri genus mittam, de duobus carminibus dicendum est, quae erravi olim quum censui Ionicis numeris scripta esse. Horum primum apud Athenaeum exstat lib. VIII. p. 360. C. et inde partem eius attulit Eustathius p. 1914, 44. Versus isti anapaestici sunt monometri hypercatalecti, quos excipit trochaicus tetrameter. Scribendi videntur hoc modo:

ἦνθ', ἦνθε χελιδών,
καλὰς ὥρας ἄγουσα,

καλοὺς ἐνιαυτούς,
ἐπὶ γαστέρα λευκά,
ἐπὶ νῶτα μέλαινα.
παλάθαν σὺ προκύκλει
ἐκ πίονος οἴκου,
οἴνου τε δέπαστρον,
τυροῦ τε κάνιστρον.
πυρῶνα χελιδών,
καὶ τὸν λεκιθίταν
οὐκ ἀπωθεῖται. πότερ' ἀπίωμες, ἢ λαβώμεθα;

Caeteri versus, qui sequuntur, trimetri sunt iambici. V. 1. vulgarem dialectum cum Dorica commutavi. V. 5. Athenaeus atque Eustathius *καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς*. V. 5. Athenaeus *κἀπί*. Veram lectionem habet Eustathius. V. 6. *οὐ προκυκλεῖς*, quod est apud Athenaeum, in *σὺ προκύκλει* mutavi. Eustathius hanc partem carminis his verbis commemorat: *εἶτα, ὡς ἐν συνόψει φάναι, οὐ παλάθαν ζητοῦμεν οἴνου τε δέπαστρον. ἃ χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται*, et reliqua. V. 9. seqq. apud Athenaeum est, *τυροῦ τε κάνιστρον καὶ πυρῶν; ἃ χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται*. In edd. *ἃ* deest, quod Epitome et Eustathius habent. Cod. A. *πυρῶνα χελιδών*. Videtur hoc panis cuiusdam nomen fuisse. Alioqui corrigi poterat, *πυρῶν τε*. Videndum tamen erit, ne verior scriptura sit *καὶ πυρά*, si quidem non improbabile est, etiam nomen *πυρὸς* in iis esse, quae in plurali neutro genere interdum proferebantur: quorum plura post alios diligenter collegit Passovius in libello Germanice de fine et ratione condendorum lexicorum scripto p. 71. seqq. Comparari possunt versus similis carminis apud Athenaeum eodem loco p. 359. E.

ἐσθλοί, κορώνη χεῖρα πρόσδοτε κριθῶν,
τῇ παιδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ λέκος πυρῶν.

18. Alterum carmen est scolion Hybriae Cretensis, ab Athenaeo XV. p. 695. F. et Eustathio p. 1574, 7. servatum, cuius expediendi meliorem viam aperuit Grotefendius, quum antistrophicum esse animadvertit, quamquam hic quoque in Ionico numero consistens, plane autem improbandus, quod verba maxime necessaria, *τούτῳ θερίζω*, delevit. Immo multo veri similius est, in antistropha excidisse aliquid. Ita paucis tantum, iisque lenissimis mutationibus opus erit.

*Ἔστι μοι πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος,*
*καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός.*
*τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω,*
*τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλω·*
*τούτῳ δεσπότα μνωΐας κέκλημαι.*
*τοὶ δὲ μὴ τολμῶντ' ἔχειν δόρυ καὶ ξίφος,*
*καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός,*
*πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἀμὸν*
. . . . . *κυνεῦντί τε δεσπόταν,*
*καὶ μέγαν βασιλῆα φωνέοντι.*

*Τοὶ δὲ μὴ τολμῶντ' ἔχειν* nemo non videt esse *οἳ δὲ μὴ τολμῶσιν ἔχειν.* Metra haec sunt:

⏑ – ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

## CAP. XXXVIII.

### *De Ionicis a minore.*

1. De Ionicis a minore grammatici non minus falsa tradiderunt, quam de caeteris versibus, quorum ordines ex quaternis syllabis vel constant, vel videntur constare. Hephaestio ita scribit: *τὸ ἀπ' ἐλάσσονος Ἰωνικὸν συντίθεται μὲν καὶ καθαρόν, συντίθεται δὲ καὶ ἐπίμικτον πρὸς τὰς τροχαϊκὰς διποδίας, οὕτως, ὥστε τὴν πρὸ τῆς τροχαϊκῆς ἀεὶ γίνεσθαι πεντάσημον, τοῦτ' ἔστι τρίτην παιωνικήν, καὶ τὴν τροχαϊκήν, ὁπόταν προτάττοιτο τῆς Ἰωνικῆς, γίνεσθαι ἑπτάσημον τροχαϊκήν, τὸν καλούμενον δεύτερον ἐπίτριτον.* Eadem praecipit Aristides Quintilianus his verbis p. 55. *τὸ δ' ἀπ' ἐλάσσονος μετρεῖ μὲν ὁ ποὺς ὁ ὁμώνυμος· πολλάκις δὲ καὶ ὁ διτρόχαιος· ὃν ὅταν παραλαμβάνωμεν, τὴν προκειμένην διποδίαν τρίτον παίωνα ποιοῦμεν, ἵνα μὴ τριῶν ἐφεξῆς μακρῶν κειμένων σκληρὸν γίνηται τὸ ποίημα.* At falsissima haec sunt: nihil enim frequentius est, quam purus Ionicus a minore ditrochaeum praecedens. At enim ducta est haec observatio ex versibus quibusdam Anacreontis aliorumque lyricorum, qui Ionici a minore esse grammaticis visi sunt. Eorum exempla haec habet Hephaestio:

*μεγάλῳ δ' ηὖτέ μ' Ἔρως ἔκοψεν, ὥστε χαλκεύς,*
*πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.*

et,

*ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ,*

et,

*ἄπο μοι θανεῖν γένοιτ'. οὐ γὰρ ἂν ἄλλη*
*λύσις ἐκ πόνων γένοιτ' οὐδαμὰ τῶνδε.*

et,

*παρὰ δ' ηὖτε Πυθόμανδρον κατέδυν ἔρωτα φεύγων.*

Qui versus omnes sic demum certo pro Ionicis haberi pos-

sent, si constaret, etiam ex puris eos Ionicis a minore componi solitos esse.

2. Pergit Hephaestio: *ἔσθ' ὅτε δὲ ἡ μὲν τρίτη παιωνικὴ συναιρεῖται εἰς παλιμβάκχειον, τῆς δὲ ἐπιφερομένης τροχαϊκῆς ὁ πρότερος λύεται εἰς τρίβραχον. ἐμπίπτουσι δὲ καὶ οἱ Μολοττοὶ ἐπὶ τῶν περιττῶν χωρῶν ἐν τοῖς ἀπ' ἐλάσσονος Ἰωνικοῖς, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀπὸ μείζονος ἐπὶ τῶν ἀρτίων.* Horum ea, quae de palimbacchio, quem sequatur tribrachus, dicit, ad versus Galliambicos maxime pertinent: quod autem de Molosso praecipit, refutatur versu Anacreontis, quem ipse affert,

*Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.*

3. Istam coniunctionem tertii paeonis et secundi epitriti *ἀνάκλασιν* appellari grammaticis placuit, versusque, in quibus hi pedes coniuncti sunt, *ἀνακλωμένους* vocari. Rationem huius rei, de qua accurate, Iuba et Heliodoro auctoribus, disputat Marius Victorinus p. 2539. seqq. hanc esse volunt, quod detracta ex pede Ionico mora sequenti pedi adiicienda sit, ne temporum numerus minuatur:

⏑ ⏑ — — | ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ — ⏑ | — ⏑ — —

Et satis hoc probabile esset, nisi plurima et certissima exempla docerent, etiam non dempto tempore de priori pede, vel, ut ipsi vocant, syzygia, sequentem augeri uno tempore, et fieri secundum epitritum. Ineptum foret autem, huius rei excusationem ab eo repetere, quod facta anaclasi irrationalis fiat ultima prioris pedis syllaba: nam ob id ipsum, quia consociata cum sequente, huic dimidium sui attribuit, non potest maior dimidio esse, eximique comparatione illa, per quam solam sustinetur anaclasis. Ex quo apertum est, aut unumquemque pedem Ionicum per se commutari cum epitrito isto vel ditrochaeo posse, quod Seidlerus suspicabatur, aut anaclasin

istam ex alia caussa debere repeti. Atqui per se si commutari pes Ionicus cum epitrito secundo vel ditrochaeo posset, etiam in initio versus haec commutatio inveniretur. At hac de re neque veteres quidquam auditum habuisse, ipsa illa anaclasis documento est, quae exclusione ditrochaei a prima sede tamquam fundamento nititur; exempla autem, quibus communiri trochaicum exordium possit, quum paucissima sunt, tum ea vel aperte corrupta sunt, vel suspicione gravi laborant. Quod si anaclasis, quum ratio ab rhythmicis allata non sit idonea, aliunde derivari debet: ipse numerus Ionicus a minore considerandus est, ut in quo caussam huius rei sitam esse necesse sit. Et quum anaclasis in eo posita sit, ut dactylus in amphibrachum mutetur, quod et in choriambicis numeris et in Ionicis a maiore, licet diversa ratione, fieri observavimus, facile quis induci poterit, ut Ionicos a minore ad alterutrum horum generum referendos putet. Nomen huius metri postulat, ut primo de Ionicis a maiore cogitemus. Itaque erunt fortasse, qui Ionicos a minore nihil esse existiment, nisi Ionicos a maiore cum anacrusi:



Fatendum est, ita non modo anaclasin nihil difficultatis habere, sed illud etiam apertum esse, cur amphibrachi et prima et ultima anceps sit. Eadem enim omnia in Ionicis a maiore inveniri ostendimus. At obstant alia quaedam. Nam primo in Ionicis a maiore etiam dactylus ille ultimam habet ancipitem: in Ionicis a minore autem hic pes semper purus servatur, atque etsi ex eo, quod substitutus ei amphibrachus ultima ancipite est, ipsum quoque eadem licentia frui coniiciendum videatur, tamen neque placebit cuiquam Creticus, neque invenitur, nisi in uno

alterove, eoque valde suspecto exemplo. Deinde quum saepe anapaestus iungatur Ionicis a minore, in medio ille positus male interpellaret numerum Ionicum a maiore, et vix eius vestigium relinqueret,



in fine autem collocatus, aut choriambo, longiore et vehementiore ordine, quam sunt ii, qui praecedunt, versum finiret, quod perversum est,

aut versus in ordinem ex una arsi factum post thesin exiret, quod magis etiam vitiosum est, et sine exemplo,



Vnde nihil huiusmodi in versibus Ionicis a maiore factum invenimus. Videndum est ergo de choriambis. At choriambicum numerum si subesse Ionicis a minore putabis, anaclasis quidem explicari poterit, quoniam etiam in choriambis dactylus in amphibrachum mutatur, sed primo tolletur plane natura numeri Ionici, pro eoque exhibebitur choriambicus,



deinde vero prima quidem amphibrachi poterit anceps esse, quae lex est numeri choriambici, sed non ultima, quod tamen fieri in Ionicis a minore videmus.

4. Ex his confici videtur, numerum Ionicum a minore et ab altero Ionico et a choriambico diversum esse. Idque etiam alio modo confirmatur. Nam ut in Ionicis a maiore et in choriambicis caesuras fieri in fine pedis Ionici et choriambici videmus, ita etiam in Ionicis a maiore ipsa oratio incidi in fine pedum iubet, ut in hoc versu,

ἐμὲ δειλάν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.

Quod si huic metro numerus Ionicus a maiore vel choriambicus subesset, easdem, quas illi, non alias cum iisque pugnantes incisiones haberet. Quamobrem si Ionici a minore ordinibus decurrunt hoc ipso pede comprehensis, a quo nomen habent, duobus id modis fieri potuit, uno, ut hic pes ex spondeo cum disyllaba anacrusi constaret,

in quo numero nihil est, quod reprehendi possit; altero, ut compositus haberetur ex anapaesto et arsi nuda,

qui ipse quoque gravis est et bonus numerus. Et hanc quidem ut veram rationem esse putem, tum illud me movet, quod ita servatur id, quod ei commune est cum Ionico a maiore, duae coniunctae arses cum disyllaba thesi vel anacrusi: unde commune etiam nomen Ionicorum habent, quod aliter mirum foret quomodo impositum fuisset numeris nulla similitudine cognatis; tum inde quoque aliquid momenti accedere arbitror, quod sic soluta postrema Ionici a minore multo rectius atque aptius, quam si non esset arsis, pronunciari potest, ut in hoc versu,

αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα.

5. Iam vero videamus de anaclasi. Veteres quidem artis metricae magistri cur anaclasin in solis Ionicis a minore adhibuerint, etsi in alteris quoque Ionicis et choriambis eadem dactyli in amphibrachum mutatio invenitur, non est obscurum. Nam versibus istis omnibus in syzygias quattuor syllabarum divisis, in solis Ionicis a minore dactyli et amphibrachi commutatio non in una consistit syzygia, sed duarum rationes rhythmicas mutat, pro bis senis quinque et deinde septem tempora substitu-

ens. Inde quum frangi syzygias, addique alteri, quod detractum de priori esset, intelligeretur, nomen huic rei inventum est alienum ab Ionicis a maiore et choriambis, etsi permutationem duorum pedum eamdem exhibentibus. Et hanc illi, ut ex Mario Victorino p. 2540. seq. discimus, rhythmicam rationem esse dicebant, ut qua temporum proportiones mutarentur; Heliodorus autem et Iuba, ut idem Victorinus testatur, sine rhythmi vitio commutationem istam metrica quadam ratione contingere existimabant, ἐπιπλοκὴν ad eam rem adhibentes, quo videntur hoc in mente habuisse, non aliam, sed eamdem esse hanc permutationem, quae Ionicorum a maiore, et choriamborum, et, quos ipsi cum caeteris veteribus addunt, antispastorum communis esset. Sed, si vera sunt, quae paullo ante de natura numeri Ionici a minore diximus, neque carere aliqua anaclasi poterimus, quando, quem in his numeris amphibrachum invenimus, non potest ex dactylo derivari, ut in choriambis, quia dactylus ex numeri lege in Ionicis a minore, si singuli pedes Ionici suis ordinibus terminantur, nullus est; neque vero eadem anaclasis, quae in Ionicis a maiore, adhiberi poterit, quia, etsi in temporibus fit iisdem, tamen tempora illa aliorum sunt ordinum. Quamquam haec ipsa diversitas, ut opinor, viam monstrat, qua optime haec res explicari possit. Nam quemadmodum in Ionicis a maiore arsis et dactylus in duos trochaeos mutantur, ita in Ionicis a minore, qui numerus illi oppositus est, arsis et anapaestus mutantur in iambos duos. Etenim in Ionicis a maiore tempus unum de dactylo detractum, et ad praecedentem arsin adiectum, facit, ut, quemadmodum ex dactylo isto, ita etiam ex illa arsi trochaeus fiat. Eodem modo, sed, ut par est in opposito numero, inversa ratione illa, in Ionicis a minore tempus unum de anacrusi secundi Ionici detractum, et adiectum ad postremam arsin praecedentis pedis, non potest non efficere, ut et anapaestus iste iam-

bus fiat, et idem eveniat in arsi illa. Retinet enim tempus illud, quod in utroque numero ad arsin illam nudam adiicitur, naturam suam, ut de thesi detractum in Ionicis a maiore thesis, de anacrusi in Ionicis a minore, anacrusis maneat,



sive malis ita statuere, secundam arsin in Ionicis a maiore, amisso uno tempore, loco suo cedere, locumque eum occupari a thesi, qua praegressa arsis aucta est; in Ionicis a minore autem eamdem secundam arsin, auctam uno tempore, itidem relinquere locum suum, et ibi consistere, ubi iam per imminutum sequentem ordinem potest:



Iam planum est atque apertum, qui fiat, quod aliter inexplicabile foret, ut in Ionicis a minore ipse pes Ionicus brevem syllabam, quae ante primam arsin est, non habeat ancipitem, anaclasi autem facta ea syllaba recte anceps numeretur. Nam in puro Ionico anapaestica anacrusis est, a qua plane exclusam esse syllabae ancipitis licentiam constat: anaclasis autem pro anapaestica anacrusi iambicam introducit, quam notum est instructam ista licentia esse. Est ergo ancipitum in Ionicis a minore haec ratio:



Vix tamen utramque in his duobus iambis anacrusin simul productam inveniri licebit: omninoque saepius in

priore, quam in posteriore iambo productio illa admitti solet.

6. Diversitates numeri Ionici a minore tres potissimum observavi. Nam lyrici Aeolenses, diligentissime elaborare metra soliti, puro videntur pede Ionico usi esse: apud quos si tales versus reperiuntur, ut,

*ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ,*

vereor ut hi etiam illam formam admiserint, quae est ex puris Ionicis. Ionici autem lyrici, ut Anacreon, promiscue diiambum receperunt, solventes etiam priorem eius arsin; iidemque interdum etiam Molossum pro Ionico posuerunt; quos imitati sunt, qui Galliambos scripsere. Mediam denique inter Ionicos illos et Aeolenses lyricos viam tenuerunt tragici et comici, ita quidem, ut tragici magis Aeolenses, comici Ionicos sectarentur. Proprium videtur scenicorum esse, quod anapaestum nonnumquam huic numero immiscent. Idque imitatus est apud nostrates Klopstockius, qui eximie perspexerat huius numeri naturam, in praeclaro carmine:

*wenn der schimmer von dem monde nun herab.*

Sed dicatur de singulis generibus.

7. Dimetro catalectico integrum carmen conditum esse a Timocreonte, Hephaestio refert, hos versus afferens:

*Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ*
*ποτὶ τὰν ματέρ' ἔφα.*

Etiam Sappho atque Alcman et Alcaeus integra Ionica carmina fecerunt. Illius hoc exemplum affert Hephaestio,

*τί με Πανδιονὶς ὠράνα χελιδών,*

cuius emendationem difficiliorem reddit Hesychii adnotatio, *ὠράνα· χελιδόνων ὀροφή.* Satis audacter, nec iusto accentu Blomfieldius scripsit *ὦ ῾ραννὰ χελιδοῖ*, in Mu-

seo Crit. I. p. 22. Alcmanis haec exempla posuit Hephaestio:

*Ἑκατὸν μὲν Διὸς υἱὸν*
*τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι.*

Grammaticus MS. in bibliotheca Bernensi, qui postquam de metro Ionico a minore iisdem ipsis verbis, quibus Hephaestio, exposuit, exempla miro modo ex Pindari carminibus decerpta affert, qua in re incredibilem imperitiam prodit, hos duo versus in unum tetrametrum coniunctos affert. Speciminis caussa satis sit, haec, ut in ipso codice leguntur, adscripsisse: *τετράμετρον καταληκτικὸν*·

*δ' ἐν ὀλυμπιάδι νικῶν, ἴλα φερέτω χάριν.*
*τετράμετον ἀκατάληκτον*
*ἑκατὸν μὲν διὸς υἱοὶ τάδε μῶσαι ἠροκόπεπλοι*
*ὅμοιον ἀλκαίου*
*ἐμὲ δειλὰν ἐμὲ πασᾶν κακοτμήτων παῖδ ἔχοισαν.*

Ad prima verba, *τετράμετρον καταληκτικόν*, quae Pindari versu confirmantur, in margine minio adscriptum est *ἀλκμᾶνος*. Illud quidem certum puto esse, Alcmanis verba non modo sensu, sed etiam numero cohaerere, pariter ut Alcaei illa,

*ἐμὲ δειλάν, ἐμὲ πασᾶν κατοτάτων πεδέχοισαν,*

quae non tetrametrum esse, sed initium systematis ex decem pedibus Ionicis compositi, bis monet Hephaestio p. 67. (120. 121.) Eaque lege, imitatus Alcaeum, Horatius fecit carm. III. 12. ubi vide Bentleium. Systemata ista haud dubie cohaerente numero scripta erant, ut neque hiatui indecoro, neque syllabae ancipiti locus esset. Ita Horatii illud carmen ex quattuor denorum pedum systematis constat:

*Miserárum est, neque amóri dare lúdum, neque dúlci*
*mala víno lavere aút exanimári metuéntis*
*patruaé verbera línguae.*

Praeter haec ad puros Ionicos pertinere videtur tetrameter catalecticus, quem a Phrynicho tragico usurpatum refert Hephaestio,

τό γε μὴν ξεῖνια δούσας, λόγος ὥςπερ λέγεται,
ὀλέσαι, καὶ ποτεμεῖν ὀξεῖ χαλκῷ κεφαλάν·

(sic scribendum videtur: vulgo δούσαις λόγος, ὥςπερ λέγεται: secundum versum Dorvillius restituit) et a Phrynicho comico:

ἃ δ' ἀνάγκα ὅσθ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν.

De aliis tragicorum et comicorum versibus infra dicetur.

---

## CAP. XXXIX.

### *De versibus Anacreonteis.*

1. Anacreontem Hephaestio pluribus Ionicorum a minore formis usum esse censuit, quas supra quum afferrem, non aliter eas dixi pro Ionicis haberi posse, nisi si constaret, etiam omissam esse nonnumquam anaclasin. Certo Ionicus est trimeter catalecticus,

Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.

Permirum vero est, nullam ab Hephaestione mentionem factam esse dimetri acatalecti, quem usitatissimum fuisse, et carmina ista, quae ad Anacreontem referri solent, et multi scenicorum poëtarum loci ostendunt. Nempe commemorat quidem Hephaestio versus Anacreonteos p. 16. (30) sed tamquam iambicos dimetros catalecticos: at non debebat eum latere Ionicus Anacreontis dimeter. Quod genus versuum quum propter miram varietatem, quae in Anacreonteis maxime carminibus reperitur, impeditissimum visum esset, multi in eo explicando desudarunt, successu, ut in tanta vel corruptorum vel inscite factorum versuum copia exspectari poterat, parum felici. Neque is, qui in Diario classico, quod Londini editur, a. 1808. mense Aprili, magno molimine hoc argumen-

tum aggressus est, multum ei lucis videtur attulisse: de cuius dissertatione quid sentiam, meis ipsius verbis indicavit Erfurdtius, qui disputationem illam Germanice vertit in libro, cui index est *Königsberger Archiv*, a. 1812. parte IV.

2. Ex veteribus, nisi alii, certe M. Varro, versus Anacreonteos putavit Ionicis a maiore adnumerandos esse; de quo ita scribit Terentianus p. 2447.

*nonnulli metron hoc magis putarunt,*
*quod sit postera pars Ionicorum,*
*quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos,*
*ut versus reparetur inde plenus:*
*segetés meúm labórem:*
*ó quám relevárúnt segetés meúm labórem:*
*Triviaé rotétur ígnis:*
*cérnis, quotiéns híc Triviaé rotétur ígnis:*
*nec pars haec anapaeston atque iambos,*
*nec non et catalecticam supremam,*
*sed sumat pariambon et trochaeos,*
*sege | tés meúm la | bórem:*
*quod metro soleant pedes Ione*
*hunc, longas brevibus, brevesque contra*
*alterna vice commodando longis,*
*versum claudere saepe de trochaeis,*
*nec mirum puto, quando Varro versus*
*hos, ut diximus, ex Ione natos*
*distinguat numero pedum minores.*

*Quod metro soleant pedes Ione* scripsi, quum legeretur *metron*. Recepit Gaisfordius ad Hephaest. p. 328. Eadem tradit Marius Victorinus p. 2601. seq. Non male autem Varro: quamquam si Ionici a minore, ut supra diximus, brevium syllabarum cum sequente arsi cohaerentia ab alteris differunt, rectius versus Anacreonteos Ionicis a minore adnumerabimus. Paucos enim

versus in carminibus Anacreonti adscriptis, qui connexioni illi obstare videntur, tanto credibilius est corruptos esse, quo peius habita ab librariis esse fragmenta ista constat.

3. Duo vero sunt diversa versus Anacreontei genera, unum, quod iambicam, alterum, quod anapaesticam anacrusin habet: quae cavendum est ne quis confundat. Nam si quando uno in carmine et disyllaba et monosyllaba anacrusis invenitur, monosyllaba semper longa est, brevibus contractis in unam. Nusquam autem anacrusin promiscue modo ex duabus, modo ex una brevi factam videmus. Nam in carmine, quod XXVI. est inter Anacreontea, aut totum carmen stropha est, cuius tres postremi versus diversi generis sunt, aut, quod veri similius esse arbitror, tres isti versus fragmentum sunt alius carminis. Dicam primo de illo genere, quod iambicam anacrusin habet, quae cernitur syllaba ancipite. Eius haec forma est:

$$\breve{\upsilon} \; \acute{\breve{\upsilon}} \; \acute{-} \; \breve{\upsilon}\breve{\upsilon} \; \acute{-} \; \breve{\upsilon}$$

$$\breve{\upsilon} \; \acute{\breve{\upsilon}} \; \breve{\upsilon} \; \acute{-} \; \breve{\upsilon} \; \acute{-} \; \breve{\upsilon}$$

Et quum amphibrachi usus multo sit frequentior, quam cuius ille locum tenet, dactyli, ea re factum est, ut grammatici hoc metrum cum iambico dimetro catalectico confunderent, praesertim quum prima amphibrachi syllaba fere semper brevis reperiatur:

*θέλω λέγειν Ἀτρείδας.*

Nam sane, quae carmina hanc formam solam habent, nihil impedit, quin iambicis versibus scripta videantur. Eiusmodi sunt in Anacreonteis I. II. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XVI. XVII. XIX. XX. XXXIII. XL. XLVII. LV. LIX. LXV. et fragm. II. et XXVIII. et carmen, quod inter Theocritea est, in mortuum Adonidem, in quo quum

omnes versus purissimi sint, dubitandum videtur, an v. 43.

*κἀς ὕλαν οὐκ ἔβαινεν,*

corruptus sit: in quo fortasse scriptum fuerat,

*χὕλαν ἔτ' οὐκ ἔβαινεν.*

Sic *ἔτ' οὐκ* apud Sophoclem Trach. 161, et *ἔτ' οὐδὲν* Philoct. 1217.

4. Quamquam tantum abest, ut huiusmodi versus per se quidem improbandi sint, ut non sit dubium, quin si quidem poëta Ionicos versus, non iambicos dare voluit, amphibrachus, quo secundus ordo incipit, iure primam habeat ancipitem. Ita apud Anacreontem XV. 11, et XXXVIII. 5. 12.

*ἕως οὖν εὕδι' ἐστίν.*
*ὁ νάρθηξ δ' οὐδέν ἐστιν.*
*Σειληνὸν δ' ἐν μέσοισιν.*

Sic enim scribendum.

5. Invenitur vero etiam ultima amphibrachi producta. Dubium exemplum est XV. 15.

*λέγῃ σε μὴ δεῖ πίνειν,*

quae Vaticani codicis scriptura est. XXXI. 4.

*ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε,*

ubi quis coniicere possit,

*ἐμαίνετο πρὶν Ἀλκμάν,*

de qua nominis forma v. Valck. ad Phoen. 196. p. 65. et Becmann. ad Antig. Caryst. p. 145. Non ausim tamen quidquam mutare. Sed XXXII. 25. corruptas voces ita emendandas puto:

*τί φής; ἀνεπτερώθης;*

Ibidem v. 25. pro vulgato,

*τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,*

codex Vaticanus habet,

*καὶ τοὺς Γαδείρων ἐκτός.*

Et quamquam rarissima est haec prōductio, tamen mini-

me reiicienda est, quum ex metri lege recte se habeat, et in illo quoque genere, quod disyllabam anacrusin habet, interdum reperiatur, ut apud Sophoclem in Electr. 1058.

*φρονιμωτάτους οἰωνούς,*

et apud Euripidem in Cyclope 497.

*ἐπὶ δεμνίοις τε ξανθόν,*

et fortasse iterum in isto carmine. Locum infra integrum ponam. Nusquam verò memini simul et primam et ultimam amphibrachi longas invenire. Alia ratio est, qua recentiores poëtae usi sunt. Hi enim quum hoc genus putarent iambicum esse, iambos autem scirent in impariibus locis spondeum recipere, saepissime tertii iambi loco spondeum posuerunt, nescientes non licitum hoc esse in dipodia catalectica. Ita fecit Paullus Silentiarius in longissimo carmine apud Brunckium in Analect. T. III. p. 94. seqq. ut statim a principio:

*βούλει μαθεῖν, ἄνθρωπε,*
*θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα.*

Puriores sunt versus Gregorii Nazianzeni, apud quem p. 182. seqq. in carmine ad animam suam, de CLXXXI. versibus non amplius septem spondeum in tertia sede habent, 11. 12. 138. 154. 160. 167. 169. iique ipsi haud scio an corrupti.

6. Praeterea in iambica illa versus Anacreontei forma interdum, sed raro prima arsis soluta invenitur, ut XXVII. 1. 10. LII. 1.

*τοῦ Διὸς ὁ παῖς, ὁ Βάκχος.*
*καὶ πάλι θέλω χορεύειν.*
*τὸν μελανόχρωτα βότρυν.*

7. Sed haec Anacreontei versus forma non caret difficultate in iis carminibus, in quibus alii quoque pedes admiscentur. Apparet autem, tres istos iambos cum syl-

laba catalectica, si metrum non est iambicum, aut posse choriambico metro attribui,



aut Ionico,



Et quum interdum uno in carmine omnes istae tres formae coniunctae inveniantur,







non mirabor, si quis hoc metrum putabit choriambicum esse polyschematistum, quod, ad modum Glyconeorum, (tertia enim harum formarum Pherecrateo versui convenit, qui est Glyconeus catalecticus) collocatione choriambi variet, nunc in principio eum habens,

nunc in medio,

Nec sane ausim, hanc coniecturam prorsus ut vanam reiicere. Qui exemplis munire eam volet, vix aptiora reperiet, quam carmina Anacreontis XXIII. et XXXIV. Illius postremos versus, in quibus hae formae omnes conspiciuntur, adscribam:

*ἐμοὶ γένοιτο πίνειν,*

πίοντι δ' οἶνον ἡδύν,
ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,
ἔν-δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν.

Penultimi versus forma non amplius in isto carmine invenitur, sed ultimi v. 6. ubi recte cod. Vat.

εἰ δ' οὖν μὴ τὸ πρίασθαι.

Non diffiteor tamen, haud ita certum mihi videri argumentum, quod his ex carminibus depromatur. Nam quum plura ex his Anacreonteis reliquiis non κατὰ-στίχον, ut grammatici vocant, sed κατὰ σχέσιν scripta sint, quis certo iudicare de istis carminibus ausit, quum praesertim, quemadmodum plura alia, nihil nisi fragmenta esse videantur? Id in XXXIV. quidem carmine, quod brevissimum est, valde est veri simile: sed etiam de XXIII. ut ita statuam, movet me initium,

ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ
τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς,

in quo particulae εἴ γε sensui repugnant. Quamobrem a poëta scriptum fuisse puto,

ὁ πλοῦτος εἰ δὲ χρυσοῦ
τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς,

sed indoctum librarium, qui non intelligebat, fragmentum esse hos versus, γὲ posuisse.

8. Sed, quod dicebam, monostrophica esse multa ex his carminibus, primo aliquot exemplis confirmabo. Itaque praeter illum locum, quem supra in choriambicis versibus ex Athenaeo attuli, videat mihi aliquis carmen LX. quod ipsum nihil nisi fragmentum est, de quo testes habemus Hephaestionem p. 69. et scholiastam eius. Constat illud ex versibus Glyconeis et Pherecrateis, cuiusmodi strophas reperies etiam in fragm. 4. 5. 6. 29. 36. Alius generis est carmen LXI. quod constat ex tribus strophis trochaicis; et LXVI. quod est ex strophis logaoedi-

cis, ita scribendum:

ἡδυμελὴς Ἀνακρέων,
ἡδυμελὴς δὲ Σαπφώ·
β'. Πινδαρικὸν δέ τι μοι μέλος
συγκεράσας τις ἐγχέοι·
τὰ τρία ταῦτά μοι δοκεῖ
καὶ Διόνυσος ἐλθών,
γ'. καὶ Παφίη λιπαρόχροος,
καὐτὸς Ἔρως ἂν ἐκπιεῖν.

Falleretur, puto, qui priores quattuor versiculos in unam stropham, itemque posteriores coniungeret. Nam una tantum in his integra stropha est, quae complectitur versus tertium, quartum, quintum, sextum; primi duo versus finis praecedentis strophae sunt; ultimi sunt initium sequentis strophae. Simile fragmentum est carmen XXXV. cuius strophae ex tribus Anacreonteis et logaoedico versu constant: nam v. 4. scribendum,

Σιδονίην γυναῖκα·

Quin etiam ubi omnes versus eiusdem generis sunt, interdum strophas notari licet, ut in carmine XXXIX. cuius strophae sunt septem ex quaternis versibus, quorum prior ubique haec verba habet,

ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,

ex quo apparet, in prima stropha unum versum vel potius duos excidisse: nam verba, *Μούσας λιγαίνειν ἄρχεται*, supplementum sunt librarii. In carmine XXV. aut primae strophae primi duo versus, secundae quattuor postremi desunt, aut v. 3—10. integram stropham continent:

ὅταν πίω τὸν οἶνον,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
τί μοι πόνων, τί μοι γόων,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.
τί τὸν βίον πλανῶμαι;

*Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον*
*τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου·*
*σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς*
*εὔδουσιν αἱ μέριμναι.*

Carmen XXXVIII. si quid video, ex duobus vel tribus etiam male compositis fragmentis constat. Ea si tria sunt, (nullo modo enim versus 6. et seqq. cum praecedentibus cohaerent) singularem stropham constituunt v. 6 — 10. Sin duo sunt unius carminis fragmenta, crediderim strophas ex novem vel decem versibus constitisse, quorum quartus, itemque nonus vel decimus fuerit choriambicus. Primi versus ita scribendi videntur:

*ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,*
*νέων πλέον δὲ πίνω.*
*κἂν μὲν δέῃ χορεύειν,*
*σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν·*
*ὁ νάρθηξ δ' οὐδέν ἐστιν.*

Reliqua strophae pars deest, sequunturque alius strophae quinque postremi versus cum initio strophae, quae hanc excipiebat.

9. His indiciis adductus, magnopere vereor, ne, ut iambicus ille Anacreonteus et Ionicus unum genus sint, commutarique inter se queant, tamen choriambicus plane ab isto genere diversus sit, ac proinde, ubi invenitur, stropharum constituendarum index sit. Itaque carmen XXXIV. stropham esse puto vel decerptam ex carmine, quod ex pluribus huius formae strophis constabat, vel, si integrum est carmen, factam ad similitudinem stropharum alibi usurpatarum. Videtur autem ita scribendum esse:

*μή με φύγῃς, ὁρῶσα*
*τὰν πολιὰν ἔθειραν,*
*μηδ', ὅτι σοὶ πάρεστιν*
*ἄνθος ἀκμαῖον, ὥρας*

ἐμᾶς δῶρα διώσῃ.
ὄρα, κἂν στεφάνοισιν
ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ
ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

Horum versuum quintus et sextus aut primitivam habent Anacreonteorum formam, cuius anaclasis in duobus ultimis est, aut polyschematistorum lege ex eo genere, cuius sunt primi quattuor versus, deducti sunt. Illud utique credam, si plures strophas hoc carmen habuit, omnes eadem lege compositas fuisse. Carmini vero XIII. vereor ne duo postremi versus aliunde additi sint, cuius rei etiam dialectus facit indicium. Brunckii certe correctio, quae disyllabam anacrusin infert, ab hac metri forma aliena est.

10. Haec si recte disputavimus, consequens est, versus Anacreonteos, qui monosyllabam anacrusin habent, duas tantum formas admittere, unam, quae propria est,

⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

alteram, dactylo in amphibrachum mutato,

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Prior illa, quae simillima est versui Pherecrateo, uno tantum in carmine, quod est XXX. constanter usurpata invenitur, in aliis autem admiscetur alteri formae, quae longe est usitatior. Differt autem a versu Pherecrateo ea re, quod non nisi ab iambo vel spondeo potest incipere, quum hic, ut qui basin in initio habeat, etiam a trochaeo ordiatur. Invenitur haec Ionica versus Anacreonti forma in his carminibus: XXIII. XXVI. XXVII. Nam XXVI. 1. quod legitur,

ὅταν ὁ Βάκχος ἐξέλθῃ,

etsi defendi posset ista solutio, tamen ita invenusta est, ut non dubitandum videatur de abiiciendo articulo.

11. Sequitur secundum genus versuum Anacreonteorum, quod anacrusin disyllabam habet:

⏑⏑ – ⏑⏑ – –

⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Huius quoque apud Anacreontem primitiva forma, quae est ex duobus Ionicis, minus usitata est, quam altera, ita ut nullo in carmine sola usurpata sit. Quare prius de altera dicam. Ea ex puris iambis constanter facta invenitur in his carminibus: III. IV. VII. XXI. XXVIII. XLIV. XLV. ubi iam olim monui v. 6. scribendum esse

*μέλιτι γλυκεῖ βαλοῦσα,*

quae videtur etiam Brunckii fuisse sententia; porro XLVI. XLVIII. XLIX. L. ubi v. 8. scribendum, *πεπεδημένον δ' ὀπώραις*. Porro LXIV. et ex fragmentis 1. cui qui in cod. Vat. additi sunt postremi versus, alius carminis sunt, iambis acatalectis et catalecticis scripti: deinde 30. 52. 53. cuius secundus versus mutilus est; 34. 38. 141.

12. Anacrusis quum in hoc genere una syllaba constat, longa ea sit necesse est, ut ex contractione duarum brevium orta. Eius rara exempla sunt. VI. 16. XXII. 6.

*κῶμον μέτεισι χαίρων.*
*πήγη ῥέουσα πειθοῦς.*

Vide XXIX. 25. 45. XXXVI. 2. 4. 5. 7. quod carmen ita aequalibus proportionibus variat pedes, ut nesciam an pro stropha habendum sit ex tribus partibus composita, quarum priores duae quaternos, tertia quinos versus habeat. LXII. 12.

13. Solutio primae arseos invenitur XLIII. 8.

*σὺ δὲ φίλιος εἶ γεωργῶν,*

si quidem ita legendum est. Et cum contractione primarum brevium v. 7. etsi ibi quoque incerta lectio est,

*χὠπόσα φέρουσιν ὕλαι.*

Secundae arseos solutio admissa est VI. 3.

*μεθύωμεν ἅβρα γελῶντες.*

et V. 5.

*πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.*

qui tamen parum venusti versus sunt. Aptius exemplum exstat in carm. XXXVII. v. 6.

*ἴδε, πῶς γέρανος ὁδεύει.*

14. Producta primi iambi anacrusis frequentior apud scenicos est:



Anacreon ita XXXIX. 5.

*ἀπορίπτονται μέριμναι.*

Vide v. 15. XLI. 2. 27. Et cum contractione primarum brevium XXXVI. 11.

*τὴν ψυχήν μου κάρωσον,*

nisi forte *με* scripserat. Non pertinet ad hanc formam XXII. 3.

*ἁπαλὰς σείει δὲ λυπάς,*

quum ex Etym. M. constet, Anacreontem etiam *σίειν* dixisse: vide fragm. 43. Etsi vero longa esse prima primi iambi syllaba potest, tamen non potest ea longa, ut brevis loco posita, in duas breves solvi. Neque enim credibile est, id sibi hos poëtas indulsisse, ut, quemadmodum comici in versibus choriambicis, anacrusin iambi etiam ex duabus syllabis fieri paterentur. Talia exempla sunt V. 13. XXXVII. 1.

*παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς.*
*ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος.*

At in priore versu scribe *Δεύνυσε*, quam formam grammatici ab Anacreonte usurpatam docent: v. fragm. 64. In altero autem nemo dubitabit, opinor, reponere,

*ἴδε πῶς φανέντος ἦρος*
*χάριτες ῥόδου βρύουσιν.*

In carm. LVI. *γηραλέοι* et *ἀργαλέη* cum contractione posita esse, apertum est.

15. Ionica huius generis forma iambicae mixta invenitur in his carminibus: V. VI. XXII. XXIX. XXXVI. XXXVII. XXXIX. XLI. XLII. LI. LII. LIII. LIV. LVI. LVII. fragm. 13. 17. 21. Aliquot versus huius formae ab librariis vitiati sunt: quos dum affero, simul alia quaedam corrigam. Carm. V. 9. ubi qui praecedit versus, fortasse ex alio carmine adiectus est, scribe:

*ῥόδον, ᾧ παῖς ὁ Κυθήρης*
*στέφεται καλοὺς ἰούλους.*

XXXVII. v. 10. et 11. ex unius versus depravationibus conflatos esse, iam alii intellexerunt. Nisi fallor, locus iste ita corrigendus est:

*καρποῖς γαῖα προκύπτει,*
*Βρομιοτρεφές τε νᾶμα*
*κατάφυλλον, κατάκλωνον*
*θαλέθων ἤνθισε καρπός.*

XXXIX. 9. iam olim proposui *λυροπαίγμων*. Tollenda videtur forma Ionica in eodem carmine v. 21. ubi scribendum puto:

*ὑποκυρτωθεὶς κυπέλλοις,*
*τὸν ἐμὸν νόον δ' ἁπλώσας,*
*θιάσῳ τέρπομ' ἑταίρων.*

i. e. turgidus vino. In postremo versu Pauwii coniecturam sequutus sum, quae et metro satis facit, et ad sensum apta est: etsi hic versus in iis est, de quibus absque librorum auxilio nihil certo pronunciari potest, nisi vitiosam esse vulgatam lectionem. Ibidem v. 16. scribendum videtur,

*τὰ δὲ φροντίδος μεθῶμεν.*

XLI. 11. scribe,

δι' ὃν ἀμπαύσατο λύπη.

XLII. 3. iam alii viderunt, scribendum esse εὖτ' ἄν. LI. 5. scribe:

ἄρα τῆς ὕπερθε λευκήν.

et v. 8. 9.

μακάρων φύστιος ἀρχήν.
ὅδε μὴν ἔδειξε γυμνήν.

LIII. 1. mirum est, tam diu latuisse veram lectionem,

στεφανηφόρου μετ' ἤρος
μέλομαι ῥόδον τέρεινον
συνέταιρον ὀξὺ μέλπειν.

Eadem loquutio fugit editores LVIII. ubi scribendum:

τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἁβρὸν
μέλομαι βρύοντα μίτραις
πολυανθέμοις ἀείδειν.

Vt redeam ad carmen LIII. versu 16. scribe:

σκύφῳ ἔστι δ' αὖτε τερπνόν.

LVII. 5. scribe,

κυάθους, ὡς ἀνυβριστὶ
ἀνέδην τε βασσαρήσω.

Fragmendum 17. ita scribendum:

ἐπὶ δ' ὄφρυσιν σελίνων
στεφανίσκους . . . .
θέμενοι θάλειαν ὁρτὴν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

16. Quae hactenus attuli, satis, puto, monstrabunt, magnam istam licentiam, quae versibus Anacreonteis concessa credebatur, vitiosis lectionibus codicum, perversisque doctorum opinionibus deberi. Itaque posthac, ut spero, cavebunt sibi, qui his poëmatiis manus admovebunt, ne leges huius metri, quae satis severae sunt, ita, ut hactenus factum est, susque deque haberi patiantur. Optandum est autem, ut non indoctissimus quisque, quod toties fieri vidimus, hunc scriptorem attingat,

sed eorum aliquis, qui, quod isti non vident, quam difficilis haec sit et periculosa res, intelligat. Sed non praetereundum est aliud, quod impedire huius metri explicationem possit. Cavendum est enim, ne quis ex versibus, qui politici vocantur, quidquam colligat, quorum quum haec sit conditio, ut spreta iusta syllabarum mensura utcumque numero verba accommodentur, falli necesse est, qui ad eam rem non attenderit. Eiusmodi sunt recentissimorum quorumdam hominum poëmatia, quae, quod Anacreonteis inserta sunt, multis fraudem fecere. Carmina dico XVIII. XXIV. LXII. et fragmentum tertium: quorum de uno tantum infra dicam: reliqua enim piget attingere. Sed antea dicendum paucis est de recentiorum versibus Anacreonteis. Valde enim hoc genere delectati videntur, ita ut enucleatius de eo praeciperent, et novam quamdam eius formulam excogitarent. Ac scholiastes Hephaestionis p. 87. seq. (171. seq.) veteres ait iambico dimetro acatalecto nomen versus Anacreontei fecisse, quod genus de more in imparibus locis spondeos reciperet; de recentioribus autem sic scribit: *οἱ δὲ νεώτεροι διαιροῦσιν αὐτὸ εἵς τε κῶλα ἕξ, καὶ εἰς δύο· καὶ τὰ μὲν ἕξ κῶλα φασὶν οἴκους, τὰ δὲ δύο κουκούλιον· καὶ ἐπιδέχονται οἱ μὲν οἴκοι ἀνάπαιστον, καὶ δύο ἰάμβους, καὶ περιττὴν συλλαβήν· οἷον,*

*ἀπὸ τοῦ λίθου τὸ ῥεῖθρον.*

*καὶ,*

*ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμου.*

*τὸ δὲ τούτων κουκούλιον σύγκειται ἔκ τε τοῦ ἐλάσσονος τῶν δισυλλάβων ποδῶν, τουτέστι τοῦ πυρριχίου, καὶ ἐκ τοῦ μείζονος, ἤτοι τοῦ σπονδείου· καὶ ἔχει ἐν μὲν ταῖς περιττὰῖς χώραις τὸν ἐλάσσονα, ἐν δὲ ταῖς ἀρτίοις τὸν μείζονα· οἷον,*

*ἀρετῆς εὐστεφάνου ἄνθεα δρέψας*
*ἁγίων περσιδάμου κόσμου αἴων,*

*καὶ,*

*Ζαχαρίου μεγάλου πάγκλυτε κοῦρε.*

*τινὲς δὲ συντάττουσιν αὐτοῖς καὶ ἕτερον ἐξ ἑνὸς τῶν τετρασυλλάβων ποδῶν τὴν συστροφὴν ἔχοντα, ἤγουν ἐξ Ἰωνικοῦ ἀπ' ἐλάσσονος τρίμετρον ἀκατάληκτον, ὃν καὶ ἀνακλώμενόν φασιν, ἐπιδεχόμενον δὲ τομὴν ἑφθημιμερῆ, τουτέστι μετὰ τὰς τρεῖς τοῦ δευτέρου ποδὸς περαινομένην τὴν τομὴν εἰς μέρος λόγου· οἷον,*

*ἀρετῆς ἔργα φέρειν ἔμπονος ἥβη.*

*ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀπὸ χοριάμβου ἄρχεται ὁ τοιοῦτος στίχος, εἶτα ἔχει τὸν Ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος, διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας, καθὰ τῷ ἁγίῳ Σωφρονίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ· οἷον,*

*Χριστιανῶν μακάρων ἔλθετε παῖδες.*

*καὶ οὕτω μὲν ἐκ τριῶν τετρασυλλάβων· εἰ δὲ βούλει ἐκ δισυλλάβων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ χώρᾳ, τροχαίου· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἰάμβου· ἐν δὲ τῇ τρίτῃ, πυρριχίου· ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ, σπονδείου· ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ, πάλιν πυρριχίου· ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ, τροχαίου, ἢ σπονδείου, διὰ τὴν ἀδιάφορον.* Eadem fere Fresnaeus in Glossario v. *κουκούλλιον* ex scriptoribus MSS. de metris affert. Nec multum differunt, quae Elias monachus p. 80. seq. scribit. Alia iisdem fere verbis scripta ex libello de metris, cui Hephaestionis nomen praefixum est, ex codice MS. Augustano descripta habeo, ex quibus hoc tantum afferam, post versum illum, qui sic scriptus est,

*ἁγίων περσιδάμου κόσμον ἀεὶ ὤν,*

additum legi, *ἔστιν ὁ στίχος τοῦ Ἀνακρέοντος οὗτος.* Brevissime hanc doctrinam complexus est grammaticus MS. in bibliotheca Bernensi, cuius saepius mentionem feci. Is ita scribit: *τὸ Ἀνακρεόντειον ἔστι μὲν δίμετρον· ἐπιδέχεται δὲ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτοῦ ἀνάπαιστον, καὶ δύο ἰάμβους, καὶ μίαν περιττὴν συλλαβήν· οἱ δ' ὡς τριμέτρῳ χρησάμενοι ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τιθέασι τροχαῖον· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἴαμβον· ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ πυρρίχιον· ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ σπονδεῖον. ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἀδιαφόρως. Δίμε-*

τρον ἐν τῇ ἀρχῇ συλλαβῇ περιττεῦον·
καί που τι καὶ βροτῶν φάτις.
Δίμετρον καταληκτικόν·
τά τε βάθρων πολίων.
Δίμετρον συλλαβῇ περιττεῦον ἐν τῷ τέλει·
ὁ νόος θέλει γεραίρειν.
ὅμοιον·
ὁ νόος θέλει καθυμνεῖν.

Sed explicanda paucis haec doctrina est. Etenim οἴκους recentiores isti strophas appellabant, ut Fresnaeus in Glossario docuit, eodem modo, quo ab Italis *stanze* dicuntur. Hinc apertum est, οἴκους illos sex versibus Anacreonteis constitisse, iisque deinde additos esse duos trimetros Ionicos, qui interdum choriambo incipiebant, eosque cuculii nomen habuisse. Videntur autem οἶκοι isti nonnumquam etiam ex quattuor Anacreonteis compositi fuisse. Elias monachus p. 80. (correctum enim dabo) τοῦ Ἀνακρεοντείου οἱ οἶκοι (quod est in cod. Med. οἱ Ἀνακρέοντες, non damnem: familiaris ista videtur appellatio fuisse) ἐπιδέχονται μὲν ἀνάπαιστον, καὶ δύο ἰάμβους, καὶ μίαν περιττὴν συλλαβήν, οἷον,

ἀπὸ τοῦ λίθου τὸ ῥεῖθρον·

λέγονται δὲ διὰ μέλους ἀνὰ τέσσαρες, οἷον:

φίλε, μὴ λάθοι ἐμεῖο,
ἀρετῆς τρόποισι λάμπων,
ἀγάπης ὅρους φυλάττων,
μοναχῶν ἄριστε Μάρκε.

Illius vero generis, quod senis in οἴκῳ Anacreonteis cuculium ex duobus trimetris subiectum habebat, luculentum exstat exemplum in carmine, quod inter Anacreontea LXII. est:

θεάων ἄνασσα, Κύπρι,
ἵμερε, κράτος χθονίων,
γάμε, βιότοιο φύλαξ,
ὑμέας λόγοις λιγαίνω,

ὑμέας στίχοις κυδαίνω,
ἵμερον, γάμον, Παφίην.
δέρκεο τὴν νεᾶνιν, δέρκεο, κοῦρε.
ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στρατόκλεις, φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις, ἀνὴρ Μυρίλλης,
ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·
κομάει, τέθηλε, λάμπει·
ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει·
ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα.
ἠέλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι·
κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

Ex ultimo huius carminis versu intelligitur, non duo diversa trimetri genera esse, quorum alterum a choriambo, alterum ab Ionico incipiat, sed legitimum pedem esse Ionicum, pro quo quum choriambus ponitur, non ille in prima, sed in secunda syllaba ictum habet, quia ex Ionico per contractionem Molossus, ex Molosso per solutionem mediae choriambus fit. Confirmat hoc quodammodo Synesii hymnus sextus, qui totus istiusmodi trimetris scriptus, saepe ab initio Molossum habet. Palimbacchium quoque admitti potuisse credas, quum anaclasis et in primo et in secundo pede fiat: nullum tamen isto certe in hymno exemplum exstat. Adscribam initium hymni:

μετά παγᾶς ἁγιᾶς αὐτολοχεύτου
ἀῤῥήτων ἑνοτήτων ἐπέκεινα
θεὸν ἀμβρότου θεοῦ κύδιμον υἷα,
μόνον ἐκ μόνου πατρὸς παῖδα θορόντα,
στεφανώσω σε σοφοῖς ἄνθεσιν ὕμνων,
ὃν βουλᾶς πατρικᾶς ἄφραστος ὠδὶς
ἀγνώστων ἀνέδειξε παῖδα κόλπων.

Anacreonteos dimetros poëtae illius aevi sic videntur composuisse, ut fere has tantum duas formas usurparent,

⏑⏑–⏑–⏑–– ⏑⏑–⏑–⏑––

⏑⏑––⏑⏑–– ⏑⏑––⏑⏑––

Duo hoc metro carmina scripta habemus a Gregorio Nazianzeno, unum p. 179. quod valde corruptum est, alterum p. 252. duo item a Synesio, hymnos primum et secundum. Et apud hunc quidem etiam huius formae pauci versus reperiuntur,

⏑–––⏑––– ⏑–––⏑–––

sed ii partim aperte corrupti, partim dubii: etsi non est, quare hanc formam, quum veteres ea saepissime usi sint, ab his poëtis abiudicandam censeamus.

17. Venio ad tragicorum comicorumque Ionicos. Et hi quidem versu Anacreonteo saepe, sed in systematis, quae ἐξ ὁμοίων vocantur, continuato usi sunt, legem plerumque satis severam observantes. Vt ordine haec persequamur, tria discernemus Ionicorum genera, unum, in quo Ionicus numerus, isque non aliis versibus permixtus, regnat; secundum, in quo potior est forma iambica; tertium, quod vel anapaesto temperatur, vel cum aliis consociatur numeris.

18. Igitur illi Anacreontei, qui ex duobus Ionicis pedibus constant, quibus adiungitur interdum monometer, continuato numero exclusaque ancipite finali in systemata coniuncti, omnique numeri vel mensurae variatione puri, finiri solent versu iambicam formam habente, eoque ipso quoque in antistropha totidem syllabas ac tempora complexo. Luculentissimum huius generis exemplum in Aeschyli Supplicibus exstat a v. 1025. Constat illud carmen ex duobus stropharum paribus, quorum primum hac lege factum est, ut stropharum duae partes sint, utraque ex septem pedibus Ionicis et versu ἀναχλω-

μένῳ, sed ita, ut prior in anaclasi epitritum tertium pro diiambo habeat. Aequalis harum partium longitudo movit Burneium, ut non, quod debebat, duas strophas ex denis versibus, sed quattuor pentadas constitueret, sollicitato frustra versu finali. Exempli caussa stropham tantum adscribam:

ἴτε μὰν, ἀστυάναχτας
μάκαρας θεοὺς γανάεντες,
πολιούχους τε καὶ οἱ χεῦμ᾽
Ἐρασίνου
περιναίονται παλαιόν.
ὑποδέξασθέ δ᾽, ὀπαδοί,
μέλος· αἶνος δὲ πόλιν τήν-
δε Πελασγῶν ἐχέτω, μήδ᾽
ἔτι Νείλου
προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις.

Sequitur deinde antistropha, quam quae excipiunt strophae, ex decem dimetris Ionicis et versu ἀνακλωμένῳ, iambos puros habente constant. Alia huiusmodi stropharum exempla vide in Persis v. 81. seqq. quae finiuntur simili epodo v. 93—96.

19. Supplicum illud carmen ostendit, versus istos non a toto choro, sed a singulis chori personis cani. Neque qui Persarum quem attuli locum, atque alios, quos infra commemorabo, diligentius consideraverit, idem in his quoque factum esse dubitabit. Nam omnino systemata, quae sunt ἐξ ὁμοίων, ut vocant grammatici, non universi chori, sed singularum personarum esse, diligens tragicorum comicorumque lectio docere poterit.

20. Venio ad secundum genus Anacreonteorum apud poëtas scenicos, quod est ἀνακλώμενον. Hoc genus bis invenitur in Prometheo, primo v. 128.

μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις

πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις
προσέβα τύνδε πάγον, πατρῴας.

deinde v. 397. ubi ita distinguendi sunt versus:

στένω σε τὰς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ·
δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων
ῥαδινὸν λειβομένα ῥέος παρειὰν
νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς.
ἀμέγαρτα γὰρ τάδε· Ζεὺς δ'
ἰδίοις νόμοις κρατύνων
ὑπερήφανον θεοῖς τοῖ-
σι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν.

Burneius et Blomfieldius, Porsoni regulam, quamplurimos versus in idem metrum reddi iubentis, sequuti, utroque in loco dimetros choriambicos constituerunt, non sine dispendio venustatis numerorum, et contra disertam auctoritatem veterum. Doctum enim et antiquum scholion ad v. 128. ita habet: ὁ ῥυθμὸς Ἀνακρεόντειος, κεκλασμένος πρὸς τὸ θρηνητικόν. ἐπεδήμησε γὰρ τῇ Ἀττικῇ, Κριτίου ἐρῶν, καὶ ἠρέσθη (sic scribendum) λίαν τοῖς μέλεσι τοῦ τραγικοῦ. ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐν πάντι τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τυροῖ. ἔστι δὲ ταῦθ' ὅμοια τῷ,

οὐδ' αὖ μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν.

Ita versum hunc, qui haud dubie Anacreontis est, pridem emendaveram, quum ita correxisse etiam Porsonum vidi. Τυροῖ, quod idem reponi iussit, praebuit etiam cod. Augustanus. Sed non opus erat, ut Tyro Sophoclis adhiberetur, quum idem metrum etiam in Electra huius poëtae usurpatum sit, v. 1058.

τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς
ἐξορώμενοι τροφᾶς κη-
δομένους ἀφ' ὧν τε βλαστῶ-
σιν, ἀφ' ὧν τ' ὄνασιν εὕρω-
σι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;

Hac sola ratione hos versus disponi posse, vel nomen

οἰωνοὺς ostendit, quod non potuit prima correpta dici, ut visum est Monkio in Museo critico P. II. p. 209. Caeterum apud Aeschylum si recte se habet constans librorum lectio δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων, tum hic necesse est iambicam formam Ionicae opposuerit. Non facit ille tamen hoc alibi: unde quibusdam placuit δέ eiicere, quod mea sententia fieri non potest. Non improbarem, si liber aliquis δακρυσιστακτὶ δ' ἀπ' ὄσσων praeberet: sed satius duco, vulgatam intactam relinquere. Caeterum non dissimulabo, quibusdam in locis ita ambiguum esse, utrum Ionicus sit an choriambicus numerus, ut nunc, pro utro iudicari oporteat, plane nesciamus, nunc pene fateri cogamur, temere hos numeros mixtos videri. Et huius quidem generis stropha est in Oedipo Rege v. 483. quae quoniam partim ex choriambis, partim ex Ionicis, utroque numero mire et parum apte interrupto, composita videtur, dicam, quae mihi de ea re coniectura subnata sit. Apparet rhythmica ratione in utroque genere eadem manente, tamen numerum, prouti dividas rhythmos, diversissimum esse. Nam si Ionicus est, prior quaeque duarum contiguarum arsium fortiorem ictum habet; sin choriambicus, posterior:

⏑ ˊ – – ⏑ ˊ – – ⏑ ˊ –

ˊ – ⏑ ˊ – – ⏑ ˊ – – ⏑ ˊ –

ὁ μὲν οὖν Ζεὺς, ὁ τ' Ἀπόλλων ξυνετοί.
ἄλλ' ὁ μὲν οὖν Ζεύς, ὁ τ' Ἀπολλὼν ξυνετοι.

Haec res facit, ut, nisi interrupto numero, non possit ex altero in alterum transiri. Ea transitio talis foret ab Ionico ad choriambicum:

⏑ ˊ – | ˊ ⏑ – | ˊ – ⏑ –

a choriambico autem ad Ionicum:

ˊ – ⏑ – – | ⏑ ˊ – – ⏑ ˊ –

Neutra habet, quod placere possit; posterior potissimum, quae etiam propter rhythmicam dissimilitudinem ordinum insuavis est. Licebit vero hanc pravitatem removere, si ἐπιπλοκὴν adhibebimus, non mutato numero. Neque aliud voluisse veteres puto. Nam si nomen numeri mutarunt, Ionicum in choriambicum, choriambicum in Ionicum abire dicentes, reputandum est, rhythmorum formas, non numerorum naturam his nominibus significari. Ista igitur ratio in Ionico numero duplex est:

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –  ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

qui numeri iam non erunt choriambici, sed Ionici. Ita vero strophae illae Sophoclis sine insuavi illa interruptione uno genere numeri, atque elegantissime quidem, decurrent:

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει
σοφὸς υἰωνοθέτας, οὔ-
τε δοκοῦντ', οὔτ' ἀποφάσκονθ'·
ὅ τι λέξω δ' ἀπορῶ.
πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐν-
θάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω
τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις,
ἢ τῷ Πολύβου νεῖ-
κος ἔκειτ', οὔτε πάροιθέν
ποτ' ἔγωγ', οὔτε τανῦν πω
ἔμαθον πρὸς ὅτου χρησάμενος δὴ βασάνῳ
ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα,
Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων.

Comprobant hanc rationem interpunctiones et hiatus. Itaque versus 1. 8. 13. haec metra habent:

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

In postremo, quem interpunctiones ita describi iubent, hiatus, quem antistrophicus in prima syllaba habet, illa ipsa ordinum distinctione mollitur.

21. Aliter paullo conformatus est locus in Bacchis Euripidis v. 530. cuius fabulae carmina melica maximam partem Ionica a minore sunt: proprius enim rebus Bacchicis hic numerus videtur habitus esse:

σὺ δέ μ', ὦ μάκαιρα Δίρκα,
στεφανηφόρους ἀπωθῇ
θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί.
τί μ' ἀναίνῃ; τί με φεύγεις;
ἔτι, ναὶ τὰν βοτρυώδη
Διονύσου χάριν οἴνας,
ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει.

22. Rursum aliter finitur carmen monostrophicum ex tribus strophis constans in Cyclope v. 493. cuius penultimus versus Ionicam formam habet, ultimus autem in antispastum exit, hoc modo,

⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —

Recte enim vulgo versus divisi sunt mirumque est et pene incredibile, Burneium non modo dubitare de hac descriptione, sed aliam proponere potuisse, eamque talem, cuius numeri in singulis versibus cum orationis decursu luctarentur. Nisi fallor, sic scribendum est.

ΧΟ. Μακάριος, ὃς εὐιάζει
βοτρύων φίλαισι πηγαῖς
ἐπὶ κῶμον ἐκπεπασθείς,
φίλον ἄνδρ' ὑπαγκαλίζων,
ἐπὶ δεμνίοις τε ξανθὸν
χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας
μυρόχριστος λιπαρὸν βό-
στρυχον· αὐδᾷ δέ, θύραν τίς οἴξει μοι;

ΚΥ. πά, πά, πᾶ; πλέως μὲν οἴνου,
γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης
σκάφος ὁλκὰς ὣς γεμισθεὶς
ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας.
ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὔφρων
ἐπὶ κῶμον ἦρος ὥραις,
ἐπὶ Κύκλωπας ἀδελφούς.
φέρε μοι, ξεῖνε, φέρ', ἀσκὸν ἐνδός μοι.
ΧΟ. καλὸν ὄμμασιν δεδορκὼς
καλὸν ἐκπερᾷ μέλαθρον,
. . . φιλεῖ τις ἡμᾶς.
λύχνα δ' ἀμμένει διαὶ σὸν
χρόα, χὡς τερείνᾳ νύμφᾳ
θρυσερῶν ἔσωθεν ἄντρων
στεφάνων οὐ μία χροιὰ
περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει.

V. 493. etsi defendi potest, tamen dubium videtur, utrum sic scripserit poëta, an μάκαρ, ὅστις εὐιάζει. V. 501. libri πᾶ, πᾶ, πᾶ. Vsitatam huius adverbii mensuram qui servatam putabit, unum πᾶ delere debebit. Verum non ausim hoc facere, quum corripiendis duobus prioribus egregie cupiditas Cyclopis exprimi videatur. V. 512. seqq. non contenderim, veram me scripturam assequutum esse. Vulgo ἀμμένα δαΐα σὸν χρόα, χὡς τέρεινα νύμφα, et mox στεφάνων δ' οὐ μία χρόα. Ἀμμένει codex G. praebuit: unde Reiskius ἀμμένει.

23. Tertium genus, quo scenici poëtae utuntur, insigne est admixto anapaesto, quo non solum finiuntur saepe versus, (nam haec catalexeos quaedam forma est) sed etiam incipiuntur, vel medium eum recipiunt. Exempla exstant in Persis v 66 — 80. ubi post quinque dimetros Ionicos ita finitur stropha:

Ἀθαμαντίδος Ἕλλης
πολύγομφον ὅδισμα

*ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου.*

Ad idem genus pertinent paullo post v. 97 — 113. quorum primi corrupti sunt. Exit systema ibi in iambicos numeros:

*διέπειν, ἱππιοχάρμας*
*τε κλόνους, πόλεων τ' ἀναστάσεις.*

Eodem referendus est Euripidis locus in Suppl. 42. seqq. ubi prior stropha duo complectitur systemata, ut ex ancipite finali v. 44. intelligitur; catalexis autem ubique fit in anapaestum. Nam utcumque legas ultimum secundae strophae versum, illud tamen certum est, non eum exire in iambos, ut visum est Burneio in Tentamine de metris Aeschyli ad Persas p. 12. seq. et Gaisfordio in editione Supplicum. Alia exempla in Bacchis exstant, quorum afferam, quae correctione indigent. V. 64. scribendum videtur:

*στρ.* *Ἀσίας ἀπὸ γαίας ἱερὸν Τμῶ-*
*λον ἀμείψασα θοάζω*
*Βρομίῳ πόνον ἡδύν, κάματόν τ' εὐ-*
*κάματον, Βάκχιον ἀζομένα θεόν.*
*ἀντ.* *τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς μελάθροις; ἐκ-*
*τοπος ἔστω, στόμα τ' εὔφη-*
*μὸν ἅπας ὁσιούσθω· τὰ νομισθέν-*
*τα γὰρ αἰεὶ Διόνυσον ὑμνήσω.*

Vide supra p. 47. Memorabiles sunt, qui paullo post leguntur huius generis Ionici, propter solutionum et contractionum varietatem, quam vereor ut antiquior tragoedia sibi indulserit. Solvit autem Euripides priorem arsin Ionici, et contraxit anacrusin in his v. 78.

*τά τε ματρὸς μεγάλας ὄρ-*
*για Κυβέλης θεμιτεύων,*
*ἄναθύρσον τε τινάσσων,*
*κισσῷ τε στεφανωθείς,*

in antistropha formas pedum usurpans easdem. Contracta anacrusis invenitur etiam v. 113. ubi tres dimetri con-

stituendi videntur. Finis strophae, post insolentiorem catalexin Ionicorum choriambum habet.

*Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλ-*
*λάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυίας,*
*τὸν Βρόμιον.*

Brunckius, qui nescio quos anapaestos hic videns, in antistropha *ἀμφεβάλοντο* edidit, ea re usitatam catalexin restituit. At *ἀγυίας* non potest mediam brevem habere. Vulgatam tuebitur locus, quem statim afferam, in quo eadem catalexis invenitur.

24. Etenim aliud insigne horum versuum exemplum praebet eadem fabula v. 370. Adscribam strophan, ita dispositam, ut servetur numerus Ionicus, etsi, quod et ego olim putabam, et placuisse aliis video, pars horum versuum in choriambos redigi potest. Aptius tamen videtur, quum nihil impediat, continuari Ionicos:

*Ὁσία, πότνα θεῶν,*
*Ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν*
*χρυσέαν πτέρυγα φέρεις,*
*τάδε Πενθέως ἀΐεις;*
*ἀΐεις οὐχ ὁσίαν*
*ὕβριν ἐς τὸν Βρόμιον, τὸν Σεμέλας, τὸν*
*παρὰ καλλιστεφάνοις εὐ-*
*φροσύναις δαίμονα πρῶτον*
*μακάρων, ὅς τάδ' ἔχει,*
*θιασεύειν τε χοροῖς,*
*μετά τ' αὐλοῦ γελάσαι,*
*ἀποπαῦσαι τε μερίμνας,*
*ὁπόταν βότρυος ἔλθῃ*
*γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν, κισ-*
*σοφόροις δ' ἐν θαλίαις ἀν-*
*δράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.*

Observandum est, in antistropha non ubique syllabas syllabis respondere. Nam versui tertio oppositus est hic,

τὸ τέλος δυστυχία.

In septimo autem admissa anaclasis:

καὶ συνέχει δῶ-
μα πρόσω γάρ ἀλλ' ὅμως αἰ-
θέρα ναίοντες ὁρῶσιν.

Et in quarto decimo solutio:

δέ τις ἂν μεγάλα διώκων.

Eiusdem generis carmen est, quod legitur a v. 518. sed leviter corruptum. V. 526. scribe

ἴθι Διθύραμβ', ἐμὰν ἄρ-
σενα τάνδε βᾶθι νηδύν.
ἀναφαίνω σὲ τόδ', ὦ Βάκ-
χιε, Θήβαις ὀνομάζειν.

In antistropha autem v. 545. scribendum videtur,

— ἔμ' ὃς βρόχοισι τὰν τοῦ
Βρομίου τάχα ξυνάψει.
τὸν ἐμὸν δ' ἐντὸς ἔχει δώ-
ματος ἤδη θιασώταν
σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς.

In postremo versu quum stropha anaclasin habeat, caeterique versus hac in re sibi exaequati sint, haud scio an praestet,

σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς.

Epodus ab Ionicis ad alios transire numeros videtur. Eius posterior pars ita, nisi fallor, scribenda et digerenda est:

μάκαρ ὦ Πιερία,
σέβεταί σ' Εὔιος, ἥξει
τε χορεύσων ἅμα βακχεύ-
μασι, τόν τ' ὠκυρόαν
διαβὰς Ἄξιον εἰλισ-
σομένας Μαινάδας ἄξει, Λοιδίαν τε,
τὸν εὐδαιμονίας
βροτοῖς ὀλβοδόταν,
πατέρα τε, τὸν ἔκλυον
εὔιππον χώραν ὕδασιν

καλλίστοισι λιπαίνειν.

Legitur vulgo μάκαιρ' ὦ Πιερία: sed sic etiam in Iphig. Taur. 646. dixit τύχας μάκαρος. Praeterea vulgo τὸν τᾶς εὐδαιμονίας. Tertius a fine versus dochmiacus est, quo transitus fit ad numerum Glyconeum.

25. Sequantur comici. Atque apud Aristophanem duo maxime sunt loci, versibus Ionicis a minore scripti, quorum unus, qui est in Ranis a v. 323. plures Anacreonteos continet, anaclasi promiscue admissa. Is locus, in quo etiam Bacchiacus numerus invenitur, ita habet:

Ἴακχ', ὦ πολυτίμοις
ἐν ἕδραις ἐνθάδε ναίων
Ἴακχ', ὦ Ἴακχε,
ἦλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων,
ὁσίους ἐς θιασώτας
πολύκαρπον μὲν τινάσσων
περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
στέφανον μύρτων, θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων
ποδὶ τὰν ἀκόλαστον
φιλοπαίγμονα τιμάν,
χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν
μέρος ἁγνάν, ἱερὰν
ὁσίοις μύσταις χορείαν.

Antistropha ita scribenda videtur:

ἔγειρε φλογέας λαμ-
πάδας ἐν χερσὶ τινάσσων,
Ἴακχ', ὦ Ἴακχε,
νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ.
φλογὶ φέγγεται δὲ λειμών.
γόνυ πάλλεται γερόντων·
ἀποσείονται δὲ λύπας,
χρονίους τ' ἐτῶν παλαιῶν ἐνιαυτούς,
ἱερᾶς ὑπὸ τιμᾶς.
σὺ δὲ λαμπάδι φέγγων

προβάδην ἔξαγ' ἐπ' ἀνθη-
ρὸν ἔλειον δάπεδον
χοροποιὸν, μάκαρ, ἦβαν.

In stropha vulgo πολυτιμήτοις ἕδραις: quod etsi ferri potest, tamen, quoniam optimi codices ἐν ἕδραις habent, corrigendum videbatur. In antistropha libri ἐν χερσὶ γὰρ ἥκει τινάσσων, nisi quod τινάσσων a quibusdam omittitur. Nisi magis reconditum quid latet, non video, quomodo expediri hic locus possit, nisi deletis verbis γὰρ ἥκει. Non procul a fine libri, σὺ δὲ λαμπάδι φλέγων. Tanto minus dubitavi φέγγων reponere, quod in stropha codices quidam φλέγεται pro φέγγεται exhibent.

26. Alter locus, sed ille non vacuus a vitiis, in Vespis est a v. 273. admixtos habens et logaoedicos et trochaicos numeros. Is hoc modo videtur scribendus esse.

τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν στρ. ά.
ὁ γέρων, οὐδ' ὑπακούει;
μῶν ἀπολώλεκεν τὰς
ἐμβάδας, ἢ προσέκοψ' ἐν
τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που
λίθῳ, εἶτ' ἐφλέγμηνεν
τὸ σφυρὸν γέροντος ὄντος;
καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη.
ἦ μὴν πολὺ δριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν,
καὶ μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετ',
ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη
τις, κάτω κύπτων ἂν οὕτω,
λίθον ἔψεις, ἔλεγεν.
τάχα δ' ἂν διὰ τόν χθιζινὸν ἄνθρω- ἀντ. ά.
πον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
ἐξαπατῶν, λέγων ὡς
καὶ φιλαθήναιος ἦν, καὶ
τὰν Σάμῳ πρῶτος κατείποι,
διὰ τοῦτ' ἀδυνηθείς,

εἴτ᾽ ἴσως κεῖται πυρέττων
ἔστι γὰρ τοιοῦτος ἀνήρ.
ἀλλ᾽, ὦ γάθ᾽, ἀνίστασο, μηδ᾽ οὕτως σεαυτὸν
ἔσθιε, μηδ᾽ ἀγανάκτει.
καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει
τῶν προδόντων τὰπὶ Θρᾴκης,
ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς.
ΗΜ. ὕπαγ᾽, ὦ παῖ, ὕπαγε. μεσῳδ.
Π. ἐθελήσεις τί μοι οὖν, ὦ στρ. β΄
πάτερ, ἢν σού τι δεηθῶ;
Χ. πάνυ γ᾽, ὦ παιδίον, ἀλλ᾽ εἰ-
πέ, τί βούλει με πρίασθαι
καλόν; οἶμαι δέ σ᾽ ἐρεῖν ἀ-
στραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ.
Π. μὰ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἰσχάδας, ὦ παπ-
πία· ἥδιον γάρ. Χ. οὐκ ἄν,
μὰ Δί᾽, εἰ κρέμοισθε γ᾽ ὑμεῖς.
Π. μὰ Δί, οὐτἄρα προπέμψω σε τὸ λοιπόν.
Χ. ἀπὸ γὰρ τοῦδ᾽ ἐμὲ τοῦ μισθαρίου
τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλ-
φιτα δεῖ καὶ ξύλα κἄψον.
σὺ δὲ σῦκά μ᾽ αἰτεῖς.
Π. ἄγε νῦν, ὦ πάτερ, ἢν μὴ ἀντ. β΄.
τὸ δικαστήριον ἄρχων
καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνη-
σόμεθ᾽ ἄριστον; ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ
πόρον Ἕλλας ἱρὸν εἰπεῖν.
Χ. ἀπαπαί, φεῦ, ἀπαπαί, φεῦ,
μὰ Δί᾽ οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ᾽
ὁπόθεν γε δεῖπνον ἔσται.
Π. τί με δῆτ᾽, ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν᾽ ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρεχῇς;
Χ. ἀνύνητον ἄρ᾽, ὦ θυ-
λάκιον, σ᾽ εἶχον ἄγαλμα. Π. (ἔ ἔ)

*πάρα νῷν στενάζειν.*

In primae strophae v. 6. addidi *λίθῳ*, et delevi *αὐτοῦ*. Legebatur enim *εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ*. *Ἐφλέγμηνεν* secundam correptam habet, quam licentiam sibi et tragicos nonnumquam et Aristophanem sumpsisse, a Porsono adnotatum est ad Eurip. Hec. 302. In nomine *λίθος* peccatum etiam v. 247.

*μή που λαθών τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ.*

ubi *λίθος* pro *λαθὼν* cod. Venetus exhibet. In antistrophae primae v. 1. libri *χθεσινόν*: sed metrum requirit alteram formam, quae exstat apud Alciphronem III. 61. vide Matthaei glossaria minora v. *χθιζός*, et Bekkeri Anecd. Gr. T. I. p. 73. V. 3. legebatur *καὶ λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν*. Secundae antistrophae versum 6. ubi *ἱερὸν* legebatur, addito *εἰπεῖν* explevi. V. 7. semel tantum scriptum erat *ἀπαπαὶ φεῦ*. V. 13. voculae *ἔ ἔ* extra versum sunt.

---

## CAP. XXXX.

### *De versu Galliambico.*

1. Reliquum est, ut de versu Galliambico dicatur. De eo Hephaestio p. 39. (67) ita scribit: *τῶν δὲ ἐν τῷ μέτρῳ μεγεθῶν τὸ μὲν ἐπισημότατόν ἐστι τὸ τετράμετρον τὸ καταληκτικόν*, (sic scribendum puto) *οἷόν ἐστι τὸ τοῦ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ τουτί:*

*τό γε μὴν ξείνια δούσας, λόγος ὥσπερ λέγεται,*
*ὀλέσαι, κἀποτεμεῖν ὀξεῖϊ χαλκῷ κεφαλάν·*

*καὶ παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῷ·*

*ἃ δ' ἀνάγκα "σθ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν.*

*τοῦτο μέντοι καὶ Γαλλιαμβικὸν καὶ μητρῷακὸν καὶ ἀνακλώμενον καλεῖται· ὕστερον δὲ ἀνακλώμενον ἐκλήθη, διὰ τὸ πολλὰ τοὺς νεωτέρους εἰς τὴν μητέρα τῶν θεῶν γράψαι τούτῳ τῷ μέτρῳ· ἐν οἷς καὶ τὰ τοὺς τρίτους παίωνας ἔχοντα,*

καὶ τὸν παλιμβάκχειον, καὶ τὰς τροχαϊκὰς ἀδιαφόρως παραλαμβάνουσι πρὸς τὰ καθαρά, ὡς καὶ τὰ πολυθρύλλητα ταῦτα παραδείγματα δηλοῖ·

*Γαλλαί, μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες,*
*αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα.*

2. Dixi supra, Phrynichorum versus videri puros Ionicos esse. Id si verum est, Galliambi non alia re ab his differunt, quam quod anaclasin, contractionesque et solutiones recipiunt. Itaque versus Galliambicus ex duobus versibus Anacreonteis constat, quorum secundus catalecticus est, hac forma:



Exempli loco Gaisfordius p. 327. Diogenis Laërtii versus in fine libri VIII. a Porsono numeris suis restitutos attulit:

*ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίην*
*Εὔδοξόν ποτε μοῖραν παρὰ τοῦ καλλικέρω*
*ταύρου, κοὐδὲν ἔλεξεν· βοῒ γὰρ πόθεν λόγος;*
*φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λάλον Ἄπιδι στόμα.*
*παρὰ δ' αὐτὸν λέχριος στὰς ἐλιχμήσατο στολήν,*
*προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσῃ βιοτὴν*
*ὅσον οὔπω. διὸ καί οἱ ταχεῶς ἦλθε μόρος,*
*δεκάκις πέντ' ἐπὶ τρισσαῖς ἑξιδόντι πλειάδας.*

Hic quidem et caesuram strenue servavit, neque, quum anaclasin fecit, admisit syllabam ancipitem. Eadem utraque in re Catulli diligentia fuit in carmine LXIII. qui plerumque in posteriore parte cum anaclasi solutionem coniunxit:

*super alta vectus Atys celeri rate maria,*
*Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,*
*adiitque opaca silvis redimita loca deae.*

Anaclasin hic ita usurpavit, ut semel tantum purum Ionicum posuerit v. 54.

*et earum omnia adirem furibunda latibula.*

Magis Graecos sequutus videtur Varro in satiris. Ex eius Cycno περὶ ταφῆς Nonius p. 485. hunc versum affert:

*tua templa ad alta fani properans citus itere.*

Ex Eumenidibus autem, in qua satira Galli in templo matris deum cantantes, atque nescio quem ex ara, quum excantare non possent, deripientes introducti sunt, ut ex Nonio in v. *praeter*, *gallare*, *excantare* colligitur, idem Nonius tria Galliamborum fragmenta servavit, quae ita fortasse coniungenda sunt:

*tibi typana, non inanis sonitus matris deum*
*tonimus: . . . . . tibi nunc semiviri*
*teretem comam volantem iactant Galli: tibi*
*Phrygius per ossa cornus liquida canit anima.*

Vide Nonium in v. *tonimus* p. 49. in v. *iactare* p. 328. in v. *anima* et *liquidem* p. 233. et 334. Primum versum tetigit Naekius in schedis criticis p. 22. seq. In secundo, ubi deest aliquid, nolim nunc *modos tibinos* inseri ex Nonio in v. *tibinos* p. 49. quando hoc soli editioni Parisiensi a. CIↃIↃCXIV. debetur. Antiquiores enim ignorant, et videtur Nonii locus ex sola coniectura refictus esse: idque adnotavit etiam Mercerus. In tertio versu p. 328. legitur *tibi Galli.* Alios Galliambos, qui Maecenatis sunt, vide apud Atilium Fortunatianum p. 2677.

---

## CAP. XXXXI.

### *De versibus paeonicis.*

1. Vltimum genus numerorum simplicium paeonici sunt. De quibus quoniam satis disputatum est supra c. XIX. ubi de Creticis versibus explicabatur, paucis nunc

profligare hanc materiam licebit. Quod si verum est, quod ibi contendimus, non esse credibile, abstinuisse Graecos ab hoc genere numeri, si autem usi eo sint, puros servandos fuisse paeones, nec potuisse Cretico locum concedi: ita statuendum erit, versus eos, a quibus severa lege exclusum esse Creticum videamus, iure pro paeonicis haberi posse.

2. Constat autem paeonicus numerus ex ordinibus arsin duorum temporum, thesin autem trium brevium syllabarum habentibus: ex quo apparet, ad summum arsin solvi posse, contractionem autem syllabarum, quae in thesi sunt, quia thetici soni ex numeri legibus omnes debent aequales esse, non posse admitti. Praeterea paeonici quoque numeri ex ordinibus periodicis componuntur, maximeque ex dipodiis. Atque ex trochaicorum et dactylicorum numerorum comparatione si iudicandum esset, formae versuum paeonicorum hae constitui deberent:

| | | |
|---|---|---|
| | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ | primi paeones |
| ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏑ – | quarti paeones |
| | ⏑ – ⏑ ⏑ – | strophi |
| ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ – | dasii |
| – | ⏑ – ⏑ ⏑ | symplecti. |

Verum quum omnino ratior sit paeonum usus, tum strophi, dasii, symplecti, si sunt aliquando usurpati, tamen non certas et usitatas formas acceperunt. Itaque de his sic statuendum est, repertos forte non esse temere repudiandos, sed ubi non ultro se obtrudant, non debere introduci. Praeterea ut in dactylicis numeris sunt, qui iambicam anacrusin habeant, ita etiam paeonici alii cum iambica, alii cum dactylica anacrusi facti sunt.

3. Vsitatissimi paeonicorum versuum sunt primi paeones, et in his quidem tetrameter catalecticus in trisyllabum. Quod genus, ut omnino primi paeones, comoediae proprium est. Tragoedia enim, ut supra c. XIX. 4. diximus, quartos magis amat. Caesuram hi versus habent in fine secundi pedis, sed negligitur ea interdum. De hoc versu ita Hephaestio p. 42. (72) *ἐπιτηδεύουσι δὲ ἔνιοι τῶν ποιητῶν τοὺς πρώτους καλουμένους παίωνας παραλαμβάνειν, πλὴν τῆς τελευταίας χώρας, εἰς ἣν τὸν Κρητικὸν παραλάμβανουσιν. οὕτω γοῦν τὸ πολυθρύλλητον τετράμετρον συντιθέασιν, οὗ παράδειγμα ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν·*

*ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική,*
*χαῖρε, λιπαρὸν δάπεδον, οὔθαρ ἀγαθῆς χθονός.*

*κέχρηται δὲ αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλοις δράμασιν ὁ Ἀριστοφάνης, καὶ ἐν Σφηξίν·*

*ὦ μακάριοι Αὐτόμενες, ὡς σε μακαρίζομεν.*

*καὶ Εὔπολις ἐν Κόλαξι·*

*φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγώ,*
*καὶ πολὺ μέγιστ' ἀγαθά· ταῦτα δ' ἀποδείξομεν.*

Quod addit, *ὅμως δὲ ἐν τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης ἐποίησε τὸν τέταρτον παίωνα ἀντὶ τοῦ πρώτου, οὐ τηρήσας τὸ πρῶτον παρατήρημα,*

*ἐν ἀγορᾷ δ' αὖ πλάτανον εὖ διαφυτεύσομεν,*

*ἐν δὲ ταῖς δευτέραις Θεσμοφοριαζούσαις καὶ Κρητικοὺς πολλάκις ἐν μέσοις τοῖς τετραμέτροις παρέλαβεν,* id arguere videtur, hos versus, in quibus non puri sint paeones, Creticos potius, quam paeonicos fuisse. De qua re supra dixi cap. XIX. 8. p. 200. Sed quod ad illos attinet, qui vere paeonici sunt, facile intelligitur, non recte dici in Creticum eos exire. Id Hephaestioni quidem ita videri debuit, qui Creticos esse hos versus putavit: nos autem, si paeonicos eos esse contendimus, ultimum pedem necesse est dactylum statuamus, eodem modo, quo dactylici multi in pedem exeunt uno tempore breviorem da-

etylo. Locus Vesparum, quem citat Hephaestio, est v. 1275. duas strophas continens ex octo tetrametris paeonicis et uno trochaico tetrametro catalectico. Vbique enim antistrophici sunt numeri paeonici.

4. Aliud insigne tetrametrorum dimetrorumque exemplum, quibus Cretici mixti sunt, in fine autem pariter, ut in Vesparum loco, tetrameter trochaicus additus, in Acharnensibus exstat v. 971.

εἶδες ὦ̃, εἶδες ὦ̃
πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέρσοφον,
οἷ' ἔχει
σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν,
ὧν τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ
χρήσιμα, τὰ δ' αὖ πρέπει
χλιαρὰ κατεσθίειν.
αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται.

Sequuntur octo adhuc tetrametri, et in fine trochaicus: qui tetrametri omnes ex puris paeonibus constant. Nam qui duo versus recedere ab hac lege videntur, 986. 998. ita scribendi sunt:

τὰς χάρακας ἧπτε πολὺ μᾶλλον ἔτι τῷ πυρί.
καὶ περὶ τὸ χωρίον ἑλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ.

Brunckius, antistropharum responsione non animadversa, vehementer perturbavit hunc locum. Alii duo tetrametri in eadem fabula sunt v. 670. 671. quibus respondent v. 697. 698.

5. Pentametrum a Theopompo in *Παισὶν* usurpatum scribit Hephaestio:

πάντ' ἀγαθὰ δὴ γέγονεν ἀνδράσιν ἐμῆς ἀπὸ συνουσίας.

Quem versum vere paeonicum esse ex eo intelligitur, quod paeones puros servatos esse dicit Hephaestio.

6. Brunckius, deceptus corruptis quibusdum apud Hephaestionem exemplis, ratusque in paeonico numero nihil referre, quis ex quattuor paeonibus adsciscatur, versus nonnullos apud Aristophanem ita constituit, ut nullum ullius numeri vestigium remanserit. Vide eum ad Aves 333. et in addendis ad Lysistr. 816. 1053. 1202. p. 178. 179. At recte veteres primum tantum et quartum paeonem norant, ut Aristoteles Rhet. III. 8. cuius verba supra p. 194. attulimus, et, qui hunc sequuntur Demetrius Phal. de eloquut. §. 38. ac Cicero de Or. III. 47. cum quibus consentire videtur Bacchius p. 25. neque, secundus vel tertius paeon, etiamsi in usu fuisset, recipi potuisset pro primo paeone, quia, quum arsin alio loco habeat, numero diversissimus est. Omnino autem tantum abest, ut in versibus ex primo paeone factis alius paeon recipiatur, ut ne solutio quidem umquam videatur admissa esse. At obiiciat aliquis Aristophanis locos in Avibus v. 311. 315. 333.

*ποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐκάλεσε; τίνα τόπον ἄρα ποτὲ νέμεται;*
*τίνα λόγον ἄρα ποτὲ πρός γ' ἐμὲ φίλον ἔχων πάρει;*
*ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσεν, παρέβαλέν τ' ἐμὲ παρὰ γένος ἀνόσιον, ὅπερ ἐξόλ' ἐγένετό γ' ἐπ' ἐμοὶ πολέμιον γ' ἐτράφη.*

Quos versus etiam Gaisfordius ad Hephaestionem p. 331. paeonicos esse putavit. Talesne vero versus Graecis aut paeonicos aut Creticos videri potuisse? aut superbas illas aures politissimi poëtae tam rudes atque inconditos numeros probavisse? Nam sicubi in Creticis numeris solutio admissa est a veteribus, factum est id sic, ut ultro tamen se offerret numerus Creticus, veluti in hoc versu,

*θυμελικὰν ἴθι, μάκαρ, φιλοφρόνως εἰς ἔριν,*

non autem, ut singula pene verba miris modis distrahe-

rentur ac lacerarentur. At, inquit, qui tribus postremis horum versuum respondent, quum paeonici sint elegantissimi, dubitare non sinunt, quin isti quoque paeonici sint:

οὔτε γὰρ ὄρος σκιερόν, οὔτε νέφος αἰθέριον,
οὔτε πολιὸν πέλαγός ἐστιν, ὅ τι δέξεται
τώδ' ἀποφυγόντε με.

Audio: at neque hos versus, neque superiores istos aut paeonicos aut Creticos esse contendo. Nam quod saepe factum est, ut grammatici, quum semel aliquod metrum sibi invenisse visi essent, id mutandis poëtae verbis utcumque restituere conarentur: cuius rei quum alia multa exempla exstant, tum vix ullum luculentius, quam quo viginti quinque versus in Vespis 271. seqq. corrupti fuerunt, de quibus videnda adnotatio Brunckii: idem his quoque in locis factum esse, tanto minus dubitari potest, quod ultro se offerunt dochmiaci, quo in genere versuum solutiones usitatissimae sunt. Ac primi duo illorum versuum ex iambo arsin solutam habente, et duobus dochmiis constant:

ποῦ μ' ἄρ' ὃς – ἐκάλεσε; τίνα τόπον – ἄρα ποτὲ
νέμεται;
τίνα λό – γον ἄρα ποτὲ πρὸς ἐμὲ – φίλον ἔχων
πάρει;

Caeteri ex solis dochmiis facti videntur:

ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσε, – παρέβαλέ τ' ἐμὲ παρὰ
γένος ἀνόσιον, ὅπερ, – ἐξότ' ἐγένετ', ἐμοὶ
πολέμιον ἐτράφη.

Atque ἐξότ' ἐγένετ' est in MSS. Rav. et Ven. Idem Venetus γ' in ultimo versu omittit. Iam antistrophicis illis, qui optimos paeones praebere videbantur, facillime pristina forma restitui poterit:

οὐ γὰρ ὄρος σκιερόν, – οὐ νέφος αἰθέριον,
οὐ πολιὸν πέλαγος – ἔσθ' ὅ τι δέξεται
τώδε φυγόντε με.

7. Paeonici catalectici in disyllabum, itemque anacrusin iambicam habentes, rarius inveniuntur. Exemplo sit hic locus in Lysistrata v. 781. qui quum pessime habitus sit ab librariis, nec quidquam prosit Suidas, mentionem eius faciens in v. ἀπορρῶγας, Ἐριννύων ἀπορρώξ, Μελανίωνος σωφρονέστερος, Τίμων, venia erit coniectura tentanti, quae librorum inopia sanari nequeunt.

μῦθον
βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκουσ'
αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν,
οὕτως·
ἦν ποτὲ νέος Μελανίων τις, ὃς
φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν
κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει
κᾆτ' ἐλαγοθήρα,
πλεξάμενος ἄρκυς,
καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.

Antistrophici sic habent:

κἀγὼ
βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι
τῷ Μελανίωνι.
Τίμων
ἦν τις ἄϊδρυτος ἀβάτοισιν ἐν
σκώλοισι, τὰ πρόσωπα περιειργμένος
Ἐριννύος ἀπορρώξ,
. . . . . .
οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους
πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.

## CAP. XXXXII.

### *De quartis paeonibus.*

1. Secundum genus versuum paeonicorum, quod iambis atque anapaestis simile est, quartos paeones continet. Quod genus quia magnam concitationem habet, a tragicis maxime usurpatum est. Aristoteles Rhet. III. 8. tetrametri exemplum affert:

*μετὰ δὲ γᾶν ὕδατα τ᾽ ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.*

Aliud exemplum ex Rufino p. 2711. addit Gaisfordius p. 331.

*παρὰ σοφοῦ μάθε κλύων ὅσα τις ἂν καταμάθοι.*

Duos tresve quartos paeones iunctos dochmiis supra commemoravi cap. XXI. 33. 34. p. 268. seqq. qui dubium interdum est, paeones an Cretici sint.

2. Sed sunt tamen loci, in quibus, nisi alienos abre et consilio poëtae numeros inferre volumus, certum esse videatur, quartos paeones usurpatos esse. Eiusmodi est praeclarus ille in Eumenidibus locus, in quo quarti paeones, versuum logaoedicorum more, in dactylicum trochaicumque numerum exeunt: v. 329. 342.

*ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ*
*τόδε μέλος παρακοπά,*
*παραφορὰ φρενοδαλής.*

Sic etiam in Choëphoris v. 804.

*τὸ δὲ καλῶς κτάμενον, ὦ μέγα ναίων*
*στόμιον, εὖ δὸς ἀνέδην δόμον ἀνδρός·*

Integro quarto paeone terminantur in Eum. 356.

*ἀνατροπάς, ὅταν Ἄρης,*
*τιθασὸς ὢν, φίλον ἕλῃ·*
*ἐπὶ τὸν, ὦ, διόμεναι.*

In antistropha ἄγκαθεν iam olim in ἀνέκαθεν mutavi. Aliter enim hi versus Cretici forent, qui numerus, si quid video, multo minus hic aptus est.

## CAP. XXXXIII.

*De parapaeonicis et aliis longioribus numeris.*

1. Parapaeonem aliosque ordines, ex longa arsi, et pluribus in thesi brevibus syllabis constantes quemadmodum potuisse usurpari apertum est, ita esse etiam interdum usurpatos veri simile videtur. Mirum enim foret, si Graeci, in tanta linguae volubilitate, quidquam in numeris intentatum reliquissent. Nam etsi certae et stabiles metrorum formae alienae sunt ab huiusmodi numeris, quos ipsa eorum natura raro et non nisi in maximo animi motu usurpari sinit: tamen, quoniam caussa nulla excogitari potest, quare prorsus reiecti fuerint, non erunt, sicubi inveniri videbuntur, removendi, sed retineri potius, adnotarique debebunt. Grammatici quidem et rhythmici si nullam eorum mentionem faciunt, non est quod conturbemur. Nam rhythmici rhythmos tractabant in cantu a musicis receptos, a quibus metrorum numeri valde diversi sunt: grammatici autem quam doctrinam invenerunt, ea sic est comparata, ut, quoniam non numerum, sed pedum quasdam proportiones spectat, praetermittere hos numeros necessario debuerit, quippe quos versibus in syzygias descriptis ad alia genera referat.

2. Manet tamen in hac re aliquid incerti, quoniam plerisque in locis, etiam si antistropharum comparatione satis muniti sint, tamen breves syllabae saepe ex solutionibus longarum ortae videntur. Ita Boeckhio in Pindari Olymp. X. quod carmen ipsi undecimum est, non potest quidquam, quod rem conficiat, opponi, quum in his numeris,

γλυκὺ γὰρ αὐτῷ μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ', ὦ,

breves syllabas trochaei solutione positas putat. Contra negari non potest, ea ratione interdum numeros, qui alias mire magnifici et splendidi forent, ad humilitatem

quamdam deprimi, quae dubites an consilio poëtae non sit consentanea. Ita in Pyth. II.

*μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι, βαλυπολέμου*
*τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν.*

Qui versus quis non videt quanto alacriores habeant et vehementiores numeros, si sic eos metiare,





quam si, ut Boeckhio visum est,



et paullo post:

*εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾧ κρατέων*
*τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις,*
*ποταμίας ἔδος Ἀρτέμιδος, ἃς οὐκ ἄτερ,*

si eos in hos ordines describas,







quam si hoc modo, ex Boeckhii sententia,







Vtcumque se res habeat, illud certum manere puto, si nostrates poëtae, quibus lingua longis syllabis nimium abundans magnis difficultates obiicit, non uno modo paeones tentare ausi sunt, ut Klopstockius quum alibi, tum in duobus praeclaris carminibus, quorum unum Thuisco-

nis, alterum Bragae nomine inscripsit, permirum, quin vix credibile futurum esse, si Graeci, quorum lingua sponte se quibuscumque numeris accommodat, non et paeones et alios longiores numeros fecerint. Veluti quis credat, non ausos eos esse hosce praeclaros numeros admittere,



quos Klopstockius usurpavit in his versibus:

*da zu dem angriff bey dem waldstrom das kriegslied*
*zu der vertilgenden schlacht und dem siege den befehl rief.*

Credant hoc, qui ab opinionibus, quas semel conceperunt, avelli se non patiuntur. Ego ita sentio de illius gentis ingenio, nihil ut eos, in quo venustatis aliqua aut sublimitatis laus esset, intactum reliquisse putem.

# LIBER III.

## *De metris mixtis et compositis.*

## CAP. I.

### *De generibus metrorum mixtorum et compositorum.*

1. Posteaquam in praecedente libro de metris simplicibus expositum est, nunc ad illa metra progredimur, in quibus plures numeri coniuncti sunt. Eumdem ordinem sequutus est Hephaestio, qui pro instituto grammaticorum alia ratione usus, primo μίξεις κατ' ἀντιπάθειαν, quas illi vocant, deinde versus asynartetos, tum polyschematistos, postremo stropharum comparationes enumerat. Qua in re nihil est, quod reprehendi possit, si quis ex grammaticorum doctrina hanc partitionem iudicet. Quae his accedunt metra συγκεχυμένα et ἀπεμφαίνοντα, commemorata ab Aristide Quintiliano p. 57. scholiasta Hephaestionis p. 61. (104) et Mario Victorino p. 2553. seq. non a compositionis diversitate, sed ab licentiis quibusdam nomen acceperunt. Sunt autem συγκεχυμένα, quorum veri numeri propter solutiones contractionesque ambigui sunt; ἀπεμφαίνοντα autem, in quibus nomina inevitabilia aliam, quam pro vera syllabarum natura, mensuram habent. Nobis quidem, qui aliter, quam grammatici, de natura numerorum et conformatione sentimus, et divisione alia, et partium alio ordine opus est. Nam quas illi μίξεις κατ' ἀντιπάθειαν vocant,

in quibus volunt contrarios numeros, ut iambicos et trochaicos, coniunctos esse, eae magnam partam ex iisdem numeris constant, visaeque tantum sunt contrarios continere, quia non in ordines suos, sed in quattuor syllabarum dipodias dividebantur. Asynartetorum autem, quibus jure hoc nomen tribui possit, multo minor, quam visum illis est, copia exstat. Nec denique de polyschematistis omni ex parte recte iudicarunt, ut in quibus numeraverint metra quaedam, in quibus nulla invenitur diversarum formarum commutatio.

2. Ipsam numerorum naturam si spectamus, praeter simplices numeros duo alia invenimus genera, quorum alterum mixtos, alterum compositos numeros continet. Mixtos voco, qui ex diversis numeris in unum confusis constant; compositos, in quibus plures numeri ita sunt copulati, ut alter sequatur alterum.

3. Mixtio duplex est. Nam aut in eo posita est, ut duo vel plures numeri vices suas permutent: quos apertum est non posse simplices vocari, quia quisque alterius vicem subit, nec solus per se descriptionem naturamque numeri eius, in quo ipsi quandoque locus concessus est, continet. Hi sunt polyschematisti, quorum hoc proprium est, quod ex duobus vel pluribus numeris, sed non simul, constant, promiscue modo hoc recepto, modo alio. Altera mixtionis ratio est, quae numeros efficit, quos concretos nominare visum est. Hi duos pluresve numeros simul complectuntur, eosque in unum ordinem coniunctos, ita ut dividi separarique nequeant: quo differunt a compositis numeris, qui fiunt copulatis pluribus ordinibus.

4. Compositi enim numeri hoc habent proprium, quod ex pluribus facti sunt numeris, quorum singuli suis propriis ordinibus constant, seseque deinceps excipiunt.

Est autem etiam compositio duplex. Fit enim aut per cohaerentiam, quam *συνάφειαν* Graeci vocant, quae plerorumque est versuum conditio, aut sine vinculo, unde versus asynarteti nascuntur.

5. Nemo non videt, hanc partitionem, quam proposuimus, latius patere, quam ut ea tantum metra comprehendat, de quibus hoc libro dicturi sumus. Nam in polyschematistis versibus iure habendi sunt et choriambici et Ionici, de quibus praecedente libro explicatum est. Compositi autem numerandi sunt plerique omnes versus, de quibus hactenus est expositum, multique eorum etiam asynarteti. Verum quoniam non de numeris solum, sed etiam de versibus, qui ex quoque numeri genere conduntur, disserimus, fieri non poterat, quin, ubi de simplicibus numeris dicebamus, etiam versus ex his numeris factos, eosque vel per cohaerentiam, vel sine vinculo compositos commemoraremus. Eodemque modo, quoniam simplicium numerorum quidam natura sua ad variationem facti sunt, versusque procreant polyschematistos, non poterat praeteriri ista formarum alternatio. Nonnulla denique composita metra propter cognationem suam cum simplicibus, vel quia fere cum iis coniuncta inveniuntur, attingenda erant. Verum de quibus nunc dicturi sumus numeris, eorum omnium hoc proprium est, quod, quum non variationes sint simplicium, plane ab his segregari debent. Id de iis, quos concretos vocamus, per se apertum est. Ex polyschematistis autem huc pertinent illi, quos incertum est, si ex simplicibus orti sunt, ad quos eorum referri debeant. De compositis vero, sive illi per cohaerentiam facti sint, sive sint asynarteti, eos pertractabimus, qui vel ex diversis sunt numeris compositi, vel, si ex iisdem, tamen ordinum diversitate faciunt, ut non possint pro simplicibus, unoque numero decurrentibus haberi.

## CAP. II.

### *De versibus Glyconeis.*

1. Polyschematistorum, praeter choriambicos atque Ionicos, de quibus iam explicatum est, primum, seu potius unicum genus, nam caetera hoc nituntur omnia, Glyconei sunt. Eos grammatici volunt natura antispasticos esse dimetros: quod, si recte reiecimus traditam ab illis antispastorum doctrinam, non potest verum esse. Quum enim etiam a trochaeo incipiat versus Glyconeus, tollitur ea re antispastus. Simul autem trochaei iambique commutatio, qui pedes plane sibi repugnant, a basi, quam nos vocamus, initium fieri demonstrat. Vnde forma Glyconeorum, quae maxime usitata est, ex basi et ordine lagaoedico constat,

x x | — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Sed audiamus primo grammaticos. Igitur Hephaestio, de versibus antispasticis disserens, p. 33. (56) ita scribit: *δίμετρον δε ἀκατάληκτον, τὸ καλούμενον Γλυκώνειον, αὐτοῦ τοῦ Γλύκωνος εὑρόντος αὐτό·*

*κάπρος ἦνίχ' ὁ μαινόλης*
*ὀδόντι σκυλακοκτόνῳ*
*Κυπρίδος θάλος ὤλεσε.*

Idem quum p. 59. (104) polyschematistorum hanc definitionem posuisset: *πολυσχημάτιστα δὲ καλεῖται, ὅσα κατ' ἐπιλογισμὸν μὲν οὐδένα* (additur in cod. Norfolc. *ἤτοι κατὰ λόγον τινά, καὶ κοινωνίαν, καὶ ποδῶν συγγένειαν*) *πλῆθος ἐπιδέχεται σχημάτων, κατὰ προαίρεσιν δὲ ἄλλως τῶν χρησαμένων ποιητῶν·* p. 60. (106) de Glyconeis haec habet: *ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν Γλυκωνείων τοιαῦτα σχήματα παραλαμβάνεται· οἷον ἐν τοῖς Κορίννης·*

*καλὰ γέροια εἰσαμένα*
*Ταναγρίδεσσι λευκοπέπλοις·*

*μεγα δ' ἐμῆς γέγαθε πόλις*
*λιγουροκωτίλης ἐνοπῆς.*

*ὧδε καὶ τόδε·*

*καὶ πεντήκοντ' οὐψιβίας.*

Turnebus edidit *γέρεια*, i. e. *γέρεα*, a *γέρας*. Libri omnes consensu *γέροια*, quae videri potest Aeolica forma esse pro *γέρεια*: vide adnotationes ad Gregor. Cor. p. 605. seq. Mox *ἐμῆς* scripsi pro *ἐμή*, pariterque dativum pluralem restitui pro vulgato *λιγουροκωτίλης ἐνοπῆς*, qui facilius certe, quam genitivus, sive constructionem, sive dialectum spectes, ferri potest. Pergit Hephaestio: *ἔτι δὲ καὶ πλείοσιν αὕτη κέχρηται σχήμασιν·*

*δούρατος ὥστ' ἐφ' ἵππω*
*κατὰ μὲν βριμούμενοι,*
*πόλιν δ' ἐπράθομεν,*
*προφανὴς Γλυκοῦ δέ τις ᾠδὰν*
*πελέκεσι δονεῖται.*

Versus hos, quos etiam scholiastes sic scriptos et dispositos agnoscit, nemo sanus adducetur, ut ab Hephaestione pro Glyconeis habitos credat. Cod. Cantabr. *καὶ τὰ μὲν βριμόμενοι.* Pro Turnebi lectione *Γλυκοῦ* MSS. *γλούκου.* Pro *ᾠδὰν* cod. Cantabr. *ἀείδων*, cod. Monac. *ἀηδὼν.* Ed. princeps autem haec ita habet: *γλουκουδέ τις αἰδὼν πελέκεσσι. δονεῖται.* Venustissimum fragmentum, quod foede corruptum esse apparet, non puto, quemadmodum Dorvillio visum est, de equo Troiano accipiendum esse, sed de urbe, repentino impetu equitum capta. Corinna, rebus patriis, ut videtur, valde delectata, carmen scripsit, cui nomen factum est *κατάπλους.* In eo carmine, nisi fallor, expeditionem descripsit, qua Iolaus Thespiadas in Sardiniam traduxit, ibique devictis indigenis sedes tenuit: qui coloni *Ἰολαεῖς* vel *Ἰολάειοι* postea vocati sunt. Vide Apollodorum II. 7, 6. Diodorum Siculum IV. 29. V. 15. Pausaniam VII. 2, 2. X. 17, 4. Strabonem V. p. 225. (344) Ex eo carmine fortasse haec

omnia, quae hic affert Hephaestio, fragmenta desumpta sunt; de illo certe,

*καὶ πεντήκονθ' οὐψιβίας,*

tanto minus dubitem, quod quinquaginta numero fuerunt, quos Hercules e Thespii filiabus susceperat: ut recte iam Dorvillius *οὐψιβίας* pro vulgato *ὁ ὑψιβίας* scribi voluerit. Ad idem carmen Thespiae mentio referenda videtur, quod urbis nomen Stephanus Byzantinus a Corinna media modo longa modo brevi positum scribit. Haec si veri similia sunt, credibile est, introductum esse aliquem, qui de bello cum antiquis Sardiniae incolis gesto exponens, urbem eorum prope repentina incursione captam esse, hunc fere in modum narraret;

*δούρατος ὥςτ' ἐφ' ἱππίῳ*
*κάρτα κε βρέμομενοι πόλιν*
*διεπράθομεν ἀπροφανές·*
*γλούκου δέ πού τις ἀοιδιῶν*
*πελεκέεσσι δονεῖτ' ἄν.*

Ita, inquit, ut propter hastam equestrem feroces prope ex improviso urbem cepissemus, atque aliquis dulce canens securibus territus esset, quibus nempe portas, aedesque diruituri fuissent. Singula quis ausit in tam brevi fragmento certa praestare? *Ἀπροφανὲς* tamen extra dubitationem positum puto. Eo vocabulo usus est Orpheus Arg. 785. Illud vero quaeri poterit, an, quum saepius Aeolenses *η* pro *ει* usurpaverint, verior scriptura sit, quae propius ad vulgatam accedit, *ἀπροφανῆς*. Caeterum *κατάπλουν* illum Corinnae hoc ipso metro scriptum fuisse, fragmenta docent, quae inde servata sunt ab Apollonio in libro de pronomine p. 358. B.

*νίκασ' ὃν μεγαλοσθένης*
*Ὠαρίων, χώραν τ' ἀπ' ἐοῦς*
*πᾶσαν ὠνούμηνεν . .*

Bekkerus edidit *ὁ μεγαλοσθένης*; et sane codicem ita ha-

bere etiam alii testantur. Wolfius in fragm. poëtr. dedit *νίκασον μεγαλοσθένης*: unde *νίκασ' ὄν* scripsi, ut metrum constaret. Alterum fragmentum p. 365. B. sic disponendum est:

*. οὐ γάρ τιν ὁ φθονερὸς*
*δαίμων . . . . . .*

Credibile est autem, in strophas quasdam distinctum fuisse hoc carmen, quae, ut solent strophae Glyconeorum, versu Pherecrateo clauderentur: unde fragmentum, quod emendare conati sumus, eo versu finitur.

2. Sed veniendum est ad ipsam explicationem metri Glyconei. Ac vellem repertus esset, qui hoc genus metri eadem diligentia, qua Seidlerus versus dochmiacos, pervestigasset: quamquam haec res, etsi operae haud sane minoris est, fructu, si quid video, vix aequabit ea, quae ex dochmiacorum explicatione profecimus. Ego quidem quae comparatis, quotquot invenire potui, exemplis reperisse mihi videor, eorum potissima, aliquo saltem ordine, ut in tam late diffusa materia, disposita dabo. Liberius usi sunt hoc genere metri lyrici Aeolenses, et ut vere hos versus polyschematistos facerent. Recepti in poësin scenicam, in antiquissima tragoedia parce et non ut polyschematisti usurpabantur. Sed iam Sophocles et saepius iis usus est, et ut licentiam polyschematistorum admitteret. Recentior autem tragoedia, labente paullatim pristina gravitate, ita frequentavit hoc metrum, ut iam pene proprium et necessarium in tragoedia haberetur. Atque Euripides, quo quaeque recentior est eius fabularum, tanto plus sibi licentiae indulsit, adeo ut vel a comicis, qui vix sibi idem licere arbitrati sunt, ab eam rem reprehenderetur.

3. Si, quae primitiva sit forma versus Glyconei, constituendum est, non videtur alia ponenda esse, quam quae et a grammaticis ad Glyconem auctorem refertur, et

omnium usitatissima, maximeque nitida est. Est ea autem ex basi et ordine logaoedico a dactylo per trochaeum in arsin exeunte composita:

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Cuiusmodi pluribus versibus in unum systema vel strophàm coniunctis consentaneum est catalecticum subiici, qui una syllaba brevior est, et Pherecrateus vocatur:

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Euripides Androm. 502.

*ἄδ' ἐγὼ χέρας αἱματη-*
*ρὰς βρόχοισι κεκλειμένα*
*πέμπομαι κατὰ γαίας.*

Eoque genere ex antiquis, praeter poëtas lyricos Aeschylus maxime usus est, in basi disyllabos tantum pedes, trochaeum, iambum, spondeum, excluso pyrrhichio usurpans. Neque alibi pyrrhichium usquam in basi horum versuum inveni, nisi in locis corruptis: de qua re dictum est lib. II. c. 2, 4. Catullus in carm. LXI. in basi plerumque trochaeum, rarius spondeum, nusquam iambum posuit, servans caeterum perpetuitatem numeri, ut hiatum et syllabam ancipitem vitaret: unde paucos quosdam versus corruptos esse intelligitur. Semel ille in Pherecrateo, qui quaternis Glyconeis subiectus est, spondeum pro dactylo posuit, v. 25.

*nutriunt humore.*

Id in Glyconeo ipso saepe fecit Seneca in Oedipo, eo in carmine, cuius initium est v. 882.

4. Qui polyschematistum facere hoc metrum instituerunt, primo ordinem illum logaoedicum in duos ordines divisere, choriambum et iambum, quo factum est, ut iambus iste anacrusin admitteret ancipitem, spondeoque finiri versus posset:

ut apud Euripidem in Hippol. 741.

τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Quae ratio similem exitum praebet, ut in versibus dochmiacis. Et quemadmodum dochmiaci spondeo terminati finiendo systemati adhiberi solent, ita idem etiam in Glyconeis factum observari licet. Omninoque notatu dignum est, rhythmicis duo constituta esse genera dochmiaca, unum, quod metrici quoque dochmiacum vocant, alterum autem hoc ipsum, quod a metricis Glyconeum dicitur: de qua re supra monuimus lib. II. c. 21, 1. p. 240. seq. Haec autem forma versus Glyconei, quae spondeum in fine habet, a solis videtur tragicis usurpata esse.

5. Facta semel divisione ista, aliis quoque modis, et quidem transpositione ordinum, variare versus Glyconeos conati sunt. Et primo iambum, qui in fine erat, ex illo loco demptum praeposuerunt choriambo: sed eo loco, quia basis praecedit, quam necessario sequitur arsis, naturam ille suam exuere, commutarique cum pede paris mensurae, sed ab arsi incipiente, i. e. cum trochaeo, debebat. Ex quo haec exstitit forma:

Nam quum trochaeus iste non cohaereat cum sequente numero, thesin ancipitem habeat necesse est: unde ultima etiam longa esse potest:

καὶ πεντήκονθ' οὑψιβίας.

6. Deinde vero etiam basin cum choriambo sedem commutare voluerunt: quo facto rursum basin exuere naturam suam oportebat: quae quia, uti dictum est, non potest iambum praecedere, ipsa mutata est in iambum, unoque, ut videtur, ordine cum sequente iambo coniun-

cta, ita ut ipsa tantum, non etiam iambus, qui sequitur, ancipitem anacrusin admitteret. Ea vero haec forma est:



quae par est dimetro choriambico, non tamen ut ex duobus choriambis componi possit.

7. Haec si in unum colligimus, apparet, dominari in Glyconeo polyschematisto choriambum, qui solus immutabilis manet; tenere autem eum nunc medium locum inter basin et iambum, nunc ultimum, praegressis basi et trochaeo, nunc denique primum, sequente diiambo.

8. Minor varietas est versus Pherecratei. Nam quum in hoc versu iambus choriambum nullus sequatur, apertum est, excludi mutationem eam, qua choriambus in fine collocetur. Relinquitur vero alterum, ut basis, quae in hoc quoque versu est, commutet sedem suam cum choriambo, quod fieri consentaneum est eodem modo, ut in Glyconeo, i. e. basi in iambum mutata: qui tamen, quoniam sic postremus ordo ex debili pede, amphibracho constat, valde invenustus foret, si longam anacrusin admitteret. Quare, ut in iambicis catalecticis, finalis iste amphibrachus anacrusin brevem conservat. Itaque duae tantum sunt Pherecratei versus formae, prima, servata basi,



secunda, transposita et in iambum mutata,



9. Atque haec quidem ita plana sunt atque aperta, ut, si nulla alia difficultas obiiceretur, facillime confici horum versuum explicatio posset. Sed sunt, quae eam valde impeditam reddant. Eaque his duabus rebus con-

tinentur, varietate mensurarum, quas sibi indulserunt poëtae, et multitudine versuum, nunc breviorum, nunc longiorum, qui ex similibus numeris facti, ita cum Glyconeis consociari solent, ut eos internoscere difficillimum sit. Itaque ut via quadam atque ordine procedat haec disputatio, primo de ipsa commutatione formarum dicam; deinde de mensuris, quas quaeque forma recipit, explicabo; postremo de dispositione versuum Glyconeorum, aliorumque, quae cum iis coniungi solent, metrorum disseram.

10. Igitur quum polyschematistum esse aliquod metrum ita demum certo colligi possit, si diversae numerorum formae in carminibus antistrophicis sibi respondeant: primo illud idoneis exemplis demonstrandum est, respondere sibi illas, quas attulimus, versuum Glyconeorum formas. Atque in primaria illa forma, quae est ex basi, choriambo, et iambo, illud non opus est ut ostendamus, in basi contrarios pedes trochaeum atque iambum sibi opponi, quum id et a grammaticis adnotatum sit, et exempla ubique reperiantur. Hoc autem magis fortasse dubium videbitur, utrum versus, qui spondeum habent extremum pedem, Glyconeis adnumerari, debeant, an singulare genus metri sint. Hoc quidem qui eo verisimile esse putabit, quod plerisque in locis et strophicus et antistrophicus versus spondeum habeat, errabit, mea sententia. Nam quum hoc genus non modo mediis Glyconeis insertum reperiatur, quumque, ut supra dictum est, eadem iambi et spondei commutatio etiam in exitu dochmiorum usitata sit, responsio ista potius ad morem tragicorum, pedes etiam praeter necessitatem exaequantium, referenda erit, Iocique, in quibus iambus spondeo oppositus est, non temere pro corruptis habendi. Observavi autem hos: Sophoclis in Philocteta v. 1128. 1151.

ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων.
τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν.

Aldina quidem hic πρόσθε, ut quis de forma ex basi et trochaeo atque choriambo cogitare possit: quamquam id haud satis elegans foret. Eurip. Hippol. 741. 751.

τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς·
χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.

Hic quidem Brunckius θνατοῖς dedit, quod dubitat an praeferendum sit Monkius. Nec dii, neque homines, si quid video, hic ita universe commemorari potuerunt. Quare videndum puto, ne ἐσθλοῖς scripserit poëta, quo nomine utitur in eadem re Pindarus Ol. II. 112. Deinde in Ione v. 466. 486.

δύο θεαί, δύο παρθένοι·
βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν.

Et in Electra 122. 137.

ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν Ἄιδα δή.
ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, πατρί θ' αἱμάτων.

Quo tamen loco si quis deleto δή, Ἄϊδα scribi malit, non magnopere refragabor. In Iphig. Taur. ubi diversae Glyconei formae oppositae sunt, 1097. 1114.

ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν.
θεᾶς ἀμφίπολον κούραν.

Hos locos etiam Seidlerus ad Eurip. Electram p. 122. attulit, duos addens alios, quorum is, qui est in Oed. Col. 678. aperte vitiosus est: necessario enim βακχιώτας scribendum est, quia analogiae repugnat βακχειώτας. Alter autem, qui est in Oed. R. 1196.

τοξεύσας ἐκράτησας τοῦ,

ut valde invenustus est, ita ne ad sensum quidem aptus videtur. Seidlerus et Erfurdtius quum vulgatam tuebantur, vereor ne metra tantum respexerint. At qui ineptam istam repetitionem, τὸν σὸν δαίμονα, τὸν σόν, consideraverit, non dubitabit, spero, quin recte hunc locum constituerim in praefatione ad Eurip. Hecub. p. 29.

quum ea emendatione non solum, quae offensionem habeant, removeantur omnia, sed oratio etiam multo magis poëtica evadat.

11. Vtrobique spondeum hi loci habent, hac quidem in forma:

⏑ ⏑ | ⏑ – – – | – ⏑

Eurip. Hippol. 150. 160.

*δίναισιν νοτίας ἅλμας.*
*εὐναία δέδεται ψυχά.*

Suppl. 1008. 1030.

*εἰ δαίμων τάδε δὴ κραίνοι*
*γενναίας ἀλόχῳ ψυχᾶς.*

Iphig. Taur. 1123. 1138.

*καὶ σὲ μέν, πότνι', Ἀργεία.*
*λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην.*

Electr. 116. 131.

*καί μ' ἔτικτε Κλυταιμνήστρα.*
*τλᾶμον σύγγονε, λατρεύεις.*

Alia exempla, in quibus etiam reliqui pedes aliquid licentiae habent, infra commemorabuntur.

12. Priusquam vero ad reliqua pergam, illud ostendendum est, communi formae,

⏑ ⏑ | ⏑ – – – | ⏑ –

parem haberi, opponique in antistrophicis hanc,

⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – – –

Sophocles Philoct. 1082. 1102.

*θερμὸν καὶ παγετῶδες, ὥς.*
*καὶ μόχθῳ λωβατός, ὃς ἦ « δη.*

1124. 1147.

*πόντου θινὸς ἐφήμενος.*
*ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει.*

Eurip. Phoen. 214. 226.

ἵν' ὑπὸ θεράσι νιφοβόλοις.
ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου.

217. 218.

ἐλά-
τᾳ πλεύσασα περιῤῥύτων
ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων.

quibus respondent v. 229. 230.

χρυσεοτύ-
ποις Φοίβῳ λάτρις γενόμαν.
ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ.

Iphig. Taur. 422. 439.

πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας.
εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνας.

1096. s.

ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν.

quibus respondent v. 1113. s.

ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
θεᾶς ἀμφίπολον κούραν.

Ion. 209. s.

λεύσσεις οὖν ἐπ' Ἐγκελάδῳ
γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν.

quibus respondent v. 223. s.

ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος.

Electr. 146. 163.

διέπομαι· κάτα μὲν φίλαν.
δέξατ', οὐδ' ἐπὶ στεφάνοις.

148. 165.

χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κούριμον.
Αἰγίσθου λώβαν θεμένα.

Vide in eadem fabula v. 184. seqq. Praeter horum plerasque, etiam alia exempla attulit Seidlerus de verss. dochm.

p. 353. seqq. de quorum postremo vide Gaisfordium ad Hephaest. p. 305.

13. Illa difficilior quaestio est, an Glyconei etiam hanc formam recipiant,

⏑ – ⏑ – ⏑ –

quae est dimetri choriambici. Fatendum erit, si quid Corinnae versibus tribui potest, quos emendare supra conati sumus; et magis, si e versu Priapeo res iudicanda est, de quo infra dicetur. Ex tragicis vero et comicis, quamvis in magna versuum Glyconeorum copia, non habeo, quod firmandae huic rei afferam. Nam etsi haud ita raro dimeter iste choriambicus Glyconeis consociatur, tamen non observavi respondentem ei aliquam earum formarum, quae proprie Glycoueorum nomen habent, sed servatur sibi ipsi par, ut in Antig. 332.

*πολλὰ τὰ δεινά, κουδὲν ἀν-*
*θρώπου δεινότερον πέλει.*

Quibus respondent hi:

*κουφονόων τε φῦλον ὀρ-*
*νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει.*

Neque aliter res comparata est in Pherecrateo. Vide exempli caussa carmen, quod est in Heraclidis a v. 354. Nam in Alcest. 972. 983. non dubium videtur, scribendum esse,

*γῆρυς, οὐδ' ὅσα Φοῖβος Ἀσ-*
*κληπιάδαις ἔδωκεν.*
*καὶ τὸν ἐν Χαλύβοις δαμά-*
*ζεις σὺ βίᾳ σίδαρον.*

Non ausim tamen contendere, prorsus illicitum fuisse, has formas permutare,

– ⏑ – | ⏑ – ⏑

⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑

quum eadem permutatio in similibus quibusdam versibus admissa videatur, nominatim in eo, qui ab initio una syllaba auctus, pro basi amphibrachum habet. Sic in Eurip. Medea, quem locum rectius dispositum afferam, v. 154.

εἰ δὲ σὸς πόσις
καινὰ λέχη σεβίζει,
κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου.
Ζεύς σοι τόδε συνδικήσει· μὴ λίαν
τάκου δυρομένα σὸν εὐνέταν.

Antistrophici ita scribendi sunt, v. 180.

ἀλλὰ βᾶσά νιν
δεῦρο πόρευσον οἴκων
ἔξω· φίλα καὶ τάδ' αὔδα.
σπεῦσον δέ, πρίν τι κακῶσαι τοὺς ἔσω.
πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται

In strophicis *συνδικήσει* habet etiam exemplum ed. Lasc. quod in membrana impressum exstat in bibliotheca senatus Lipsiensis. Differre enim inter se exempla huius editionis docebit Seidlerus ad Euripidis Alcestidem. In Antistropha male *φίλα* pro vocativo accipiebatur. Est is accusativus pluralis. Hoc enim dicit chorus: nos quoque favere Medeae narra. In sequente versu, cuius caussa hunc locum attuli, *δὲ* adieci: cuius vestigium nescio an erui possit ex altera lectione *σπεῦσαι*. Seidlerus coniiciebat *σπεῦσον, πρὶν καί τι κακῶσαι*. Hoc vero in versu, nisi quid turbatum est, respondent sibi hae formae:

$$\text{ʊ}\overset{\prime}{-}\text{ʊʊ}-\,|\,\text{ʊ}\overset{\prime}{-}-\,|\,\overset{\prime}{-}\,|\,\text{ʊ}\overset{\prime}{-}$$

$$\text{ʊ}\overset{\prime}{-}\text{ʊ}\,|\,\overset{\prime}{-}\text{ʊʊ}--\,|\,\overset{\prime}{-}\,|\,\text{ʊ}\overset{\prime}{-}$$

Idem factum videtur in Sophoclis Oed. Col. 512. 523.

ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι.
τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.

Quamquam non ita tuebor hunc locum, ut eum omnino sincerum esse contendam. Illud apparet, non recte facturum, qui ante πυθέσθαι vellet τὶ inserere, praesertim quum eadem huius versus forma, quae in stropha est, saepius in his strophis recurrat. Quare si quid mutandum est, facilius antistrophicum versum in suspicionem vocem, in quo vocabulum αὐθαίρετον facile videri potest interpretamentum alius vocis esse, veluti θελητόν: quod qui propterea detrectaverit, quod vix aliam, quam a Graecis interpretibus V. T. auctoritatem habeat, eum dixerim parum perspexisse naturam sermonis poëtici. Οὐκ ἀθελήτως quidem exstat in versibus Aspasiae adscriptis apud Athenaeum V. p. 219. D. Sed monet me hic locus, ut in versibus choriambicis, qui praecedunt, grave mendum tollam. Sic enim illi scribendi sunt:

ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤ-
νεγκον ἄνων μέν, θεὸς ἴστω.

Ἄνων, quod Hesychius ἀνύων interpretatur, pro ἄκων posui. Sustinui quidem, inquit, sustinui perpetrare mala: at nihil istorum volens feci. Digrediar paullum a proposito, et quosdam alios locos emendabo, in quibus vel logaoedica Phereçratei versus forma, vel ea, quae ab amphibracho incipit, dubitationem obiicere potest. Plane perturbata responsio est in Sophoclis Antigona v. 607. 618.

οὐδ' ἀκάματοι θεῶν
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει.

Tentata haec et ab antiquis criticis sunt, et ab recentioribus. Nisi egregie fallor, usitata in multis nominibus duplex terminatio ατος et αντος translata est etiam ad vocem ἀκάματος, licentia magis, quam ex legibus linguae: unde πλάνην κλίσεως in vocabulo ἀκαμαντοχάρμαν ex Herodiano περὶ παθῶν adnotavit Etymologus. Habet etiam Hesychius ἀκάμαντος, sed non ille a vitii suspicione liber. Sic vero unius litterae adiectione servabitur libro-

rum veterum scriptura, versibus ita distinctis:

οὐδ' ἀκάμαντοι
θεῶν μῆνες, ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνάστας.
εἰδότι δ' οὐδὲν
ἔρπει, πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσάψῃ.

Aliquot in locis logaoedico isti versui pro dactylo trochaeus, quod plane fieri non potest, aut spondeus, qui alius metri est, respondet. Sophocles in Philocteta v. 1094. 1115.

ἕλωσί μ' · οὐ πάρ ἔτ' ἴσχω.
ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας.

Vitium videtur in strophico versu esse, totusque locus ita debere constitui:

τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ
ἔσται; τοῦ ποτὲ τεύξομαι
σιτονόμου μέλεος; πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ', αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'; οὐ δ' ἔτ' ἴσχω.

Sed dicendum est, quomodo haec intelligenda putem. Metuendum est enim, ne non modo inaudita, sed etiam abhorrens ab natura linguae iudicetur consociatio particulae εἴθε cum coniunctivo. Ac sane, qui εἴθε cum coniunctivo putaret construi posse, multum falleretur. At alia ratio invenitur, qua, si fidendum est aut huic loco, aut duobus aliis, quos mox afferam, particula εἴθε, etsi coniuncta cum coniunctivo, tamen eum non regat, sed et ipsa, et coniunctivus aliter explicari possit. Neque enim repugnat, εἴθε, quemadmodum apud recentiores ὄφελον, solum per se poni, deinde autem per coniunctivum, quae usitata eius potestas est, interrogari, an oporteat aliquid fieri: qua in re Latini quoque coniunctivum usurpant. Hoc si verum est, sensus loci illius hic erit: utinam — an Harpyiae me sublimem rapiant? Aliud exemplum huius loquutionis est in Eu-

ripidis Helena v. 269.

εἴθ', ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν,
αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω;
καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς καλάς, ἃς νῦν ἔχω,
Ἕλληνες ἐπελάθοντο· τὰς δὲ μὴ κακὰς
ἔσωζον, ὥσπερ τὰς κακὰς σώζουσί μου.

Codices quidem apud Musgravium hic λαβεῖν habent, quod sane non est spernendum. Sed si λάβω scripsit poëta, non minus recte omnia procedent. Nam Helena, an deleta, inquit, ut pictura, quod utinam fiat, turpem pro pulcra formam induam? (i. e. fac me amittere venustatem formae:) et Graeci obliviscerentur huius praeclarae scilicet fortunae meae, melioremque conservarent, uti nunc conservant malam. Tertium exemplum in corruptissimo illo Supplicum Euripidis loco exstat, qui nondum aut satis explicatus, aut probabiliter emendatus est, v. 1024. Is hunc fere in modum constituendus videtur:

ἴτω φῶς, γάμοι τε.
εἴθε, πῶς τινὲς εὐναὶ
δικαίων ὑμεναίων εὔσεπτοι
ἐν Ἄργει φανῶσι τέκνοις,
ὅσιος δ' εὐναῖος γαμέτας
συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις
γενναίας ἀλόχῳ ψυχᾶς.

Lacunae explendae, sensusque indicandi caussa posui vocabulum εὔσεπτοι, non quod ita scripsisse Euripidem contendam. Iam sensus erit: veniat lux, nuptiaeque. quomodo (utinam fiat) torus iusti connubii apud Argivos sanctus inveniatur posteris, fidusque coniux sincero generosae mentis ardore uxori amatus? Interrogat enim Euadna, quodnam oporteat posteris sincero amore iunctum connubium sperare, nisi, quod ipsa factura est,

perire cum coniuge coniux sustineat. Redeo ad metra. Trochaeus dactylo oppositus videri potest apud Aeschylum in Choëph. 786. 795.

*Ζεῦ, σὺ δέ νιν φυλάσσοις,*
*βημάτων ὄρεγμα.*

At quamvis corruptissimum sit carmen illud, hoc tamen certum esse arbitror, ultimum huius strophae versum ex antispasto et iambis compositum esse:

*ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα.*

Vnde quis coniiciat, strophicum ita debere corrigi:

*ἔλακον· ὦ Ζεῦ, σύ νιν φυλάσσοις.*

Non diffiteor tamen, quum neque ὦ ullo in libro inveniatur, neque copula satis recte omitti possit, magis mihi placere hanc correctionem:

*ἔλακον· εὖ δὲ σύ νιν φυλάσσοις.*

In Euripidis Andromacha v. 1210. 1224.

*οὐ σπαράξομαι κόμαν;*
*οὐκέτι μοι πόλις, πόλις.*

Ne quis de antistrophicis dubitet, quae recte observata sunt a Seidlero de verss. dochm. p. 82. utramque strophaṃ emendatam dabo:

*Οὐ σπαράξομαι κόμαν;*
*οὐκ ἐπιθήσομαι δ' ἐμῷ*
*κάρᾳ κτύπημα χειρὸς ὀλοόν; ὦ πόλις,*
*διπλῶν τέκνων μ' ἐστέρησε Φοῖβος.*
*Οὐκέτ' ἐστί μοι πόλις·*
*σκῆπτρα τάδ' ἐρρέτω πὶ γᾶν,*
*σύ τ', ὦ κατ' ἄντρα νύχια Νηρέως κόρη,*
*παναλεθρόν μ' ὄψεαι πιτνοῦντα.*

De postremo versu explicatum est a Seidlero. Aristophanis versus in Thesm. 1154. 1159. infra segm. 16. emendatos dabo. Addam his denique locum Hippolyti v. 1146. 1150.

*μανίῳ θεοῖσιν.*
*πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων.*

Atque hi quidem versus recte sibi respondent. Sunt enim dochmiaci hypercatalecti. Sed quoniam critici, epodum haec esse rati, multum a veris lectionibus aberrasse videntur, has quoque strophas integras, ut eas scribendas puto, apponam.

*Ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ δάκρυσιν διοίσω*
*πότμον ἄποτμον. ὦ τάλαινα*
*μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνητα. φεῦ.*
*μανίῳ θεοῖσιν.*
*Ἰώ, ἰὼ συζύγιοι Χάριτες, τί τόνδε*
*τὸν τάλαν' ἐκ πατρωΐας γᾶς,*
*τὸν οὐδὲν ἄτας αἴτιον,*
*πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων;*

Si quis tamen in *πατρωΐας* haerebit, cuius formae apud tragicos non memini exemplum invenire, etsi nihil est, quare eam melicis carminibus exclusam fuisse existimemus, poterit is, quoniam Lascaris in strophico *ὦ* omittit, versum iambicum facere:

*πότμον ἄποτμον. τάλαινα,*
*τὸν τάλανα πατρίας γᾶς.*

14. Multo minus altera dimetri choriambici forma,

$$\breve{\smile}\,\acute{}\,\breve{\smile}\,\acute{}\,\breve{\smile}\,\acute{}\,

πρὸς ἂν ἔβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν.
σέ, τὸν θανόντα γ', οὔποτ' ἐμᾷ.

Certior res est in Helena v. 1353. s.

ἐπεὶ δ' ἔπαυσ' εἰλαπίνας
θεοῖς βροτείῳ τε γένει·

quibus versibus qui respondent, 1369. s. nec metro nec sensu integri sunt:

ὧν οὐ θέμις, οὔθ' ὁσία,
ἐπύρωσας ἐν θαλάμοις.

Scribendum videtur:

ὧν οὐ θεμίστ', οὐδ' ὁσία,
πύρωσας ὅμμ' ἐν θαλάμοις.

15. In iis, qui vere Glyconei sunt, primo de basi videndum. Ea plerumque trochaeum, vel spondeum, vel iambum, vel tribrachum, hunc quidem paullo rarius, sed satis tamen saepe, raro anapaestum habet. De dactylo mox seorsim dicam. Trochaeum quidem et spondeum et iambum promiscue adhiberi, res est pervulgata, constatque etiam contrarios pedes trochaeum atque iambum sibi opponi, ut apud ipsum Aeschylum, cuius versus elaboratissimi sunt: v. c. in Choëph. 609. 619.

σύμμετρόν τε διαὶ βίου.
πνέονθ' ἃ κυνόφρων ὕπνῳ.

Tribracho saepissime usus est Euripides, v. c. in illo carmine in Phoenissis, v. 210.

Τύριον οἴδμα λιποῦσ' ἔβαν.

Rarus est anapaestus, et ut non temere concedendus sit. Invenitur apud Sophoclem in Philocteta v. 1098. iambo respondente v. 1110.

τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ
κραταιαῖς μετὰ χερσίν.

Pherecrateos enim licebit in his, quae communia utriusque generis sunt, in Glyconeis commemorare. Apud Euripidem in Iphig. Taur. 1103. 1120.

*λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ.*
*μεταβάλλει δυσδαιμονία.*

Vtraque fabula ex iis est, quae cadente iam arte scriptae sunt. Risitque eum pedem, ut parum arti convenientem, Aristophanes in Ranis v. 1322.

*„περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας."*
*ὁρᾷς τὸν πόδα τοῦτον; Δ. ὁρῶ,*

Aliud exemplum est in Helena v. 533,

*πόδα χριμπτόμενος εἰναλίῳ.*

Sic enim scribendum videtur. Ac nescio an etiam Iphig. Taur. 1132. huc pertineat, si quidem locus ille ita scribendus est:

*ἐμὲ δ' αὐτοῦ προλιποῦσα βή-*
*σῃ πλάταις ῥοθίοις.*

In sequente versu, qui dactylicus est, *ἱστία* delendum videri dixi in censura editionis Seidleri in diar. litt. Lips. a. 1813. m. Octobr. p. 2157. Antistrophici sunt v. 1147.

*ἐς ἁμίλλας χαρίτων χαίτας*
*ἁβρόπλουτον ἐς ἔριν.*

Adde his Eurip. Suppl. 1028. si recte supra eum versum emendavimus,

*ὅσιος δ' εὐναῖος γαμέτας.*

Aiacis versum 1190. qui huc trahi posset, infra segm. 42. attingam.

16. Pluribus exemplis dactylum firmari licet. Sed aliam hic dubitationem iniicit de eo, utrum hae formae,

—ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗ— —ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗ
—ᴗᴗ—⏑—ᴗᴗ—

ad Glyconeos et Pherecrateos pertineant, an diversae ab his censendae sint. Aeschylus quidem nusquam dactylo illi alium pedem opposuit; eamque legem etiam Sophocles videtur observasse, nec saepe eam neglexit Euripides. Exempla huius formae

—ᴗᴗ—ᴗᴗ—ᴗ—

vide in Choëph. 313. in Oed. Col. 704. ubi scribendum,

πέρ-
σας. ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος.
χερσὶ παραπτομένα πλάτα.

In Iphig. Aul. 759. Huius autem,

—ᴗᴗ—⏑—ᴗᴗ—

in Iphig. Aul. 753. Catalectici vero,

—ᴗᴗ—ᴗᴗ—

in Hecuba 469. Iphig. Aul. 1042. Heracl. 751. Sunt autem haec pauca tantum de plurimis exemplis, diligenter exaequatam responsionem habentibus. Sed quum quidam loci inveniantur, in quibus initiali illi dactylo vel spondeus vel tribrachus oppositus videatur, movit ea res Seidlerum, ut hos versus non dactylicos, sed Glyconeos et Pherecrateos esse putaret. Vide eum in libro de verss. dochm. p. 349. seq. et ad Eurip. Iphig. Taur. 1098. Nec sane idonea caussa est, quare aliter statuamus: modo meminerimus, plerumque exaequari pedes, nec nisi in recentiore tragoedia, quam comoedia sequitur, alium pedem opponi dactylo. Exempla, quae certa sint, perpauca reperiuntur. In Ione v. 187. 198.

ἀλλά γε καὶ παρὰ Λοξίᾳ,
ἀσπιστὰς Ἰόλαος, ὅς,

dubitari potest, an γέ a metricis additum sit. Supplicum Euripidis v. 993. corruptus videtur. In Phoenissis v. 216. 228.

Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλά- τᾳ,
ἴσα δ' ἀγάλμασι χρυσεοτύ- ποις,

non intercedam, ne servetur vulgatum ἴσα. Iphig. Taur. 1129. 1144.

κέλαδον ἐπιτόνου λύρας.
παρθένος εὐδοκίμων γάμων.

Hic priorem versum Marklandus transpositione verborum sustentandum putabat. His adde locum in Oreste v. 832.

in quo non viderunt critici, haec non epodum esse, sed antistrophica, ante quae brevis mesodus est v. 829—831. ut in Electra 125. 126. Antistrophica ista hoc modo restituenda videntur.

*οἷον ὅγ' ἔργον τελέσας* στρ.
*ἐκβεβάκχευται μανίαις,*
*Εὐμενίσιν θήραμα φόνῳ,*
*δρόμασι δινεύων βλεφάροις,*
*παῖς Ἀγαμεμνόνειος.*
*ὦ μέλεος, ματέρος ὅτε* ἀντ.
*χρυσοπηνήτων φαρέων*
*μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδών,*
*σφάγιον ἔθετο ματέρα, πεν-*
*θέων πατρῴων ἀμοιβάν.*

Legitur vulgo *Εὐμενίσι* et *χρυσεοπηνήτων*: quorum etsi utrumque defendi potest, tamen nihil caussae est, quare, quum facillime posset, non exaequasse metra poëtam censeamus. Certiora haec exemplа sunt. Iphig. Aul. 547. 562.

*μαινομένων οἴστρων, ὅθι δή,*
*μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.*

754. 765.

*ἀνά τε ναυσὶ καὶ σὺν ὅπλοις*
*πόντιος εὐπόροισι πλάταις.*

Aristoph. Thesm. 1140. 1145, et fortasse 1149. 1156. Sed praestabit, totum carmen emendatum adscribere:

*Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοὶ* πρωῳδ.
*δεῦρο καλεῖν νόμος ἐς χορόν,*
*παρθένον, ἄζυγα κούρην,*
*ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει,* στρ. ά.
*καὶ κράτος φανερὸν μόνη,*
*κληδοῦχός τε καλεῖται.*
*φάνηθ', ὦ τυράννους* μεσῳδ.
*στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός.*
*δῆμός τοί σε καλεῖ γυναι-* ἀντ. ά.

κῶν· ἔχουσα δέ μοι μόλοις
εἰρήνην φιλέορτον.
ἥκετ' εὔφρονες, ἴλαοι, στρ. β'.
πότνιαι, ἄλσος ἐς ὑμέτερον,
οὗ δὴ ἀνδράσιν οὐ θεμιτὸν εἰσορᾶν
ὄργια σεμν', ἵνα λαμπάσιν
φαίνετον ἄμβροτον ὄψιν.
μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθα, ἀντ. β'.
Θεσμοφόρω πολυποτνία.
εἰ καὶ πρότερόν γέ ποτ' ἐπηκόω
ἦλθετε, νῦν ἀφίκεσθον, ἱκε-
τεύομεν, ἐνθάδε γ' ἡμῖν.

Libri veteres, *οὗ δὴ ἀνδράσιν οὐ θεμιτὸν εἰσορᾶν ὄργια σεμνὰ θεαῖν, ἵνα λαμπάσι*, et in antistropha, *ἀντόμεθ', ὦ Θεσμοφόρω πολὺ πότνια. εἰ καὶ πρότερόν ποτ'*, (alii *εἰ γὰρ πρότερόν ποτ'*) *ἐπηκόω ἦλθετον*, et in fine *ἐνθάδ' ἡμῖν*. Delevi *θεαῖν*, quod adhaesisse videtur ex v. 948. ubi *ὄργια σεμνὰ θεαῖν* legitur. In tertio posteriorum stropharum versu, qui Glyconeus est syllaba ab initio dempta, in fine autem adiecto Cretico, quod genus saepius invenitur, in stropha notanda est crasis in verbis *δὴ ἀνδράσιν*. Dactyli alii pedi oppositi tria alia exempla, quae Seidlerus attulit de verss. dochm. p. 349. seq. corrupta sunt, haec dico, Sophoclis in Oed. Col. 671. in quo quod posse scribi ait, *ἔνθ' ἃ λιγεῖα*, certissime reponendum est; Iphig. Aul. 571. ubi etiam sensus requirere videtur elegantem emendationem Marklandi:

*κόσμος ἐνὼν ὁ μυριοπλη – θής.*

Denique Hel. 1525. ubi pariter sensui accommodatior est aoristi, quam praesentis imperativus, *βάλετε*. Sed pro his aliud exemplum substituam ex Iphig. in Aul. si quidem locus ille, ut videtur, antistrophicus est, v. 574. 580. Strophas istas hunc fere in modum corrigendas puto:

*ἔμολες, ὦ Πάρις, ἦ τε σύ γε* στρ.

βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις
μίμηματα . . πνέων.
εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες ἀντ.
ὅτε σε κρίσις ἔμαινε θεᾶν,
ἅ σ' ἐς Ἑλλάδα πέμπει,
τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροι-
θεν δόμων ὧς τᾶς Ἑλένας
ἐν ἀντωποῖς βλεφάροις
ἔρωτα δέδωκας, ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης· ἐπῳδ.
ὅθεν ἔρις, ἔρις Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ' ἄγει
ἐς πέργαμα Τροίας.

Libri *μιμήματα πνέων* vel *πλέκων*. Versus mutilus est. Deinde *κρίσις ἔμενε*, et *ἅ σ' Ἑλλάδα*, mox omisso articulo *τῶν*; porro *βλεφάροισιν*, et in ultimo versu *ἐς Τροίας πέργαμα*, qui numerus, si quid video, parum hic aptus est. Aliud exemplum dactyli tribracho respondentis mox afferam, cui addi poterit spondeo oppositus dactylus in Electra Euripidis v. 144. de quo loco infra segm. 24. dicam. Caeterum minime contenderim, hanc formam,

— ◡◡ — ◡◡ — ◡ —

ubique pro versu Glyconeo habendam esse: sed ita statuo, nunc hos pedes, quum dactylus pro basi est, commutarique cum aliis baseos formis potest, Glyconeum efficere, nunc autem, quum legitimus ille dactylus est, versum esse logaoedicum. Ita fit, ut, quod in basi non est concessum, solvi dactylus ille possit in proceleusmaticum, quod fecit Euripides in Bacchis 875. 895.

τί τὸ σοφόν, ἢ τί τὸ κάλλιον.

Nisi forte hic versus ab amphibracho incipere putandus est.

17. Videamus nunc ordinem, qui sequitur basin. Is in priore Glyconeorum forma choriambus est. Qui pes etsi alibi cum dipodia iambica commutatur, tamen in Glyconeis id non potest fieri, quia basin numquam anacrusis excipit. Itaque in Oed. Col. v. 152. scribendum est,

*μακραίων τ᾽ ἔτ᾽, ἐπεικάσαι.*

Vulgo *μακραίων τ᾽ ἔθ᾽, ὡς ἐπεικάσαι.* Brunckius, *μακραίων θ᾽, ὡς ἐπεικάσαι.* V. 157. legitur,

*ἵνα τῷδ᾽ ἐν ἀ-*
*φθέγκτῳ μὴ προσπέσῃς νάπει.*

Scio quidem, huiusmodi versus ex antispasto et diiambo posse compositos videri. Sed quum vix certa huius metri exempla reperiantur, quumque Glyconei, inter quos hic medius est, etsi a grammaticis ad antispastos relati, tamen non sint antispastici: scribendum puto *προπέσῃς*, quod verbum ut supplicandi significatione saepe pro *προσπίπτειν* ponitur, ita etiam accidendi videtur proruendique significationem habere. Ac nescio an in alio quoque Sophoclis loco eadem correctio adhibenda sit. Nam quod in Philocteta v. 156. legitur,

*μή με λάθῃ προσπεσών ποθεν,*

licet firmari videatur his v. 46.

*μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών·*

tamen malim *προπεσών* scribendo corrigi, quam transpositione, quae aliis placuit,

*μὴ προσπεσών με λάθῃ ποθέν.*

Antistrophicum,

*σὲ δ᾽, ὦ τέκνον, τόδ᾽ ἐλήλυθεν,*

Triclinius, *σοὶ δὲ, τέκνον*, scribens, ex parte tantum videtur emendasse. Nam satis erat *ὦ* deleri, quo facto hic versus Glyconeus erit, dactylo in basi tribrachum oppositum habens. Nolim tamen haec, nisi librorum auctoritas accedat, pro certis numerari.

18. Molossum pro choriambo omnino rarissime admissum reperias, maxime, quum choriambus statim post basin, vel initialem amphibrachum est. Neque eius exemplum in promptu habeo, quod certum esse dicam. In Pherecrateo quidem, et qui huic similes sunt catalectici, facilius credam contractioni locum esse, quia in his versibus non magna inde ambiguitas nascitur. Sic in illo Sophoclis, quod infra segm. 28. iterum commemorabitur,

πέτρας, ὡς ταῦρος.

Sed in Glyconeis, omnibusque iis versibus, in quibus variat sedes choriambi, idonea videtur ratio fuisse, quare devitandum putarent Molossum. Tantam enim hic pes ambiguitatem versibus illis addit, ut citius quis laborare metrum, quam quomodo concipiendum sit, videat. Nam in hac forma,

∴ ∴ | — ⏑⏑ — | ⏑ —

Molossus facile aliquem adducet, ut ita versum metiatur,

∴ ∴ | — ⏑ | — ⏑ —

at tum laborare finem videbit, Cretico, non choriambo constantem. Sin hac in forma Molossus erit,

∴ ∴ | — ⏑ | — ⏑⏑ —

rursus haerebit lector, dubitans utrum Molossus iste choriambi mensuram habeat, an penultima syllaba non pro duabus brevibus, sed pro una brevi sit, quod saepe fit, quum iambo finitur Glyconeus: quo facto rursum in medio vitium esse videbitur, Cretico posito, ubi choriambus esse debebat. Prorsus denique incerta res erit, quum Molossus et spondeus coniuncti fuerint. Neque enim patet, utrum ille sic metiendus sit,

∴ ∴ | — ⏑⏑ — | ⏑ —

an sic,

∴ ∴ | — ⏑ | — ⏑⏑ —

an denique ex illo genere sit, quod hanc formam habet,

∴ ∴ | —◡ | — | ◡—

19. Solutiones vero choriambi non sunt adeo rarae. Et prima quidem arsis soluta invenitur in Oed. Col. 186. 205.

τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν.
τίς ὢν, πολύπονος ἄγῃ, τίν' ἄν.

Eurip. Suppl. 978.

δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων.

Iphig. Aul. 781.

ἃ δὲ Διὸς Ἑλένα κόρα.

In eadem fabula v. 1054. sic potius, quam ut Heathio Seidleroque de verss. dochm. p. 261. visum est, scribendum puto:

παρὰ δὲ λευκοφανῆ ψάμαθον
εἱλισσόμεναι γάμους
κύκλια πεντήκοντα κόραι
Νηρέως ἐχόρευσαν.

Antistrophica v. 1076. ita habent:

μακάριον. τότε δαίμονες
τᾶς εὐπάτριδος γάμον
Νηρηΐδος ἔθεσαν πρώτας,
Πηλέως θ' ὑμεναίους.

Electr. 126.

ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν.

Ion. 122. 138.

παναμέριος ἅμ' ἀλίου – πτέρυγι θοᾷ.
τὸν δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος – ὄνομα λέγω.

ubi Glyconeum sequitur choriambus, primam solutam habens. In Pherecrateo soluta est prior arsis in Hel. 1502. 1519.

ἐπιπετόμενος ἰακχεῖ.
ῥόθια πολιὰ θαλάσσας.

Adde Seidlerum de verss. dochm. p. 44.

20. Secundam arsin hi loci solutam habent. Eurip. Iphig. Aul. 165. 186.

ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας.
Ἀρ-
τέμιδος ἦλυθον ὀρομένα.

183. 204.

Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν.
Λαέρτα τόκον· ἅμα δὲ Νι - ρέα.

Caeterum carmen hoc non est Euripidis, sed aliquanto recentioris poëtae. In eadem fabula v. 760. 771.

κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ.
ἐς γᾶν Ἑλλάδα δοριπόνοις.

Et v. 1038. 1060.

συρίγγων δ' ὑπὸ καλαμοεσ - σᾶν.
Κενταύρων ἐπὶ δαῖτα τάν.

Helen. 1505.

βᾶτε Πλειάδας ὑπὸ μέσας.
δυσκλείαν ἀπὸ συγγόνου.

Herc. Fur. 781. 798.

Ἰσμήν', ὦ, στεφανοφορίαν.
ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς.

Nisi scripsit στεφηφορίαν. Ion. 1231.

φανερὰ γάρ, φανερὰ τάδ' ἤδη.

Electr. 435. 445.

ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ - φίς.
ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυ - μνάς.

21. Vtraque arsis soluta videri potest in Bacchis v. 410.

ἐκεῖσ' ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε.

Antistrophica sic scribenda puto:

σοφάν δ' ἄπεχε πραπίδα φρένα τε
περισσῶν παρὰ φωτῶν.
τὸ πλῆθος, ὅ τι τὸ φαυλότερον ἐνόμισε, χρῆ-
ται. τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.

Hoc dicit: arce a te sapientem a viris nimium severis commendatam sobrietatem: vulgus, quod deterius videt, utitur: haec mea sententia est. Sed verborum aptam pronunciationem qui consideraverit, cui plurimum est in metrorum descriptione tribuendum, facile adducetur, ut his quidem in versibus choriambum non in medio Glyconeo, sed in fine constituat:

∴ ∴ | ⏑⏑– | ⏑⏑–⏑⏑

22. In secunda Glyconeorum forma, quae choriambum in fine habet, ordo ille, qui basin sequitur, trochaeus, spondeus, saepe etiam tribrachus est. Exemplis nihil opus, ut in re tritissima. Rarus vero anapaestus est. Is invenitur in Oreste v. 812. 824.

οἰκτρότατα θοινάματα καί.
Τυνδαρὶς ἰάκχησε τάλαι – να.

Vbi etiam qui praecedunt versus, Glyconei sunt: quos sic restituendos puto:

ὁπότε χρυσέας ἔριος ἀρ-
νὸς ὕπερ ἦλθε Ταντᾱλίδαις.

Antistrophici sunt,

κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοι-
α· θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ.

Compara Iphig. Taur. 813.

ἤκουσα· χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.

Trochaeo respondente anapaestus est in Iphig. Aul. 1041. 1063.

Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν.
παῖδες Θεσσαλαί, μέγα φῶς.

Recte enim damnatur articulus αἱ post παῖδες. Aliud anapaesti exemplum est in hoc versu Euripidis apud Aristophanem in Ran. 1316.

κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας.

Et in Helena v. 528. quem locum hac opportunitate melius descriptum dabo:

ἦκουσα τᾶς θεσπιῳδοῦ κόρας
ἃ χρήζουσ' ἐφάνη τυράννοις
δόμοις, ὡς Μενέλαος οὔ-
πω μελαμφαὲς οἴχεται
δι' ἔρεβος, χθονὶ κρυφθείς,
ἀλλ' ἔτι κατ' οἶδμ' ἅλιον
τρυχόμενος, οὔπω λιμένων
ψαύσειεν πατρίας γᾶς,
ἀλατείᾳ βιότου
ταλαίφρων, ἄφιλος φίλων,
παντοδαπᾶς ἐπὶ γᾶς
πόδα χριμπτόμενος εἰναλίῳ
κώπᾳ Τρῳάδος ἐκ γᾶς.

Versus 527. 530. ab initio una syllaba breviores sunt Glyconeis, de quo genere infra dicetur.

23. Nonnumquam dactylus est post basin, sed plerumque respondente eodem pede: unde dubium fit, utrum Glyconei sint hi versus, an dactylici, ut in Iphig. Taur. 1092. 1109.

εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν.
οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν.

Est tamen etiam, ubi ex alio opposito pede apertum sit, Glyconeos esse, ut in Supplicibus Eurip. 998. 1021.

ἐπύργωσε καὶ γαμέτα.
χρῶτα χρῶτι πέλας θεμένα.

Risit hunc pedem, ut inscite positum, Aeschylus apud Aristophanem in Ran. 1022.

„περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας."
ὁρᾷς τὸν πόδα τοῦτον; Δ. ὁρῶ.
Αἰ. τί δαί; τοῦτον ὁρᾷς; Δ. ὁρῶ.
Αἰ. τοιαυτὶ μέντοι σὺ ποιῶν
τολμᾷς τἀμὰ μέλη ψέγειν,

ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον
Κυρήνης μελοποιῶν.

24. Choriambus ultimum locum tenens dubito an Molossum non recipiat. Nihil probat versus Antigonae 103. 120. propter variabilem mensuram vocabuli χρύσεος,

ἐφάνθης πότ', ὦ χρυσέας,
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων,

praesertim quum hic etiam deleto ὦ choriambus in aliam sedem transferri possit. Nec sanus videtur locus in Euripidis Electra v. 144. 161.

σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους.
ἐκ Τροίας ὁδοῦ βουλᾶς.

De quo loco minime assentior Seidlero. Neque enim dubium mihi videtur, ita scripsisse Euripidem:

ἰαχχὰν Ἄϊδα, μέλος
Ἄϊδα, πάτερ,
σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους.

In antistropha autem:

πικρᾶς μὲν πελέκεως τομᾶς
σᾶς, πάτερ, πικρᾶς δ'
ἐκ Τροίας ὁδίου βουλᾶς.

Multo minus adducor, ut sanos esse credam duos locos, in quibus pro choriambo Ionicus a minore positus invenitur. Horum unus est Sophoclis in Oed. Col. 1069.

κατ' ἀμ-
πυκτήρια φάλαρα πώλων.

Respondet v. 1054.

ἔνθ οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν,

vel, secundum aliam lectionem,

ἔνθ' οἶμαι τὸν ὀρειβάταν.

Huic quidem loco, si quid video, gravius inflictum est vulnus, quam quod sine libris sanari possit. Indicium facit haec glossa Hesychii: ἀμπυκτήρια, τὰ φάλαρα. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐν κολωνῷ. Vnde coniicias, φάλαρα

interpretamentum esse. H. Stephano tamen in indice Thesauri p. 390. A. Hesychius visus est errare. Genuina si est vox illa, facilius crediderim, ita corrigi locum posse:

πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμ-
πυκτήρια φαλάρων πώλων
ἄμβασις,

ut ἀμπυκτήρια φαλάρων coniungantur. Alter locus est Euripidis in Iphig. Taur. 435. 452.

τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν.
καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην.

Erit forsitan, qui hos versus anapaesticos esse putet: et sic metrum quidem salvum erit: sed parum verisimile est, anapaestos mediis Glyconeos inseri. Quod si ipsi quoque ad Glyconea metra pertinent, neuter, si metrum spectes, reprehendi poterit. Prior enim choriambicus, posterior Glyconeus erit, dactylum in basi habens. At quum respondere hi versus sibi nequeant, uter eorum vitiosus censebitur? Seidlero, qui utrumque aliquid vitii contraxisse putat, non ausim accedere. Recte quidem ille συμβαίην tuetur. Quare vitium ego quidem in strophico quaerendum putem. Hunc enim ut corruptum putem, sensus facit, qui copulam requirere videtur. Tantum abest enim, ut, quod Seidlero placet, καὶ v. 430. cum hoc versu coniungi posse existimem, ut eam copulam, qua nihil isto quidem loco frigidius inveniri potest, plane delendam esse censeam. Tota stropha sic videtur scribenda esse:

πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας,
πῶς Φινεΐδας ἀΰπνους
ἀκτὰς ἐπέρασαν
παρ' ἅλιον αἰγιαλὸν ἐπ' Ἀμφιτρίτας
ῥοθίῳ δραμόντες,
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
τῶν Νηρήδων χοροὶ

μέλπουσιν ἐγκύκλιοι,
πλησιστίοισι πνοαῖς
συριζόντων κατὰ πρύμναν
εὐναίων πηδαλίων,
αὔραις ἐν Νοτίαις,
ἢ πνοιαῖσι Ζεφύρου,
τὰν πολυόρνιθόν τ' ἐπὶ γᾶν,
λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλῆος
δρόμους καλλισταδίους
Εὐξείνου κατὰ πόντον.

Antistropha sic habet:

εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνας
Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς
ἐλθοῦσα τύχοι, τὰν
Τρωάδα λιποῦσα πόλιν, ἵν' ἀμφὶ χαίταν
δρόσον αἱματηρὰν
ἐλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ
δεσποίνας χερὶ θάνῃ,
ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους·
ἡδίσταν δ' ἀγγελίαν.
δεξαίμεθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς
πλωτήρων εἴ τις ἔβα,
δουλείας ἐμέθεν
δειλαίας παυσίπονος.
καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην
οἴκοις πόλει τε πατρῴᾳ,
τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύειν
κοινὰν χάριν ὅλβῳ.

25. Videtur in versibus Glyconeis idem factum esse, quod in dochmiacis observatum est, ut, etsi plerumque systematum more cohaereant, tamen interdum nulla sit connexio, ideoque et hiatus in fine locum habeat, et syllaba anceps. Exempla hiatus vide apud Seidlerum ad Eurip. Electr. 153. syllaba ancipitis autem ibi-

dem ad v. 207. Longe maior tamen locorum numerus est, in quibus continuantur numeri, eamque ob rem etiam solvitur ultima. Exempla vide apud Seidlerum de verss. dochm. p. 260. et ad Iphig. Taur. 1076. ubi malim ego deleto articulo scribi v. 1089.

*ὄρις, ἃ παρὰ πετρίνας*

ut respondeat solutio v. 1106.

*ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες.*

Aliquot alia exempla in iis locis sunt, quos propter alias rationes iam attulimus. Rara solutio est producta praecedente syllaba: cuius exemplum exstat in Ione in his v. 205.

*παντᾷ τοι βλέφαρον διώ-*
*κῳ. σκέψαι κλόνον ἐν τείχεσι*
*λαΐνοισι Γιγάντων.*

Antistrophica v. 219. ita scribenda videntur:

*σέ τοι νὸν παρὰ ναὸν αὐ-*
*δῶ· θέμις γυάλων ὑπερ-*
*βῆναί μοι ποδὶ λευκῷ;*

26. Veniendum nunc est ad dispositionem systematum Glyconeorum, quae saepe miram difficultatem habet. Nam quum, ut in dochmiacis, non omnes versus Glyconei et Pherecratei, sed multi etiam vel breviores vel longiores esse soleant, non modo facile aberrari a vera descriptione potest, sed saepe etiam plane ambiguum manet, sic an aliter dirimendi sint versus. Plurimum autem in hac re prodest, cognitas habere eas formas, quae praeter illos, qui vere Glyconei et Pherecratei sunt, in usu fuere. Earum aliae breviores, aliae longiores, aliae ex variis formis mixtae sunt. Regnat in iis choriambus, praeterquam in illo genere, de quo segm. 47. dicetur, quod debiliorem pedem, Creticum, habet, etsi caeteris in rebus Glyconeos sequitur. Choriambi autem cum alio disyllabo pede coniunctio illud est, in quo natura posita

est versuum istorum omnium. Quam si ad leges quasdam revocare volumus, eae his observationibus continentur. Pes ille disyllabus nunc sequitur choriambum, iambusque est,



nunc praecedit eum, et est basis,

Hae formae inter se permutantur: quumque longius extenditur ultimus ordo, quidquid redundat, cum eo ordine, qui utraque in forma ultimus est, cohaeret, veluti quum thesis monosyllaba additur:





Vbi autem ab initio aliquid ad has formas accedit, id si anacrusis est, facit ea, ut in secunda forma basis in trochaeum mutetur:





Sin est pes disyllabus, fit ille in utraque forma basis, in secunda forma eo pede, qui antea basis erat, in trochaeum mutato, eaque usitata est Glyconeorum forma:

Quod si hic quoque ab initio aliquid additur, utrobique basis mutatur in trochaeum:



Sed integer Bacchius si praemittitur, manet basis:



cuiusmodi exempla afferam segm. 44. Denique inter medios ex his formis versus, vel in fine eorum, nonnumquam cognati pedes, choriambus, et Creticus, sive potius arsis nuda, iunctusque ei iambus, tum etiam versus choriambici, maximeque Phalaeceus hendecasyllabus adiiciuntur. Accedit ad haec solutionum magna varietas, de qua in quoque genere admonebimus.

27. Initium faciamus a brevioribus, quarum prima memoranda est ea, quae pro basi anacrusin habet:

Neque enim dubitandum puto, quin hae eiusdem metri formae sint, recteque sibi in antistrophicis opponi possint, quoniam in caeteris rebus plane cum Glyconeis congruunt, ad eorumque exemplum etiam Pherecrateo similem versum habent hac forma,

Responsionis quidem illarum formarum non habeo exemplum, quod plane certum sit: sed, nisi fallor, restituenda est ea responsio in Troadibus, ubi v. 513. haec leguntur, quae hoc metro scripta sunt:

*ἄεισον ἐν δακρύοις*
*ᾠδὰν ἐπικήδειον.*
*νῦν γὰρ μέλος εἰς Τροίαν.*

Quibus quae respondent v. 533. eorum primum versum addendo articulo corrigendum puto:

*τὸν πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ*
*ξεστὸν λόχον Ἀργείων*
*καὶ Δαρδανίας ἄταν.*

Mentio facta est huius metri supra in dochmiacis p. 235. et 282.

28. Sed ordine dicam de hoc versu. Ac primitiva forma,

$$\text{ʊ}\acute{\text{—}}\text{ʊʊ—}\,|\,\text{ʊ}\acute{\text{—}}$$

frequentissima est. Sophocles Oed. R. 467.

ὥρα νιν ἀελλάδων
ἵππων σθεναρώτερον
φυγᾷ πόδα νωμᾶν.

Vbi observa contractionem in catalectico antistrophae:

φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν
ὕλαν, ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πέτρας, ὡς ταῦρος.

Itaque fortasse huc pertinet hic versus in Helena, 1322. 1341.

ἀῤῥήτου κούρας.
ῥίπτει δ' ἐν πένθει.

Vterque versus saepius invenitur in Oedipo Rege eo in carmine, cuius initium est v. 1186. et in illo, quod est in Oed. Col. a v. 1146. Vide Eurip. Hec. 466. seq. Iph. Aul. 778. et alibi saepissime. Penultima producta, cuius exempla in loco paullo ante ex Troadibus allato exstant, etiam invenitur in Medea 851. 861.

σκέψαι τεκέων πλαγάν.
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν.

Nisi hi versus ita describendi sunt, ut addita e praecedentibus syllaba Glyconei fiant. Memorabile exemplum, in quo ultima brevis est, exstat in Iphig. Taur. 1127. 1142.

κώπαις ἐπιθωΰξει.
λήξαιμι θοάζουσα.

Hic versus, nisi fallor, utraque forma permutata, Molossoque in choriambi locum recepto, ab Sophocle positus erat in Aiace, hoc loco, qui est a v. 1187.

τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ
δορυσσόντων μόχθων
ἄταν ἐπάγων ἀνὰ
τὰν εὐρώδη Τροίαν.

Antistrophici sunt 1194. seqq.

κεῖνος ἀνήρ, ὃς στυγερῶν
ἔδειξεν ὅπλων Ἕλλα-
σιν κοινὸν Ἄρην. ἰώ,
πόνοι πρόγονοι πόνων.

Saltem hoc modo lectiones veterum librorum salvae manent: etsi mirum esse fateor, quod, quum secundus et tertius horum versuum continuato numero cohaereant, non sit idem factum in tertio et quarto. Vocabulum εὐρώδη, quod veterum quidam in ἀερώδη mutasse videntur, non ausim damnare. Non inepte Philes id pro εὐρεῖαν dictum accepit, eodem modo εὐρώεις dictum ratus; vide Passovii libellum Germanice scriptum de ratione condendorum lexicorum p. 45.

29. Saepius hoc genus ab anapaesto incipit, sed ut respondeat etiam anapaestus. Eurip. Hec. 635. 644.

Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τάν.
ἐκρίθη δ' ἔρις, ἂν ἐν Ἴ - δᾳ.

905. 914.

σὺ μέν, ὦ πατρὶς Ἰλιάς.
μεσονύκτιος ὠλλύμαν.

et in catalectico v. 909. 918.

δορὶ δή, δορὶ πέρσαν.
θυσιᾶν καταπαύσας.

Exempla quum satis multa exstent; praestabit afferre tale, in quo ultima soluta est. Helen. 1330. 1348.

μέτα, κοῦραι ἀελλοπόδες.
πολέων δ' ἀπέλειπε βίος.

30. Choriambi ultima soluta invenitur in Helena v. 1365. et mox prima, nisi fallor, in catalectico:

*Κύπρις γέλασέ τε θεά,*
*δέξατό τ᾽ εἰς χέρας*
*βαρύβρομον αὐλόν,*
*τερφθεῖσ᾽ ἀλαλαγμῷ.*

Antistrophica enim, v. 1381. quae mirum in modum corrupta sunt, licebit hariolando tentare:

*καὶ παννυχίδες θεᾶς,*
*εὖτέ νιν ἅρμασιν ὑ-*
*περέβαλε σελάνα*
*ὀρφνᾷ μελαναυγεῖ.*

*Νὶν* refertur ad *παννυχίδες*.

31. In altera forma, quae choriambum in fine habet, amphibrachum, a quo initium fit, primam postremamque syllabam ancipitem habere,

$$\breve{\cup}\text{—}\breve{\cup}\,|\,\text{—}\cup\cup\text{—}$$

uti leges numerorum postulant, ita etiam exempla docent, estque ea res satis demonstrata a Seidlero de verss. dochm. p. 261. et ad Iphig. Taur. 1070. Reliquum est, ut arseos in isto amphibracho solutae exemplum afferamus. Ita igitur in Helena v. 527.

*ἀλλ᾽ ἔτι κατ᾽ οἶδμ᾽ ἅλιον.*

32. Similis, sed diversa tamen forma videtur, quae pro amphibracho tertium paeonem habet, ut in Iphig. Aul. 206.

*τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν.*

33. Catalectico interdum Creticus vel Molossus, i. e. arsis nuda et iambus adiicitur, ut apud Sophoclem in Aiace v. 1191. 1198.

*δύστανον ὄνειδος Ἑλλάνων.*

*κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους.*

Simile genus infra segm. 43. commemorabimus.

34. His versuum formis adhuc breviores sunt illae, quae ex choriambo et uno pede disyllabo constant. Et quidem primo praecedente choriambo,

⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –

Sophocles Oed. Col. 128. 160.

*ἃς τρέμομεν λέγειν.*
*ῥεύματι συντρέχει.*

Eurip. Electr. 121. 136.

*καὶ στυγερᾶς ζοᾶς.*
*τᾷ μελέᾳ λυτήρ.*

Quo in genere penultima interdum longa est, ut in Hecuba 637. 646.

*ἅλιος αὐγάζει.*
*παῖδας ἀνὴρ βούτας.*

Apparet, posse hunc versum etiam pro dochmio haberi. Quamquam, ubi inter Glyconeos invenitur, dubitari poterit, an Glyconeorum potius legem sequatur, commutarique possit cum eo, qui est ex basi et choriambo. Eiusmodi est versus in Philocteta 177. 188. de quo supra dictum est p. 251.

35. Altera forma est ex basi et choriambo.

⏑ ⏑ | ⏑ ⏑⏑ –

Eurip. Suppl. 960. 968.

*δυσαίων δ' ὁ βίος.*
*οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις.*

Vide Seidlerum ad Eurip. El. 445. Solutio primae in choriambo invenitur in Bacchis v. 863. 883.

*εἰς αἰθέρα δροσερόν.*
*τούς τ' ἀγνωμοσύναν.*

36. Progrediár nunc ad contrarium genus formarum, quod continet Glyconeos una pluribusve syllabis auctiores. Ex his primo commemorandus est hypercatalectus,



Sophocles Oed. Col. 133. 165.

ἱέντες. τὰ δὲ νῦν τιν᾽ ἥκειν.
κλύεις, ὦ πολύμοχθ᾽ ἀλᾶτα;

Eurip. Hec. 631. 640.

Ἰδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν.
κοινὸν δ᾽ ἐξ ἰδίας ἀνοίας.

Duo continui sunt in eadem fabula v. 912. 921.

κηλῖδ᾽ οἰκτροτάταν κέχρωσαι.
τάλαιν᾽, οὐκέτι σ᾽ ἐμβατεύσω.
ναύταν οὐκέθ᾽ ὁρῶν ὅμιλον,
Τροίαν Ἰλιάδ᾽ ἐμβεβῶτα.

Omninoque minime rarum hoc genus est. Saepe vero dubitationem obiicit, ubi versus sequitur Glyconeo ab initio una syllaba minor, vel alius eorum versuum, qui nunc ab arsi, nunc ab anacrusi incipiunt. Nam duplex in huiusmodi locis adhiberi distinctio potest, quarum neutra habet, quod improbetur: ut in Helena v. 1317.

ὀρεία ποτε δρομάδι κώλῳ
μάτηρ θεῶν ἐσύθη·

et,

ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώ-
λῳ μάτηρ θεῶν ἐσύθη.

Vel in Oed. Col. 672.

θαμίζουσα μάλιστ᾽ ἀηδὼν
χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις,

qui locus non minus alteram descriptionem recipit. Neque vero obiicere licet, aptius vocem cum ipso versu terminari, quum non modo interdum ex hac regula strophici versus alteram descriptionem, alteram antistrophici postulaturi essent, sed omnino verborum distractiones in

Glyconeis versibus usitatissimae sint. Vnde sic statuendum videtur, nisi hiatus, aut aperta aliqua pausa, aut sensus et vis verborum obstet, eam distinctionem praeferendam esse, quae usitatos Glyconeos et Pherecrateos praebeat.

37. Altera huius metri forma trochaeum ante choriambum habet. Ea videtur priori respondere in Heraclidis v. 770. 777.

ἀλλ᾽, ὦ πότνια, σὸν γὰρ οὖδας.
ἀλλ᾽ ἐπεί σοι πολύθυτος αἰεί.

Ita Aldus, defendique posse hanc lectionem puto. Novissimus editor ἀλλ᾽ ἐπί σοι πολύθυτος ἑσαιεὶ dedit. Similis versus, sed pro basi dactylum, eumque solutum habens, in Bacchis est 874. 894.

σκιαροκόμου τ᾽ ἐν ἔρνεσιν ὕλας.
νόμιμον, ἀεὶ φύσει τὸ πεφυκός.

Nisi ab amphibracho incipere hic versus censendus est.

38. Simile genus est, quod hanc formam habet:

—ω—ᴗ—ᴗ——

Sophocles Oed. Col. 119. 151.

ἐκτόπιος σύθεὶς ὁ πάντων.
ἦσθα φυτάλμιος δυσαίων.

129. 161.

καὶ παραμειβόμεσθ᾽ ἀδέρκτως.
τῷ, ξένε πάμμορ᾽, εὖ φύλαξαι.

Noli vero Glyconeis aut consimilibus versibus hanc formam accensere,

—ᴗᴗ——ᴗ——

quae potius ex antispasto et ditrochaeo constat. Euripides Iphig. Aul. 761. 772.

παντόσυνοι πνεύσως᾽ ἀνάγκαι.
ἀσπίσι καὶ λόγχαις ᾽Αχαιῶν.

39. Sequitur aliud genus pede disyllabo longius,

∴ ∴ | ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑

Eiusmodi videntur haec esse in Antigona 104. 121.

*Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα.*
*πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων.*

In Oreste v. 808. 820. dubitari potest, utrum, ut vulgo, distinguendum sit,

*πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις,*
*ξίφος ἐς αὐγὰς ἀελίοιο δεῖξαι,*

an hoc modo, qui tamen minus suavis est:

*πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας*
*Ἀτρείδαις, πάλαι παλαι-*
*ᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων.*
*ξίφος ἐς αὐγὰς ἀελίοι-*
*ο δεῖξαι. τὸ δ' αὖ κακουρ-*
*γεῖν ἀσέβεια μαινολίς.*

Certum exemplum est in Euripidis Electra 736. 741.

*καλλίστων ὄμβρων Διόθεν στερεῖσαι.*
*κτείνεις, κλεινῶν συγγενέτειρ' ἀδελφῶν.*

40. Denique longissimus huius generis versus est Phalaeceus hendecasyllabus, natura ille sua cognatus Glyconeis, et proinde admisceri iis solitus. Vide Sophocl. Philoct. 1140. 1165. Eurip. Suppl. 962. 970. Heracl. 758. 769. et alibi. Delituit hic versus nonnullis in locis, prava descriptione obscuratus, ut in Aiace v. 697. 710. qui versus ita describendi sunt:

*πετραίας ἀπὸ δειράδος φά-*
*νηθ', ὦ θεῶν χοροποὶ ἄναξ, ὅ-*
*πως μοι Νύσια, Κνώσσι' ὀρ-*
*χήματ' αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς.*
*θοῶν ὠκυάλων νεῶν, ὅτ'*
*Αἴας λαθίπονος πάλιν, θε-*
*ῶν δ' αὖ πάνθυτα θέσμι' ἐξ-*

*ἡνυσ᾽ εὐσεβίᾳ σέβων μεγίστᾳ.*

In Oed. Col. 668. 681.

*εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώ-*
*ρας ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα.*
*θυλλεῖ δ᾽ οὐρανίας ὑπ᾽ ἄ-*
*χνας ὁ καλλίβοτρυς κατ᾽ ἦμαρ αἰεί.*

et mox v. 678. 691.

*χειμώνων, ἵν᾽ ὁ βακχιώ-*
*τας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει.*
*στερνούχου χθονός· οὐδὲ Μου-*
*σᾶν χοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδέ γ᾽.*

Eurip. Hec. 453. 463.

*φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν.*
*χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ᾽ εὐλογήσω.*

Nescio tamen, an hoc quoque in versu idem, quod in Glyconeis, factum sit, ut interdum desit ab initio una syllaba. In Hecuba quidem v. 445. 456. elegantior videtur vulgata distinctio,

*ἅτις ποντοπόρους κομίζεις*
*θοὰς ἀκάτους ἐπ᾽ οἶδμα λίμνας.*
*κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν,*
*οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,*

quam si quis ultima praecedentis versus syllaba ad sequentem adiecta Phalaeceum efficiat.

41. Eadem ratio augendorum a fine versuum etiam in illo genere invenitur, quod ab initio syllaba brevius est Glyconeis. Huius generis primum ponam hunc versum,

$$\text{⏑}\overset{\backslash}{—}\text{⏑}\,|\,\overset{\backslash}{—}\text{⏑⏑}——$$

Eum restitue in Hippolyto v. 144. 154.

*ἢ ματρὸς φοιτὰς ὀρείας.*
*σὺ δ᾽ ἀμφὶ τὰν πολύθηρον.*
*κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν.*

*ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν.*

Vide Iph. Aul. 554. 569. 757. 768. In Herc. fur. 784. 801. Erfurdtius non improbabili coniectura legitimum Glyconeum restituendum putabat:

*νύμφας τᾶς Περσηΐδος· ὡς.*
*Δίρκα δ' ἁ καλλιῤῥέεθρος.*

42. Productior forma est in Antigona v. 814. 831.

*ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιος.*
*τέγγει θ' ὑπ' ὄφρυσι παγκλαύτοις.*

In quorum versuum strophico vereor ne metrici genuinam scripturam mutarint. Nam videtur hic versus potius Glyconeus esse, auctus ab initio, ut Sophocles dederit *οὔτε νυμφίδιος*:

$$\overset{\cup}{\cup}\!\!-\cup\,|\,\overset{\cup}{-}\cup\,|\,\overset{\cup}{-}\cup\cup-$$

$$\cup\overset{\cup}{-}\cup\,|\,\overset{\cup}{-}\cup\cup-\,|\,\cup\overset{\cup}{-}$$

Eodem modo defendi poterunt hi versus in Helena, 1497. 1514.

*ὄμβρον λιποῦσαι χείμεριον·*
*λαμπρῶν ἄστρων ὑπ' ἀέλλαισιν.*

43. Sed finem non invenirem, si omnes formas versuum, qui naturam Glyconeorum vel aliquam cum iis similitudinem habent, enumerare vellem. Quare pauca tantum de insignioribus quibusdam formis adiiciam. Atque aliquot exempla inveniuntur Glyconeorum integro pede disyllabo auctorum, in quibus nescias utrum in principio, an in fine pedem istum adiectum dicas. Seidlero, qui de hoc genere versuum disseruit in libro de verss. dochm. p. 348. et ad Eurip. Electr. 442. trochaeus videtur in fine Glyconei adiectus esse. Et sane, quum pleraque exempla in spondeum exeant, adduci quis poterit, ut eam rationem probandam putet. At, quum pro trochaeo, qui vere trochaeus censendus sit, nullum af-

ferri exemplum possit, immo locum illum etiam iambus teneat, ego quidem ita sentio, duos diversos versus esse, quorum formae ita nonnumquam conveniant, ut unius metri formae esse videantur. Eorum versuum primus ex basi et Glyconeo constat, in quo pro basi, quae in eo esse debebat, trochaeus positus est:

$$\overset{\cdot}{\cdot}\,\overset{\cdot}{\cdot} \mid \overset{\cdot}{-}\!\!\smile \mid \overset{\cdot}{-}\!\smile\!\smile\!- \mid \!\smile\overset{\cdot}{-}$$

$$\cdot\,\cdot \mid \overset{\cdot}{-}\!\!\smile \mid \overset{\cdot}{-}\!\!\smile \mid \overset{\cdot}{-}\!\smile\!\smile\!-$$

Euripides in Bacchis v. 865. 885.

*ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς.*
*αὔξοντας σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ.*

In Hippolyto v. 147. 157.

*ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ.*
*λιμένα τόνδ' εὐξεινότατον ναύταις.*

In Cyclope v. 41. 55.

*πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων.*
*σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον.*

Alterum genus ex Pherecrateo potius constare crediderim, cui in fine Creticus vel Molossus, i. e. arsis nuda et iambus adhaerent, quod in alio genere supra segm. 33. observatum est:

$$\overset{\cdot}{\cdot}\,\overset{\cdot}{\cdot} \mid \overset{\cdot}{-}\!\smile\!\smile\!-\!\smile \,\|\, \overset{\cdot}{-} \mid \!\smile\overset{\cdot}{-}$$

Euripides in Suppl. 956. 964.

*μέτε-*
*στίν μοι κουροτόκοις ἐν Ἀργείαις.*
*ταλαί-*
*πωροι κλεινοτάτους ἐν Ἀργείοις.*

Et v. 1004.

*ἐς Ἄιδαν καταλύσουσ' ἔμοιχθον,*

cuius antistrophicus, 1026. non est integer. In Medea v. 159. 183.

*τάκου δυρομένα σὸν εὐνέταν.*
*πένθος γὰρ μεγάλως τάδ' ὁρμᾶται.*

Apparebit iam, quomodo confundi hi versus possint. Nam si quis eam, quam secundo loco posuimus, ex Glyconeo et iambo constare putabit,

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ –

hanc quoque formam illa recipiat necesse erit,

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ –

Atqui haec est prioris generis forma. Ex quo consequitur, qui hos versus unius generis esse demonstrare velit, eum ostendere debere, huic formae,

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ –

in antistrophicis illam respondere,

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ –

cuius responsionis ego quidem nullum exemplum novi. Si tamen aliquod proferatur, rursus illa forma,

∴ ∴ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ ⏑ –

non huius, sed alius generis esse existimanda erit.

44. Interdum praemittitur Glyconeo Bacchius. Sophocles in Aiace v. 1205. 1217.

*ἐρώτων, ἐρώτων δ' ἀπέπαυσεν, ὦ – μοι.*
*γενοίμαν, ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόν – του.*

Et in Oed. Col. 123. 155.

*πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'.*
*περᾷς γάρ, περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ – φθέγκτῳ.*

Qui loci videri possunt a dochmio incipere.

45. Interdum Glyconeum sequitur Creticus vel Molossus, i. e. arsis nuda et iambus. Ambiguus locus est in Eurip. Electr. 434. 443.

*πέμπουσαι χορούς μετὰ Νηρηΐδων.*
*μόχθους ἀσπιστὰς ἕφερον τευχέων.*

Vtroque enim in versu contractio fieri potest, ut placuit

Seidlero. Restituendum vero hoc metrum in Ione v. 1236.

*λεύσιμοι δὲ καταφθοραὶ δεσποίνᾳ.*

Glyconeum ab initio syllaba truncatum Creticus excipit in Herc. fur. 791. 808. ubi recte vulgo:

*Μουσῶν θ' Ἑλικωνίδων δώματα.*
*Πλούτωνος δῶμα λιπὼν νέρτερον.*

Nam respondent sibi diversae formae,

⏑ˊ—⏑⏑— | ⏑ˊ— | —ˊ | ⏑ˊ—

⏑ˊ—⏑ | —ˊ⏑⏑— | —ˊ | ⏑ˊ—

Pertinent huc etiam versus Medeae 157. seq. de quibus supra dictum est segm. 13.

46. Choriambi Glyconeo subiecti exemplum dedimus supra segm. 19. Omninoque choriambici numeri, ut cognati Glyconeis, non raro iis admiscentur. Vide Sophocl. Philoct. 175. 186. Eurip. Iphig. Aul. 171. seqq. 192. seqq. 1036. 1058. 1045. seq. 1067. seq. Vnde non infrequens est versus ex uno choriambo cum basi, ut in Antigona 136. 150.

*βακχεύων ἐπέπνευ.*
*ἐκ μὲν δὴ πολέμων.*

Vide Seidlerum ad Electram Eurip. 445. Cui generi addendus alius ex Cretico et choriambo. Eurip. Hel. 1356. 1372.

*ματρὸς ὀργάς, ἐνέπει·*
*βᾶτε, σεμναὶ Χάριτες.*
*ματρός, ὦ παῖ, θυσίας*
*οὐ σεβίζουσα θεοῖς.*

47. In primis vero memorabile est aliud genus versuum, quod ad exemplum Glyconeorum formatum est, sed dactylo caret. Eius haec forma est,

∴ ∴ | ⏑⏑ ⏑ | ⏑⏑ ⏑ —

et in catalectico,

∴ ∴ | ⏑⏑ ⏑ | — ⏑

Luculentum huius metri, quod admodum molles et querulos numeros habet, exemplum apud Aristophanem exstat in Eccles. 911.

αἶ αἶ, τί ποτε πείσομαι;
οὐχ ἥκει μοὐταῖρος·
μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ'· ἡ
γάρ μοι μήτηρ ἄλλη.

Et mox ad primi versus similitudinem anus canere incipit,

ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας.

Huiusmodi versus hic illic legitimis Glyconeis consociantur, ut in Avibus v. 680.

ἦλθες, ἦλθες, ὤφθης.

Eurip. Hippol. 66.

αἰ μέγαν κατ' οὐρανόν.

Eiusmodi fortasse est versus in Ione 190. 201.

ἰδού, τάνδ' ἄθρησον.
καὶ μὰν τόνδ' ἄθρησον.

de quo versu dictum p. 294. Et in Supplicibus eiusdem poëtae v. 990. 1012.

τί φέγγος, τίν' αἴγλαν.
ὁρῶ δὴ τελευτάν.

Et Aristophanis duo versus in Thesm. 1143. s. quos vide supra segm. 16. quamquam hi quidem loci etiam Bacchiacis versibus adnumerari possunt. Certo ad Glyconeorum exemplum compositi sunt hi, in Suppl. Euripidis 1018.

πηδήσασα πυρὸς ἔσω,

cuius strophicus mutilus est; et in Electra 153.

πατέρα φίλτατον καλεῖ.

48. Horum quoque versuum, ut Glyconeorum, breviores quaedam formae reperiuntur, quarum ea, cui ab initio syllaba deest, illud genus praebet, quod supra, quum de versibus dochmiacis diceretur, iambicos ischiorrhogicos appellavimus. Sophocles in Oed. Col. 121. 153.

*λεύσσεις νιν; προσδέρκου,*
*προσφθέγγου πανταχῆ.*
*ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ*
*προσθήσεις τάσδ' ἀράς.*

Eurip. Hec. 449. 460.

*κτηθεῖσ' ἀφίξομαι.*
*πτόρθους Λατοῖ φίλα.*

et v. 470. 479.

*ἐν δαιδάλοισι ποι - κίλλουσ',*
*ὑπ' Ἀργειῶν· ἐγὼ δ'.*

Ita enim, non, ut vulgo, *δαιδαλέαισι*, scribendum videtur. Nam Elmsleius quum in censura editionis meae Herculis Euripidei ad v. 469. Atticos vocem *δαίδαλος* usurpasse negaret, non meminerat Aeschyli in Eum. 638. Omninoque in poëticis vocabulis maior concessa est licentia, quam quae usu certae dialecti circumscribi possit.

49. Sed satis de his. Redeundum est enim iam ad dispositionem systematum Glyconeorum, quae quot sit quantisque dubitationibus impedita, facile aestimari potest. Nam uti apertissima est horum versuum distinctio, quum integri et legitimi sunt Glyconei et Pherecratei, ut in Aristoph. Eq. 973. seqq. ita omnia incerta sunt, ubi vel breviores et longiores formae, vel partes Glyconeorum, vel alii similes versus admiscentur. Atque quum vel hiatus, vel syllaba anceps, vel non dubia in pronunciando pausa certum praebet indicium, est sane, quod tuto sequaris. Plerisque autem in locis destituimur his adminiculis: unde quum longiores brevioresque versus pariter usitati sint, res fere ad arbitrium sensumque cu-

iusque redit. Multum enim falleretur, qui fines vocabulorum hic pro idonea distinguendorum versuum caussa haberet. Nam quum una perpetuitate plerumque hi numeri cohaereant, usitatissima est versuum distractio, neque quidquam relinquitur praesidii, nisi ut ex pluribus modis eum, qui aptissimus videatur, eligas. Rem planam faciam exemplo. In Sophoclis Antigona v. 100. ita legitur:

ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλ-
λιστον ἑπταπύλῳ φανὲν
Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης πότ', ὦ χρυσέας
ἁμέρας βλέφαρον, Διρκαί-
ων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα.

Sunt hi omnes Glyconei, iique satis tolerabiles, quorum ultimus hypercatalectus est. At antistrophici erroris arguunt hanc descriptionem. Sic enim habent:

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων, φονί-
αισιν ἀμφιβαλὼν κύκλῳ
λύγχαις ἑπτάπυλον στόμα,
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων
αἱμάτων γένυσιν πλησθῆ-
ναί τε, καὶ στεφάνωμα πύργων.

Hic primus versus quum in brevem syllabam desinat, quae quia in media voce est, non potest pro longa numerari, aperte prohibet metra ita distingui, nisi quis cum Erfurdtio, quod sane aliquam speciem veri habet, ita scribi velit:

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων, κύκλῳ
φοινίαισιν ἀμφιβαλών.

Et φοινίαισιν quidem praebent codd. quidam. Quae lectio, modo aliter versus distinguas, faciet, ut abstinere a transpositione possimus:

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων,
φοινίαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ.

Ita secundus versus pede longior erit: quod quum ita fit, ut ab initio augeatur, basis mutatur in trochaeum, et qui hunc praecedit pes, basis fit:

.. .. | ⏑ – | ⏑ – – | ⏑ –

At quis contendat, hanc certam esse descriptionem, quum non minus recte tertius versus hoc metrum habere possit, secundus autem legitimus Glyconeus esse:

φοινίαισιν ἀμφιβαλὼν
κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα.

Ac tertium quidem versum verbo στόμα finiri debere, ex syllaba ancipite et hiatu apparet: certaque haec res esset, si in strophico versu ea syllaba longa esset. Nunc, quum illic quoque brevis reperiatur, nova obiicitur dubitatio, ne quid in scriptura peccatum sit. Nam tertius quoque versus, pariterque quartus, legitimus Glyconeus fiet hoc modo:

κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον
στόμ᾽, ἔβα, πρίν ποθ᾽ ἁμετέρων,

modo in stropha vel ποτὲ deleatur,

φανὲν Θήβᾳ τῶν προτέρων
φάος, ἐφάνθης, ὦ χρυσέας,

vel ὦ, ut prima choriambi soluta sit,

φάος, ἐφάνθης ποτέ, χρυσέας.

Quamquam haec non sunt verisimilia, quia et ἐφάνθης et ἔβα, in quibus verbis maius quoddam pondus est, rectius in principio versus collocantur. Non minus dubia res est de reliquis duobus versibus, quorum prior etsi defendi potest, tamen haud satis apte in spondeum exit, quia spondeus iste in stropha pariter ut in antistropha neque integro verbo finitur, neque sensu ad praecedentia pertinet: unde veri similius est, eos versus ita distinguendos esse:

ἁμέρας βλέφαρον,
Δίρκαιον ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα.

αἱμάτων γένυσιν
πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων.

Quin primus quoque carminis versus aliam adhuc dubitationem admittit. Nam quum in quibusdam veteribus libris ἀελίοιο scriptum sit, genuina videri potest haec scriptura, ut in antistrophico corrigendum sit,

στὰς δ' ὕπερθε μελάθρων.

Quamquam non tantum tribuo huic scripturae ἀελίοιο, quantum Seidlerus de verss. dochm. p. 353. quum ea saepe ab librariis temere posita sit. Attuli haec ita enucleate, ut vel uno in exemplo, quot dubitationes excitari possent, intelligeretur.

50. In tanta huius rei ambiguitate eo tantum progredi licet, ut caveamus, ne prorsus obscuretur Glyconei carminis natura, etiamsi in singulis versibus saepe aliquid dubitationis remaneat. Est autem, ut dixi, ea maxime divisio praeferenda, quae ad sensum, verborumque aptas distinctiones pronunciationesque accommodatissima est. Sed ne huius rei rationem diductius explicare opus sit, duo de plurimis exempla melius disposita dabo: in quibus, qui volent, alias experiri divisiones poterunt, et quid quaeque vel commodi vel incommodi habeat, considerare. Igitur in Medea Euripidis v. 651. 660. ubi vulgo vix vestigium cernitur numeri Glyconei, hunc fere in modum dividendos versus puto:

ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα· μό-
χθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν, ἢ
γᾶς πατρίας στερέσθαι.
μὴ φίλους τιμᾶν, καθαρὰν ἀνοί-
ξαντα κλῆδα φρενῶν· ἐμοὶ
μὲν φίλος οὔποτ' ἔσται.

In Hippolyto v. 735. vide ne sic disponendi sint versus:

ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς

ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ,
ἔνθα πορφύρεον σταλάσ-
σουσ' εἰς οἶδμα πατρὸς τάλαιναι
κόραι Φαέθοντος οἴκτῳ, δακρύωι
τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Quibus respondent v. 745.

ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει,
σεμνὸν τέρμονα κύρων
οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει,
κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέον-
ται Ζηνὸς μελάθρων πάραντοι,
ἵν' ἁ βιόδωρος αὔξει ζαθέα
χθὼν εὐδαιμονίαν ἔσθλοῖς.

Sic enim haec, nisi fallor, scribenda sunt. De ultimo versu iam dixi segm. 10. Illa vero, quae vulgo leguntur, *Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοίταις*, quomodo intelligenda essent, nondum exstitit, qui aperiret. Vitiosam lectionem esse arguit strophicus versus, in quo *τριτάλαιναι* manifesta est metricorum correctio, auctoritate destituta veterum librorum. Scholiastae interpretatio, *ὅθεν ἐκ τῶν κοιτῶν τῶν οἴκων τοῦ Διὸς χέονται αἱ πηγαί*, ad sensum apta est, sed non congruit cum verbis: quae ei aliquo modo accommodat scriptura ed. Lasc. *κοίτας*. Vulgata lectio videtur ex male intellecta scriptura *πάρακτ* orta esse, quum quod superscriptum erat *οι*, non pro terminatione vocabuli acciperetur. In simili narratione apud Plutarchum de facie in orbe lunae p. 941. F. aves ab Iove Saturno afferunt ambrosiam: *ὄρνιθας δὲ τῆς πέτρας κατὰ κορυφήν, οὓς πετομένους ἀμβροσίαν ἐπιφέρειν αὐτῷ, καὶ τὴν νῆσον εὐωδίᾳ κατέχεσθαι πᾶσαν, ὥςπερ ἐκ πηγῆς σκιδναμένη τῆς πέτρας.*

## CAP. III.

### *De versu Priapeo.*

1. Explicata versuum Glyconeorum natura, nihil iam difficultatis habebit metrum Priapeum. Compositus est enim hic versus ex Glyconeo et Pherecrateo, eamdemque, quam illi, in sede choriambi variationem admittit, sed minore cum licentia in mutanda mensura. Hephaestio p. 59. (104) metrum hoc ad antispastos referens, ita scribit: *τὸ Πριάπειον, οὐ μόνον ἰαμβικῇ τῇ δευτέρᾳ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ χοριαμβικῇ· καὶ τὸν ἀντίσπαστον ἔσθ' ὅτε, τὸν πρῶτον τοῦ παντὸς μέτρου, εἰς σπονδεῖον περαιοῦσιν, ἐάν τε ἀπὸ ἰάμβου ἄρχηται, ἐάν τε ἀπὸ τροχαίου, κατὰ τὸ δεδογμένον, ἐάν τε ἀπὸ σπονδείου· οἷον παρ' Εὐφορίωνι τῷ Χερρονησιώτῃ·*

*οὐ βέβηλος, ὦ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου·*
*κἀγὼ δ' ἐξ εὐεργεσίης ὠργιασμένος ἦκω,*
*ὁδεύων Πηλουσιακὸν κνεφαῖος παρὰ τέλμα.*

2. Formas recipit hoc metrum hasce:

I. ⏑ ⏑ | ⏑ – – ⏑ | – ⏑ ‖ ⏑ ⏑ | ⏑ – – ⏑ –

II. ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ | ⏑ – – ⏑ ‖

III. ⏑ – – ⏑ | – ⏑ – ⏑ ‖ ⏑ – – ⏑ | – ⏑ –

In basi pedes disyllabi, praeter pyrrhichium, ex trisyllabis autem tribrachus et dactylus in exemplis, quae non multa exstant, invenitur. Anapaesto quoque veniam fuisse puto.

3. Credibile est, saepe unam tantum ex his formis usurpatam esse, exclusis reliquis; interdum autem omnes inter se esse commutatas. Secundae exemplum iam dedimus ex Hephaestione. Primae exemplum idem affert

p. 34. (59)

ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς·
οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον· νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ κωμάζων παϊδὶ ἁβρῇ.

Anacreontis esse hos versus ex Athenaeo XIV. p. 646. C. et Polluce X. 70. scimus. Vulgo παῖδ' ἁβρῇ. Sed quidam veteres libri ποδι ἰ ἁβρῇ. Cod. Monac. παιδι ἁβρῇ. Alii codd. παιδὶ ἁβρῇ. Recte fortasse, si diphthongus in duas syllabas distrahatur, et in ultima crasis fiat: vide p. 55. Elegantius tamen, opinor, scriberetur, πόδας ἁβρῇ, quae verba tum substantivi vice fungerentur, ut vel articulus docet, ad φίλῃ additus. Idem dicebatur ποδαβρός: v. Wesseling. ad Herodot. I. 55. Hac forma Priapei constanter usus est Catullus carm. XVII. XVIII. XIX. in basi non nisi trochaeum et spondeum usurpans. Vnde XIX. 11. scribendum,

*primitus tenera virens spica mollis arista.*

Male vulgo *et* post *primitus* insertum.

4. Comici Graeci, ut videtur, vere polyschematistum hoc metrum esse voluerunt. Vnde omnes eius formas promiscue usurparunt. Pherecrates, sive quis alius fabulam istam, Persas, scripsit, apud Athenaeum XV. p. 685. A.

ὦ μαλάχας μὲν ἐξορῶν, ἀναπνέων θ' ὑάκινθον,
καὶ μελιλώτινον λαλῶν, καὶ ῥόδα προσσεσηρώς·
ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, προσκινῶν δὲ σέλινα,
γελῶν δ' ἱπποσέλινα, καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων,
ἔγχει, κἀπιβόα τρίτον Παίων', ὡς νόμος ἐστίν.

Verissimam esse puto Dalecampii emendationem ἐξορῶν, pro ἐξερῶν. Ibidem is, qui *Μεταλλεῖς*, fabulam Pherecrati adscriptam, fecit,

ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατῶν τις
ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τε δροσώδη,
κἀνθρύσκου, μαλακῶν τ' ἴων λείμακα, καὶ τριφύλλου.

Libri *πατῶντες*, quod frustra quis defendat. Gaisfordius quum ad Hephaestionem p. 354. adnotavit, vidisse Heringam Obss. p. 224. ad hoc metrum redigenda esse verba Eupolidis apud Athenaeum p. 656. F. ex adversariis suis haec dedit, non inspecto Athenaeo, ut vel ex eo intelligitur, quod errorem in numero paginae, qui apud Heringam est, repetiit. Leguntur ista Eupolidis verba lib. XIV. p. 646. F. nec Priapeos, sed Cratineos esse hos versus vult Heringa. At ne Cratinei quidem sunt, sed Pherecratei, forma logaoedica, nisi primus dactylicus, reliqui logaoedici sunt. Nam videtur hic locus, cuius partem Athenaeus etiam p. 630. A. affert, ex carmine antistrophico depromptus esse:

*ὃς Χαρίτων μὲν ὀμιχεῖ,*
*καλλαβίδας δὲ βαίνει,*
*σησαμίδας δὲ χέζει,*
*μῆλα δὲ χρέμπτεται* [illegible].

5. Dactylus in basi invenitur in versibus, quos affert scholiastes Theocriti in prolegomenis de differentia carminum bucolicorum:

*δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν, δέξαι τὰν ὑγίειαν,*
*ἃν φέρομεν παρὰ τᾶς θεοῦ, ἃν ἐκαλέσσατο τήνα.*

Hos versus non recte in heroicos mutatos esse monui in observationibus ad poëtas bucolicos, quas Schaeferus editioni suae Sophoclis praemisit, p. VIII.

6. Caeterum versus Priapei a grammaticis etiam in asynartetis numerantur: unde factum, ut versui heroico, quum is forte ita disposita verba habet, ut Priapeus videri possit, Priapeo nomen fecerint. Veluti his Homeri et aliorum,

*Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.*
*cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos.*
*aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*
*externum tulit, aut cruor hic de stipite manat.*

Latinorum grammaticorum locos attulit Gaisfordius p. 308. seq. Et sane videtur versus Priapeus interdum asynartetorum more compositus fuisse, ut et syllabam ancipitem et hiatum in caesura reciperet. Eiusmodi est exemplum, quod ex scholiasta Theocriti attuli. Apud Catullum unus tantum versus est, qui asynartetorum licentiam habeat, XIX. 4.

*nutrivi magis et magis, ut beata quotannis,*

Comicos vero Graecorum, omninoque veteres Graecos poëtas non temere credam ea licentia usos esse.

7. His addam verba Dionysii Halicarnassensis, hominis rei metricae male periti, qui in libro de compositione verborum cap. 4. ita scribit: *λαμβανέσθω δὲ πρῶτον ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ταυτί·* (Iliad. μ. 433.)

*ἀλλ᾽ ἔχον ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθής,*
*ἥτε σταθμὸν ἔχουσα καὶ ἔριον, ἀμφὶς ἀνέλκει*
*ἰσάζουσ᾽, ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄροιτο.*

*τοῦτο τὸ μέτρον ἡρωϊκόν ἐστιν, ἑξάπουν, τέλειον, κατὰ πόδα δάκτυλον βαινόμενον. ἐγὼ δὴ αὐτῶν ὀνομάτων τούτων μετακινήσας τὴν σύνθεσιν, τοὺς αὐτοὺς στίχους ἀντὶ μὲν ἑξαμέτρων ποιήσω τετραμέτρους, ἀντὶ δὲ ἡρωϊκῶν προσοδιακούς* (ita scribendum pro *προσῳδικούς*) *τὸν τρόπον τοῦτον·*

*ἀλλ᾽ ἔχον, ὥστε γυνὴ χερνῆτις τάλαντα ἀληθής,*
*ἥτε ἔριον ἀμφὶς καὶ σταθμὸν ἔχουσ᾽ ἀνέλκει*
*ἰσάζουσ᾽, ἵν᾽ ἀεικέα παισὶν ἄροιτο μισθόν.*

*τοιαῦτά ἐστι τὰ Πριάπεια, ὑπὸ τινῶν δὲ ἰθυφάλλια λεγόμενα, ταυτί·*

*οὐ βέβηλος, ὦ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου·*
*κἀγὼ δ᾽ ἐξ εὐεργεσίης ὠργιασμένος ἦκω.*

Brevius, qui de eadem re loquitur, Hermogenes p. 92. ed. Ald. p. 76. ed. Io. Sturmii: *εἰ γὰρ μεταμειφθεῖεν κἀνταῦθα αἱ λέξεις, ἔσται τετράμετρον.* At quis credat, versus, quales Dionysius composuit, a quoquam Graeco-

rum factos esse? Solus is, qui ultimus est, ferri potest: duo priores plane claudi et elumbes sunt. Nisi quid ab librariis peccatum est. Poterant enim verba illa paullo melius in numeros istos redigi:

*ἀλλ' ἔχον, ὥστε γυνὴ τάλαντα χερνῆτις ἀληθής,*
*εἴριον ἀμφὶς ἧτε καὶ σταθμὸν ἔχουσ' ἀνέλκει.*

---

## CAP. IV.

### *De metro Eupolideo.*

1. Sequitur versus Eupolideus: de quo ita scribit Hephaestio p. 61. (109) *καὶ τὸ Εὐπολίδειον, τὸ καλούμενον ἐπιχοριαμβικόν, πολυσχημάτιστόν ἐστιν, ἐν ᾧ τὰς τροχαϊκὰς παρὰ τάξιν ποιοῦσι δέχεσθαι τὸν σπονδεῖον· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀντισπαστικὸν καθαρὸν ποιοῦσιν· οἷον·*

*εὐφράνας ἡμᾶς ἀπόπεμπ' οἴκαδ' ἄλλον ἄλλοσε·*
*ὁ σώφρων τε χὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην.*

Apparet, Hephaestionem multum a vera ratione aberrasse. Constat hic versus ex Glyconeo, qui choriambum in fine habet, et ex versu ad similitudinem Glyconei facto, sed pro choriambo Creticum habente.

˘ ˘ | — ⏑ | — ⏑ ⏑ — ‖ ˘ ˘ | — ⏑ | — ⏑ —

Luculentum huius metri exemplum habemus XLV. versus Aristophanis in Nubibus, 518. seqq. ubi imperitus scholiastes hos versus trochaicos esse putat. Nusquam Aristophanes ab hac, quam dedimus, descriptione discessit: neque in basi alios pedes, quam trochaeum, spondeum, iambum, semel etiam tribrachum posuit v. 559.

*ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ἦν γέλως.*

Caesuram, quae in fine Glyconei esse debebat, neglexit saepissime. Idque etiam alii comici fecerunt.

2. Valde enim hoc genus metri usitatum fuit in comoedia. Aristophanes Anagyri fr. IX. apud. Suid. v. παραλοῦσθαι,

ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν.

Et fr. XI. apud eumdem in v. ἀπλήγιος:

ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.

Vidit, hos versus hoc metro esse Erfurdtius in libro, cui index *Königsberger Archiv*, 1812. P. III. p. 444. ubi plura huius metri exempla congessit. Nec latuerat hoc Porsonum, qui hos quoque versus cum tribus aliis locis Gaisfordio indicaverat, quem vide ad Hephaest. p. 358. Eorum illum, quem Harpocratio in v. ὀξυθύμια ex Eupolidis *Δήμοις* affert, ita emendatum dedit:

ὃν χρῆν ἔν τε ταῖς τριόδοις, κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.

Vide etiam Adversaria eius p. 286. ubi Eupolidis fragmentum apud schol. Aristoph. ad Nub. 540. et 552. ita restituit:

τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην,

monetque ex eodem metri genere deprompta esse Eupolidis verba apud Hephaestionem p. 71. (132)

εἰωθὸς τὸ κομμάτιον τοῦτο.

Epicharmo quidem apud Athenaeum II. p. 60. F. dubitem hoc metrum vindicare, quae Erfurdtii coniectura fuit l. c. p. 444. Pherecrates apud Athenaeum VII. p. 316. E.

ἐνθρύσκοις καὶ βρακάνοις
καὶ στραβήλοις ζῆν· ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
πολύποδας νύκτωρ περιτρώγειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Sic fortasse haec constituenda sunt, deletis verbis ὥσπερεὶ τοὺς ante πολύποδας. Servans vulgatam scripturam aliquot verba in medio omissa putabat Erfurdtius p. 443. Astydamas tragicus in Hercule satyrico apud Athen. X. p. 411. A. unde apparet etiam in satyricis fabulis usur-

patum esse hoc metrum:

*ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν*
*τὸν ποίητην δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν·*
*ἵν' ἁπίῃ τις τοῦτο λαβών, καὶ φαγών τε καὶ πιών,*
*ᾧ χαίρει, καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς.*

Alexis in Trophonio ibidem p. 417. F.

*νῦν δ' ἵνα μή παντελῶς Βοιώτιοι*
*φαίνησθ' εἶναι τοῖς διασύρειν ὑμᾶς εἰθισμένοις,*
*ὡς ἀκίνητοι συνιεῖν, βοᾶν καὶ πονεῖν μόνον,*
*καὶ δειπνεῖν ἐπιστάμενοι διὰ τέλους τὴν νύχθ' ὅλην,*
*γυμνοῦσθ' αὐτοὺς θᾶττον ἅπαντες.*

Sic scribendum hoc fragmentum, cuius tertium versum tentaverat Erfurdtius p. 416. intactum reliquerat Porsonus apud Gaisfordium p. 358. *Συνιεῖν* scripsi pro *νῦν εἶναι*. Pherecrates in *Ἴπνῳ* sive *Πανυχίδι* apud Athen. XIII. p. 612. A.

*κᾆτα μυροπωλεῖν τί μαθόντ' ἄνδρ' ἐχρῆν καθήμενον*
*ὑψηλῶς ἐπὶ σκιαδείῳ, κατεσκευασμένον*
*συνέδριον, τοῖς μειρακίοις ἵν' ἐλάλει δ' ἡμέρας;*

Primum versum emendavit Erfurdtius p. 444. In tertio legebatur *οὗ* post *συνέδριον*, et aberat *ἵν'*. Idem in eadem fabula ibidem:

*αὐτίκ' οὐδεὶς οὔτε μαγείραιναν εἶδε πώποτε,*
*οὐ μὴν οὐδέ γ' ἰχθυοπώλαιναν.*

Sequentia verba, *ἑκάστῳ γὰρ γένει ἁρμόζοντα δεῖν εἶναι καὶ τὰ τῆς τέχνης*, non Pherecratis verba sunt, sed Athenaei, quae ille ex mente Solonis loquitur. Cratinus in *Μαλθάκοις* apud Athen. XV. p. 685. B. C. (681. A.)

*παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,*
*λειρίοις, ῥόδοισι, κρίνοις, κοσμοσανδάλοις, ἴοις,*
*καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμώνων κάλυξί τ' ἠϊονᾶις,*
*ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἑλιχρύσου κλάδοις,*
*οἰνάνθῃσιν, ἡμεροκάλλει τε τῷ φιλουμένῳ,*
*ἀνθρύσκου φόβῃ . . . . . .*
*τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι·*

καὶ γὰρ κύτισος αὐτόματος παραμένοντος ἔρχεται.

In ultimo versu addidi γάρ, et correxi vulgatum παρὰ μέδοντος. Etenim cytisus, inquit, ultro, me manente, affertur. V. 4. praestat fortasse ὑακίνθοισιν.

5. In his exemplis omnibus nihil est, quod polyschematistum esse hoc metrum arguat. Quin locus ille Aristophanis in Nubibus, ubi de XLV. versibus nullus est, qui aliam in priori parte formam Glyconei habeat, magis etiam monet, ut polyschematistorum licentiam excludendam putemus. Accedit quod ne grammatici quidem alias formas commemorant: qui propterea tantum hoc metrum polyschematistis accensuernt, quod utraque in parte pro trochaeo, qui post basin est, etiam spondeum recipit. Vide, quae scholiastes Hephaestionis p. 61. (105) ubi recte Pauwius πολυσχημάτιστον pro ἀσυνάρτητον scribi iubet, et seqq. de metro Priapeo et Cratineo adnotavit. Fatendum est tamen, quum metrum Eupolideum in priore parte Glyconeum habeat, non repugnare, etiam alias Glyconei formas eo in metro usurpari potuisse. Cuius rei tenuem quamdam suspicionem faciunt duo fragmenta apud Athenaeum, unum Pherecratis, sive quisquis Persas fecit, III. p. 78. D.

ἦν τ' ἡμῶν σῦκόν τις ἴδῃ διὰ χρόνου νεόν ποτε,
τῷφθαλμῷ περιμάττομεν τούτῳ τῷ τῶν παιδίων.

Ita Erfurdtius p. 443. addens articulum τῷ. Facili tamen mutatione, ut ibi adnotavi, etiam usitatam formam restitui licet:

τῷφθαλμῷ τούτῳ περιμάττομεν τῷ τῶν παιδίων.

Alter locus, qui Eupolidis est in Adulatoribus, ipsius Athenaei culpa, ut videtur, consulto aliquot verba omittentis, maiori etiam dubitationi obnoxius est. Eum metro Eupolideo scriptum videri iam olim in libro de emend. rat. Gr. gr. p. 26. indicavi. Sed restitui eum posse, propemodum desperavi. Verba sunt apud Athenae-

um VII. p. 286. B. *παρὰ τῷδε Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία, ἵνα πάρα μὲν κάραβοι, καὶ βατίδες, καὶ λαγῴ, καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Et iterum p. 400. B. haec affert: *ἵνα πάρα μὲν βατίδες καὶ λαγῳ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Vnde haec fortassis erui poterunt:

*παρά τῷδε, Καλλία, πολλὴ δὴ θυμηδία,*
*. . . . . βατίδες, καὶ λαγῴ,*
*καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.*

---

## CAP. V.

### *De metro Cratineo.*

1. Metrum Cratineum ab Eupolideo, de quo modo explicatum est, non nisi eo differt, quod in priore parte choriambicum est, ex eo genere, quod ipsum quoque cum Glyconeo permutatur: posterior pars eadem est, quae in Eupolideo:

$$\overset{\backsim}{-}\cup\cup- \mid \overline{\smile}\overset{\backsim}{-}\cup- \parallel \overset{\backsim}{\cdot\cdot} \overset{\backsim}{\cdot\cdot} \mid \overset{\backsim}{-}\overline{\smile} \mid \overset{\backsim}{-}\cup-$$

Hephaestio p. 56. (96): *ἔστι γὰρ ἐκ χοριαμβικοῦ ἐπιμίκτου, τοῦ τὴν δευτέραν ἰαμβικὴν ἔχοντος, καὶ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς·*

*Εὖϊε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.*
*πάντα φορητά, πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ,*
*πλὴν Ξενίου νόμοισι, καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρων.*

*τὸ μὲν οὖν καθαρὸν Κρατίνειον τοιοῦτόν ἐστι· πολυσχημάτιστον δὲ αὐτὸ πεποιήκασιν οἱ κωμικοί. τοὺς γὰρ σπονδείους τοὺς ἐμπίπτοντας ἐν τοῖς ἰαμβικοῖς καὶ τοῖς τροχαϊκοῖς, παρὰ τάξιν παραλαμβάνουσιν ἐν ταῖς μέσαις συζυγίαις, τῇ τροχαικῇ καὶ τῇ ἰαμβικῇ. Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις καὶ ἀτακτοτάτως συνέθηκε τὸ εἶδος· πῇ μὲν γὰρ τοιαῦτα ποιεῖ,*

*ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρο δὴ τὴν γνώμην προσίσχετε,*
*εἰ δυνατόν, καὶ μή τι μεῖζον πράττουσα τυγχάνει·*

πῇ δὲ τοιαῦτα,

καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν·

ὡςθ' ὅλον αὐτὸ χοριαμβικὸν ἐπίμικτον γενέσθαι, ὅμοιον Ἀνακρεοντείῳ τῷδε,

Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν·

πῇ δὲ καὶ ἄλλοις ἐχρήσατο λίαν ἀτάκτοις σχήμασι. Iterum haec, sed paucis attingit p. 61. (109) καὶ τὸ Κρατίνειον δὲ τὸ ἀσυνάρτητον ἐκ χοριαμβικοῦ καὶ τροχαϊκοῦ πολυσχημάτιστόν ἐστιν. ἀρκέσει τοῦτο δεῖξαι ἡ παράβασις ἡ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις Εὐπόλιδος πᾶσα, ἵνα μὴ νῦν μηκύνωμεν παραδείγματα παρατιθέμενοι.

2. Docere haec possunt, quanta Hephaestionis, omninoque grammaticorum fuerit imperitia. Nam non solum metrum hoc non est polyschematistum, nisi in priore parte aliae formae, quam illa, quae in exemplis istis omnibus est, usurpatae sunt, quod non videtur factum esse, quum ea de re taceat Hephaestio: sed illud ne fieri quidem potuit, ut Cratineum metrum etiam hanc formam reciperet,

καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν,

qui versus plane alius metri est. Nimirum ita statuendum puto, parabasin istam, ut solitum est, in partes quasdam sibi respondentes dispositam fuisse, easque partes certis in locis, veluti in fine, Cratineis versibus additum habuisse hunc, qui choriambica catalexi finitur. Caeteras autem licentias, quas memorat Hephaestio, non dubitandum est eas fuisse, quae ex ipsa metri Cratinei natura prodeunt: quae ipsae fortasse non omnes usurpatae sunt:



Aperte vitiosus foret versus, qualis unus est eorum, quos affert Hephaestio, si ita, ut apud hunc legitur, scripsisset Eupólis:

*ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρ' ἤδη τὴν γνώμην προσίσχετε.*

At quis dubitabit, *δεῦρο δὴ* eum dedisse? Caeterum miror, in illo Eupolidis versu, quem dixi certis tantum in locis parabaseos illius positum videri, Gaisfordium *ξυνεγεινόμην* edidisse, quia sic scribebat Valckenarius ad Phoen. 360. p. 128. Schaefero ad schol. Apollonii Rhod. p. 165. talis videbatur hic Valckenarii error esse, ut eum calami aberratione excusandum putaret.

## CAP. VI.

### *De choriambico polyschematisto.*

1. Ille ipse versus, quem Hephaestio, ut modo indicatum est, perperam pro forma versus Cratinei habuit,

*Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν·*
*καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν·*

etsi non videtur polyschematistus esse, tamen hic commemorandus erat, ut qui propterea, quod compositus est ex duabus Glyconei et Pherecratei formis, natura sua non excluderet polyschematistorum licentiam. Vidimus enim utriusque partis formam supra in versu Priapeo cum aliis formis commutatam: ut in hoc,

*καὶ μελιλώτινον λαλῶν, καὶ ῥόδα προσσεσηρώς.*

2. Verum etsi potuit hic versus polyschematistorum modo tractari, vereor tamen ne id non sit factum. Certe in fragmento Adulatorum Eupolidis apud Athenaeum VI. p. 236. E. quod XVI. versibus constat, choriambica forma constanter servata est:

*ἀλλὰ δίαιταν, ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες, πρὸς ὑμᾶς*
*λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ', ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ*

*ἄνδρες· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν,*
*ἀλλότριος τὰ πολλά, μικρὸν δέ τι κἀμὸν αὐτοῦ·*
*ἱματίῳ δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,*
*οἵν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον, ἐξελαύνω*
*εἰς ἀγοράν· ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τίν' ἄνδρα*
*ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτόν εἰμι·*
*κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ,*
*καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.*
*εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν,*
*μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον· οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ*
*τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν, ἢ φέρεται θύραζε.*
*οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα.*
*σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε*
*ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.*

Ita hunc locum scribendum puto, partim ex meis emendationibus, in lib. III. de metris p. 389. propositis, partim ex correctionibus Porsoni apud Gaisfordium p. 296. In quarto versu Porsonus, *μικρὸν δὲ τὸ κάμνον αὐτοῦ*, sententia aut non satis commoda, aut non satis apte expressa, ut mihi quidem videtur. Quare servavi quod olim proposueram, quodque in libris est, non nisi eo discedentibus, quod *κάμον* habent. Hoc dicit: servulum habeo, plerumque alienum, in quo mihi non nisi paullum quid iuris est.

## CAP. VII.

### *De epionico polyschematisto.*

1. Nullo modo polyschematistis accenseri debebat metrum epionicum. De eo sic scribit Hephaestio p. 60. (108) *τάχα δὲ καὶ τὸ κωμικόν, τὸ καλούμενον ἐπιωνικὸν πολυσχημάτιστον συνέθεσαν. μάλιστα δ' ἐν αὐτῷ ἀταξία πολλή, ἡ τοὺς σπονδείους ἐπὶ ἀρτίου χώρας ἔχουσα τῶν ἰαμβικῶν συζυγιῶν, οἷον παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει·*

ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν δὲ μᾶλλον ἔσει.

Priscianus in libro de metris comicis addit huic loco alium eiusdem poëtae, p. 1329.

ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.
πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
ἵν' ἔξεστιν πάνυ θεῖν τῷ κακῷ γε τὴν ἰδιάν.

Sic fortasse hi versus scribendi sunt, in quibus restituendis Arnaldo multo felicior fuit Ios. Scaliger, cui usque ad ἔξεστι omnia debentur. Reliqua apud Priscianum ita scripta sunt πάνυ δ' ἐν (ed. Iunt. πᾶν ὑλεν) τῷ κακῷ γε τὴν ἰδέαν. Sensus est, ubi vel malo homini suam viam currere licet.

2. Hoc metrum grammaticis visum est polyschematistum esse, quia compositum putabant ex dipodia iambica et Ionico a minore:

⏑–⏑– | ⏑⏑–– ‖ ⏑–⏑– | ⏑⏑–

Hinc et nomen ei fecerunt epionici, et dipodias iambicas spondeo in paribus locis vitiari existimarunt. At neque vitium in his numeris est, neque vero vestigium numeri Ionici: sed ita metiendum est hoc genus:

⏑–⏑ | –⏑⏑–– ‖ ⏑–⏑ | –⏑⏑–

Nec mirarer, si mediam amphibrachi interdum etiam solvissent. Caesuram, quae in fine prioris partis est, non ubique, ut apparet, servarunt.

## CAP. VIII.

### *De versibus asynartetis.*

1. Asynartetorum definitio, quae a grammaticis prodita est, mira laborat ambiguitate. Hephaestio ita scri-

bit p. 48. (83) *γίνεται δὲ καὶ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι, μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν, ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνηται στίχου.* Nam quid est hoc, duo membra non posse coniungi, unaque perpetuitate comprehendi? Naturam numerorum si spectamus, nullus numerus, qui quidem absolutus et integer est, cum alio cohaeret: unde versus omnes, qui ex pluribus ordinibus constant, asynarteti dicendi forent. At hoc quidem non respexerunt grammatici: sed quod illi dicunt, versus asynartetos nexu et cohaerentia destitutos esse, eo nihil aliud volunt, quam diversos numeros in unum versum coniungi, qui ob id ipsum, quia diversi sunt, neque eodem pede incedunt, certis in locis finem unius numeri, alteriusque initium observari iubent. Haec vero definitio perexiguae utilitatis est: nihil enim interest, utrum similes an dissimiles, utrum consociabiles, an contrarii numeri, utrum integrae, an non integrae dipodiae coniungantur. Quid est enim, quare hos numeros asynartetos esse contendamus,

⏑ ˊ— ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ | ˊ— ⏑ — ⏑ — ⏑

⏑ ˊ— ⏑ — ⏑ ˊ— ⏑ — | ˊ— ⏑ — ⏑ — ⏑

hunc autem negemus asynartetum esse:

⏑ ˊ— ⏑ — ⏑ ˊ— ⏑ — | ⏑ ˊ— ⏑ — ⏑ ˊ— ⏑

Nihilominus grammaticis, qui versus non in ordines suos, sed in pedes dipodiasve distribuere consuevissent, ita videri necesse erat, singulare genus esse, in quo aperte diversi numeri dipodiaeve consociati essent. Eosque illi asynartetos vocarunt. Vnde scholiastes Hephaestionis p. 52. (83) quot omnino formae cogitari asynartetorum possint, definire conatur. Neque diversa est ratio, qua Marius Victorinus p. 2552. seqq. et 2587. seqq. de hoc genere versuum disserit. Plotius vero p. 2664. asynartetos non modo cum polyschematistis confundit, sed eos

quoque versus hac appellatione comprehendit, in quibus solutio aliqua admissa sit: ex quo satis intelligitur, parum ei cognitam horum versuum naturam fuisse.

2. Multo rectius R. Bentleius, vir metricae quoque artis scientia eximius, asynartetorum naturam perspexerat: de qua accurate explicuit ad Horat. epod. XI. non tamen, ut plane rem exhauriret. Nam si versus asynarteti ex duobus vel pluribus versiculis constant, nulla verborum perpetuitate iunctis, ideoque in commissura partium et syllabam ancipitem et hiatum habentibus, non potest intelligi, cur istiusmodi metra uno versu comprehendi, non in plures distingui debeant. Etenim duo versiculi, cohaerentia illa, quam *συνάφειαν* Graeci vocant, carentes, non minus duo sunt, si uno versu coniuncti, quam si in duos discreti scribuntur. Ex quo consequeretur, ineptam appellationem esse, quae ab re plane fortuita esset repetita. Eodemque modo quid impediret integras strophas in unum praelongum versum coniungere? Quae quum ita sint, non dubitandum esse puto, quin magis recondita quaedam caussa fuerit, quare versibus istis hoc nomen imponeretur, eaque talis, ut ne potuerint quidem in plures versus distribui.

3. Itaque veram rationem asynartetorum hanc esse puto, ut duo numeri, sive quis versiculos dicere malit, cohaereant quidem, unumque versum efficiant, sed vinculum illud laxius sit, et negligi, si poëtae lubeat, perpetuitas verborum possit. Nihil huic rei declarandae aptius inveniri potest, quam exemplum comicorum Latinorum, qui, ut supra saepius observatum est, in tetrametris trochaicis, iambicis, anapaesticis hanc ipsam rationem, quam propriam esse asynartetorum modo diximus, multis exemplis comprobant. Satis erit, in uno rem declarasse. Plautus in Amphitr. I. 1, 35.

*qui múlta Thebanó poplo – acérba obiecit fú-*
*nera.*

Aperte hic versus asynartetus est, ut hiatus monstrat. Quod si omnes isti versus huiusmodi essent, aut saltem verbum in omnibus cum quarto iambo finiretur, quis dubitaret, qui nunc tetrametri habentur, singulos in duo dimetros distinguere? At quum etiam tales inveniantur, qualis est v. 39.

*regíque Thebanó Creonti régnum stabilivít*
*suum,*

manifestum est, binos unum constituere versum: qui ob id ipsum asynartetus vocatur, quia partes eius cohaerent quidem, sed tamen laxo vinculo, ut, si placeat, etiam pro non cohaerentibus haberi possint.

4. Ex his intelligitur, valde anceps esse iudicium de versibus asynartetis. Nam neque omnes, qui ex diversis ordinibus compositi sunt, continuo, ut grammaticis placuit, asynarteti erunt, sed ii tantum, in quorum commissuris *συνάφειαν* negligi concessum est: quae res ex usu poëtarum est cognoscenda: neque vero omnes, in quibus *συνάφεια* negligitur, hac sola caussa putandi sunt asynarteti esse, nisi constet, aut credibile sit, commissuram etiam in mediis vocibus esse factam, quae res sola non duo, sed unum eos versum constituere ostendit. Itaque ut certissime asynarteti sunt tetrametri isti comicorum Latinorum, ita apud Graecos quoque videndum, ne aliquot huiusmodi versus lateant in iis carminibus, quae ex strophis compositae sunt. Sed hoc non est huius loci. Illud vero non dubitem affirmare, plurimos versus, qui ab Hephaestione asynartetis adnumerantur, non esse asynartetos. Veluti pentametrum elegiacum, in quo quae duae partes coniunctae sunt, adeo ab asynartetorum libertate purae servantur, ut neque hiatum commissura admittat, syllabam ancipitem autem rarissime recipiat.

5. Inventor versuum asynartetorum Archilochus fuisse traditur. Vnde credibile est, quae ex hoc exempla asynartetorum proferuntur, iure asynartetos numerari posse. Quamquam non ita fidem habeam grammaticis, ut omnes versus, quos illi ad hoc genus referunt, asynartetos esse credam.

6. Commemorabo haec exempla Hephaestione duce. Is igitur ita p. 48. (83) *πρῶτος δὲ καὶ τούτοις Ἀρχίλοχος κέχρηται. πῇ μὲν γὰρ ἐποίησεν ἔκ τε ἀναπαιστικοῦ ἐφθημιμεροῦς καὶ τροχαϊκοῦ ἡμιολίου, τοῦ καλουμένου ἰθυφαλλικοῦ,*

*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον.*

*τοῦτο δὲ οἱ μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοίως αὐτῷ ἔγραψαν· οὗτος μὲν γὰρ τῇ τε τομῇ δι' ὅλου κέχρηται τῇ τοῦ ἐφθημιμεροῦς, καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ κώλῳ· οἷον,*

*ἀστῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν· οἱ δὲ πολλοί.*

*οἱ δὲ μετ' αὐτὸν τῇ μὲν τομῇ ἀδιαφόρως ἐχρήσαντο, ὥσπερ Κρατῖνος·*

*χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειόγελως ὅμιλε, ταῖς ἐπίβδαις,*
*τῆς ἡμετέρας σοφίας κριτὴς ἄριστε πάντων,*
*εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησιν.*

*ἐνταῦθα γὰρ ὁμοίως τὸ τρίτον τέτμηται τοῖς Ἀρχιλοχείοις, τὰ δὲ πρὸ αὐτοῦ δύο, πρὸ συλλαβῆς. καὶ μέντοι καὶ τοὺς σπονδείους παρητήσαντο τοὺς ἐν τῷ μέσῳ οἱ μετὰ τὸν Ἀρχίλοχον, οὐχ ὡς ἀναπαιστικὸν ἡγούμενοι, ἀλλὰ προσοδιακόν, τὸ ἐξ Ἰωνικῆς καὶ χοριαμβικῆς, τῆς Ἰωνικῆς καὶ βραχεῖαν τὴν πρώτην δεχομένης. δύναται δὲ καὶ εἰς τρίτον ἀνάπαιστον* (non opus, ut ex Hotchkisii coniectura *εἰς γ' ἀναπαίστους* scribatur) *διαιρεῖσθαι, εἰ ἀπὸ σπονδείων ἄρχοιτο, οἷον τὸ Σαπφοῦς,*

*αὐτὰ δὲ σύ, Καλλιόπα.*

*τοῦ προσοδιακοῦ ὄν* (sic scribendum puto pro ἓν) *καὶ τοῦτο εἶδος, τὸ ἐξ Ἰωνικοῦ καὶ χοριαμβικοῦ συγκείμενον. τὸ τοίνυν ἀναπαιστικὸν εἴ τις οὕτω διαιροῖτο, εὑρήσει τῷ προσο-*

διακῷ ἐφαρμόζον. ἐὰν μὲν γὰρ σπονδεῖον ἔχῃ τὸν πρῶτον, τοὺς δὲ ἑξῆς ἀναπαίστους, τὰς τοῦ δευτέρου ἀναπαίστου δύο βραχείας προσιθεὶς τῷ σπονδείῳ, ποιήσει Ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος, οἷς ἑξῆς χοριάμβος. δύναται δὲ κἂν ἀπὸ ἀναπαίστου, κἂν ἀπὸ δακτύλου ἄρχηται τὸ ἀναπαιστικόν, ὡς Ἰωνικὸν λελυμένον παραλαμβάνεσθαι, τοῦ ἑξῆς χοριάμβου γενομένου· διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ ἰάμβου ἄρχονται ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ, ὥσπερ Ἀρχίλοχος ἐν τῷ,

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε,

ὡς δυναμένου καὶ τοῦ παίωνος δευτέρου ἀντὶ Ἰωνικοῦ τοῦ ἀπὸ μείζονος παραλαμβάνεσθαι, ἵνα μὴ ἀπεοικὸς τῷ προσοδιακῷ γένηται τὸ ἀναπαιστικόν. παραιτοῦνται τοίνυν τοὺς ἐν μέσῳ σπονδείους, ἵνα μὴ ἀλλότριον γένηται τὸ ἀναπαιστικὸν τοῦ προσοδιακοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἐξ Ἰωνικοῦ καὶ χοριαμβικοῦ· δύναται δέ τις βιαζόμενος καὶ ἑξῆς ὄντων δύο σπονδείων, ὡς παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ,

ἀστῶν δ᾽ οἱ μὲν κατόπισθεν,

τὸν πρῶτον σπονδεῖον καὶ τὴν πρώτην (deest in libris πρώτην) τοῦ δευτέρου συλλαβὴν Μολοσσὸν ποιήσας, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἀντὶ Ἰωνικοῦ τοῦ ἀπὸ μείζονος, τὸν ἑξῆς χοριάμβον ποιῆσαι· εἰ μὴ ἄρα ἐν τῷ προσοδιακῷ ἡ συναίρεσις τοῦ Ἰωνικοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν ὁ Μολοσσός, μὴ ἐμπίπτοι. ὑπονοήσειε δ᾽ ἄν τις καὶ τρίτην διαφορὰν εἶναι τῷ Ἀρχιλόχῳ πρὸς τοὺς μετ᾽ αὐτόν, καθ᾽ ἣν ἀναπαίστῳ δοκεῖ τῷ πρώτῳ χρῆσθαι,

ἐρέω, πολὺ φίλταθ᾽ ἑταίρων, τέρψεαι δ᾽ ἀκούων.

φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα, μηδὲ διαλέγεσθαι.

ᾧ οὐκ ἐχρήσαντο ἐκεῖνοι· φαίνεται δ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸς κεχρημένος· δύναται γὰρ ἀμφότερα κατὰ συνεκφώνησιν εἰς ἴαμβον περιΐστασθαι· ἡ δὲ τοῦ ἀναπαίστου φαντασία γέγονε διὰ τὴν Ἰωνικὴν ἐν ἑκατέρῳ διαίρεσιν· ὥστε τὰς προειρημένας δύο μόνας διαφορὰς εἶναι τοῖς νεωτέροις πρὸς τὸν ἰαμβοποιὸν Ἀρχίλοχον. Κρατῖνος δὲ ὅταν λέγῃ ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις,

Ἐρασμονίδη Βάθιππε, τῶν ἀωρολείων,

*τοῦτο τὸ μέτρον ἀγνοεῖ ὅτι οὐκ ἀντικρὺς μιμεῖται τοῦ Ἀρχιλόχου τὸν Ἐρασμονίδη.*

7. Attuli haec eo fine, ut intelligeretur, quot quamque inanes quaestiones grammatici in rebus apertissimis movere soleant. Numeri huius versus sunt dactylici cum anacrusi iambica, et trochaici:



Atque in primo dactylo Archilochus etiam spondeum ferendum iudicavit: unde, ubi primum spondeorum mentionem facit Hephaestio, in ed. Turn. scriptum est, *καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ κώλῳ δύο.* Nec sane crediderim, pro secundo quoque dactylo spondeum admissum esse, quod eo in loco hic pes numerum nimis gravat, et insuaviter tardum reddit. Anacrusis quum sit iambica, i. e. monosyllaba, anceps est. Non videtur autem Archilochus disyllabam anacrusin posuisse: quod et ex iis, quae hic disputat Hephaestio, et magis ex illis intelligitur, quae idem p. 27. (47) de anapaestis disserens scribit: ubi quum hunc versiculum,

*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε,*

anapaesticum esse dixisset, addit: *ἐχρήσατο δὲ τῷ πρώτῳ ποδὶ καὶ ἰάμβῳ, ὡς καὶ ἐκ τοῦ παραδείγματός ἐστι δῆλον, καὶ σπονδείῳ,*

*Δήμητρί τε χεῖρας ἀνέξων.*

*ἀναπαίστῳ δὲ τῷ πρώτῳ ποδὶ ἐπὶ δύο μόνον στίχων κεχρῆσθαι δοκεῖ,*

*ἐρέω πολὺ φίλταθ' ἑταίρων,*

*καὶ πάλιν,*

*φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα·*

*ταῦτα δὲ ἀμφότερα κατὰ συνεκφώνησιν ἴαμβον ἔχει τὸν πρῶτον πόδα.*

8. Prosodiacum vocant grammatici numerum, qui ex Ionico a maiore, sive paeone secundo, Molossove, et choriambo constat. Scholiastes Aristophanis ad Nub. 652. *ὁ δὲ ἐνόπλιος, ὃ καὶ προσοδιακὸς καλούμενος ὑπὸ τινῶν, σύγκειται ἐκ σπονδείου καὶ πυρριχίου καὶ ἰάμβου. συνεμπίπτει δὲ οὗτος ἤτοι τριποδίᾳ ἀναπαιστικῇ, ἢ βάσεσι δυσὶν, Ἰωνικῇ καὶ χοριαμβικῇ.* Respicit ad hunc locum etiam ad Aves v. 738. ubi versum, qui syllaba longior est, prosodiacum vocat: legebat enim ibi,

*νάπαις, κορυφαῖς τ' ἐν ὀρείαις.*

Etiam Hephaestionis scholiastes p. 52. seq. (85. seq.) his similia habet: ex quibus haec tantum afferam: *ἔοθ' ὅτε γὰρ καὶ τὰς ἰαμβικὰς ἐπιμιγνύουσι ταῖς κατειλεγμέναις συζυγίαις, τῇ τε Ἰωνικῇ, καὶ τῇ χοριαμβικῇ, πάλιν προσοδιακὸν καλοῦντες, ὥσπερ Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν·*

*ὦ δέσποτα, καὶ τάδε νῦν ἄκουσον, ἃν λέγω σοι·*
*ἐφθημιμερὲς γὰρ ἰαμβικὸν τῷ προσοδιακῷ τῷ καθαρῷ ἐπιμέμικται, καὶ προσοδιακὸν ὁμοίως καλεῖται. ἰστέον δέ, ὅτι τὸ προσοδιακὸν δέχεται Ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος, παίωνα δεύτερον, ἢ Μολοττόν, καὶ χορίαμβον· ὅπερ ἀποβολῇ τοῦ πρώτου ποδὸς ποιεῖ ἀναπαιστικὸν τὸ ἑξῆς.* Ita scribendum. Vsi sunt hoc metro Aristophanes in fine Vesparum inde a v. 1528. et Eccles. 580. Euripides apud Athen. IV. p. 158. F. dubitatque Gaisfordius, an duobus versiculis in unum coniunctis hoc metrum restituendum sit in Medea 990. 996. Idem eodem loco p. 341. haec quoque exempla, a Porsono sibi indicata, commemorat: Eubuli apud Athenaeum III. p. 105. F. Diphili ibidem XI. p. 499. C. Phrynichi ibidem XIII. p. 564. F. et 604. A. Duos alios Cratini apud eumdem scriptorem locos, quos idem citavit, emendatos adscribam. XII. p. 553. E.

*θἀπαλὸν δὲ*
*σισύμβριον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον παρ' οὗς ἐθάκει·*
*παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζεν.*

Et VIII. p. 344. F. ubi hic versus cum alio alternat,

*Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν*
*ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δείπνου φίλων ἀπείργειν.*
*νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει.*
*βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο.*

9. Addam his pauca. Caesuram Hephaestio dicit ab Archilocho constanter factam esse ita, ut posterior pars esset versus ithyphallicus:



Sed recentiores poëtas promiscue nunc in hac syllaba, nunc in ea, quae praecedit, incidisse. Vnde quis coniiciat, fuisse, qui hunc versum sic distinguendum putarent:

*χαῖρ', ὦ μέγα χρειογέλως ὅμιλε, ταῖς ἐπίβδαις:*

quem versum ita scriptum dedit Ruhnkenius ad Timaei lex. Plat. p. 120. Ed. Turnebi *ὁμιλετὴς*. Ed. princeps *ὃ μϊταῖς*. Cod. C. *ὁμιλετεῖν*. Cod. Monac. *ὂμ ταῖς*, cum lacuna. Sed quum illi, quos Hephaestio *τοὺς μετὰ τὸν Ἀρχίλοχον* vocat, comici esse videantur, non dubito eos eamdem, quae Archilicho placuerat, divisionem probasse, sed, ut in Priapeo, in Eupolideo, in Cratineo versu, ita in hoc quoque negligentius observasse caesuram.

10. Aliud plane, sed simile metri genus est, quod Cratinus in Archilochis posuit, logaoedicum ordinem pro dactylico usurpans:



*Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων.*

11. Secundum genus asynartetorum ex Archilocho his verbis affert Hephaestio p. 50. (88) *ἄλλο δὲ τὸ ἐκ δακτυλικῆς τετραποδίας καὶ τοῦ αὐτοῦ ἰθυφαλλικοῦ, οἷόν ἐστι τὸ τοιοῦτον,*

*οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη.*

*γίνεται δὲ ὁ τελευταῖος τῆς τετραποδίας, διὰ τὴν ἐπὶ τέλους ἀδιάφορον, καὶ Κρητικός, οἷόν ἐστιν οὗτος·*

*καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους, οἷος ἦν ἐφ' ἵππης.*

*τοῦτο παρὰ τοῖς νεωτέροις πολὺ τὸ μέτρον ἐστιν, ὥσπερ καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ,* (fr. 191.)

*τόν με παλαιστρίταν ὁμόσας θεὸν ἑπτάκις φιλήσειν.*

*παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Σεριφίοις οὐκέτι ἀκατάληκτόν ἐστι τὸ δακτυλικὸν τὸ ἡγούμενον τοῦ ἰθυφαλλικοῦ, ἀλλὰ καταληκτικὸν εἰς δισύλλαβον·*

*χαίρετε πάντες θεοί, πολύβωτον ποντίαν Σέριφον.*

Cod. C. *πάντα θεοὶ οἱ πολύβρωτον.* Ac nescio an *πάντα* vera lectio sit.

12. Exempla huius metri, quale apud Archilochum est, dabunt Callimachus epigr. XLI. XLII. L. quod viri docti Simonidi tribuunt: unde in huius epigrammatis positum est a Brunckio in Anal. T. I. 141. LXXVI. cod. Vat. p. 613. Invenitur idem metrum etiam in Simonidis epigr. XCI. et Theocriti epigr. XVIII. et XIX. atque apud Horatium Carm. I. 4. Et hic quidem in isto carmine neque syllabam ancipitem, neque Creticum admisit, ut dubium sit, an hunc versum noluerit asynartetum esse, quamvis praeeunte Archilocho. Spondei in priore parte ubique recipiuntur, excepto quarto pede. Hunc enim purum servari oportuit, quo ne metrum videretur catalecticum esse, quemadmodum illud, quo Cratinus in Seriphiis usus est: quod non dubitandum videtur, quin etiam trochaeum in quarto pede admiserit. Caesuram, sed in vocabulo composito, neglexit Simonides in epigrammate, cuius mentionem feci:

*τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος.*

13. Pergit Hephaestio p. 51. (89) *τρίτον δέ ἐστι παρ' Ἀρχιλόχῳ ἀσυνάρτητον, ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου·*

*ἀλλά μ' ὁ λυσιμελὴς, ὦ ταῖρε, δάμναται πόθος.*

Vsus hoc versu est Horatius epod. XI. et ita, ut syllaba anceps et hiatus non dubitare sinant, quin asynartetum esse voluerit: ut v. 5. 10. 14. 26.

*Inachia furere, silvis honorem decutit.*
*arguit et latere petitus imo spiritus.*
*fervidiore mero arcana promorat loco.*
*libera consilia, nec contumeliae graves.*

14. Omisit Hephaestio aliud genus asynarteti ex iisdem versiculis, sed inverso ordine compositum, quo Horatius usus est epod. XIII. Nam hunc quoque versum ad Archilochi exemplum formatum esse, contra Atilium Fortunatianum contendit Bentleius ad epod. XI. non modo Diomedis et scholiastae Blandinii auctoritate fretus, qui Archilocheum hoc metrum nominant, sed ipsum etiam Horatium testem advocans, qui modos Graecorum non esse ab se mutatos dixerit. Est autem hic quoque versus vere asynartetus, ut haec exempla docent, v. 8. 10. 14.

*reducet in sedem vice. nunc et Achaemenia.*
*levare diris pectora sollicitudinibus.*
*findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois.*

15. Revertamur ad Hephaestionem. Pergit ille p. 51. (90) *ἔνδοξόν ἐστιν ἐπισύνθετον καὶ τὸ διπενθημιμερές, τὸ ἐγκωμιολογικὸν καλούμενον, ὅπερ ἐστὶν ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς, καὶ ἰαμβικοῦ τοῦ ἴσου, ᾧ κέχρηται μὲν καὶ Ἀλκαῖος ἐν ᾄσματι, οὗ ἡ ἀρχή,*

*ἦ ῥ' ἔτι Δινομένει τῷ Τυρράκηῳ*
*τἄρμενα λαμπρὰ κέαται ἐν μυρσινήῳ.*

*κέχρηται δὲ καὶ Ἀνακρέων ἐν πλείοσιν ᾄσμασιν,* (fr. 120.)

ὀρσόλοπος μὲν Ἄρης φιλέει μεναίχμαν.

Ἐπισύνθετον quid sit, scholiastes docet his verbis: ἐπισύνθετον δέ, τὸ ἐκ διαφόρων ποδῶν συγκείμενον, ἀσυμφώνων ἀλλήλοις κατὰ τὴν ποσότητα, δισυλλάβων καὶ τρισυλλάβων. De Alcaei fragmento longas criticorum disputationes, quibus nihil tamen effectum est, congestas exhibuit Gaisfordius p. 342. seqq. Illud unum extra dubitationem est, Dinomenem quemdam ab Alcaeo commemoratum esse, cuius mentio etiam in alio fragmento facta est apud Athenaeum XI. p. 460. D. his verbis: ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης Δινομένη παρίσδων. Blomfieldius in Mus. Cantabr. vol. I. P. IV. p. 438. πώνης in πένης mutavit, metrum, quod ex choriambis et diiambis sit, ita postulare ratus. At de metro res valde incerta est. Itaque multo etiam incertior de emendatione, praesertim quum sensus, quem illud πένης praebet, satis mirus esse videatur. Sed mittam hoc fragmentum, in quo certius quid, quam qualia plura alicui in mentem venire possint, desideramus, et potius ad alterum redeo. Libri veteres, διννομένη τῷ τυρράκκω et ἐν μυρσίνῳ. Cod. Dorvill. μυρσίννω. In cod. Monac. δινομένη τω cum spatio vacuo, lacunae signo, et λαμπρὰ κέκτ' ἐν μυρσίνῳ, omissis reliquis, legi adnotatur. Consentiens apud Hephaestionem et Athenaeum scriptura Διννομένη adducit me, ut, etsi vehementer improbo eos, qui nescio quid magnum se egisse putant, si cuique scriptori dialectum, qua eum ipsi grammaticorum observationibus moti usum censent, temere et re parum explorata obtrudunt, tamen more gentis suae Δεννομένη scripsisse existimem. Vltimam vocem in hoc versu Τυρράκηῳ fuisse, non est eiusmodi, ut credi nequeat. Neglecta a creticis est Tyraca sive Tyrrhaca, quam Vibius Sequester paludem Syracusis esse refert. Quamquam nolim hoc testimonio alium in finem uti, quam ut nomen hoc non inusitatum fuisse indicem. Nam quis sciat hodie, quis pagus, aut quod oppidulum

fuerit, unde ortus erat ille Dinomenes? Gravius laborat alter versus, in quo κέατ' aperte metro repugnat. Nam ut vere asynartetum sit hoc metrum, de qua re tamen valde dubitari potest, tamen in media voce non potuit syllaba produci, quae in fine tantum vocabuli anceps habetur. Itaque suspicor hoc quoque in versu nomen proprium latere, ut sic fortasse scripserit Alcaeus,

ἦ ῥ' ἔτι Δεννομένη τῷ Τυῤῥακήῳ
τἄρμενα, Λαμπρακίᾳ τ' ἐν μυρσινῶνι;

Non est mihi quidem exemplum nominis Λαμπρακέας in promptu: sed nihil illud puto offensionis habere, ut et recte formatum ab ἄκος, ἀκεῖσθαι, et terminationem habens Doriensibus et Aeolensibus valde usitatam.

16. Sequuntur apud Hephaestionem p. 51. (91) metrum iambelegum, Platonicum, Pindaricum, elegiacum: quae non sunt asynarteta. Ac de elegiaco quidem versu supra lib. II. c. 28. explicatum est: caetera infra suo loco commemorabuntur.

17. Pergit ille p. 55. (93) ἄλλο ἀσυνάρτητον ὁμοίως κατὰ τὴν πρώτην ἀντιπάθειαν ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς, τοῦ καλουμένου Εὐριπιδείου· οἷον τὸ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις·

Δήμητρος ἁγνῆς καὶ Κόρης τὴν πανήγυριν σέβων.

18. Et deinceps: ἄλλο τούτου ἔλαττον κατὰ τὴν τελευταίαν συλλαβήν, τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον· οἷον παρὰ μὲν αὐτῷ Εὐριπίδῃ, (fr. inc. 198.)

ἑῷος ἡνίχ' ἱππότας ἐξέλαμψεν ἀστήρ.

παρὰ δὲ τῷ Καλλιμάχῳ, (fr. 116.)

ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ· τῆς λύρης ἀκούω·
καὶ τῶν Ἐρώτων ἡσθόμην· ἔστι καὶ Ἀφροδίτα.

Atilius Fortunatianus p. 2680. *apud Euripidem et Callimachum inveni tale genus,*

*turdis edacibus dolos comparas, amice.*

Vsurpavit hoc metrum Aristophanes in Vespis, caesura interdum neglecta, v. 248—272.

19. Pergit Hephaestio: *ἄλλο ἀσυνάρτητον ὁμοίως κατὰ τὴν πρώτην ἀντιπάθειαν, ἐκ τροχαϊκοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ ἰαμβικοῦ ἐφθημιμεροῦς, ὅπερ, ἐὰν παραλλάξῃ τὴν τομήν, γίνεται τροχαϊκὸν προκαταληκτικόν.*

*ἔστι μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν*
*ἐμφερῆ ἔχουσα μορφάν, Κλεΐς ἀγαπατά,*
*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν.*

*τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς τομῆς, ὅτι οὕτως σύγκειται, ὡς προείρηται, ἐκ τοῦ τροχαϊκοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου, καὶ τοῦ ἐφθημιμεροῦς ἰαμβικοῦ· τὸ δὲ πρῶτον, διὰ τὸ πρὸ συλλαβῆς ἔχειν τὴν τομήν, ἐγένετο προκαταληκτικὸν ἐκ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς,*

*ἔστι μοι καλὰ πάϊς,*

*καὶ διμέτρου ἀκαταλήκτου, τοῦ,*

*χρυσέοισιν ἀνθέμοισι.*

*τὸ δὲ τρίτον ἐξ ὑπερκαταλήκτου,*

*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν,*

*καὶ βραχυκαταλήκτου,*

*πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν.*

Ita Hephaestionis verba ex ed. Flor. dederunt Hotchkisius et Gaisfordius. Turnebus, quem Pauwius sequutus est, ediderat: *τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον, δηλαδὴ τὸ ἐφθημιμερῆ ἔχον μορφὴν, Κλεΐς ἀγαπητὰ δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς τομῆς ὅτι οὐ σύγκειται*, et reliqua. Cod. Dorvillii: *τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον, δηλαδὴ τὸ ἐφθημιμερὲς, τὸ ἐμφερῆ ἔχουσα μορφήν.* Apparet hanc interpretis adnotationem esse, in qua librarius quum per errorem scripsisset *ἐφθημιμερές*, adiecit statim veram lectionem *ἐμφερῆ*, sed aut delere oblitus est alterum vocabulum, aut puncta supposita ab iis, qui haec descripsere, neglecta sunt. Multo magis corrupta sunt, quae scholiastes adiecit. Ea sic

videntur corrigenda esse: *γίνεται τροχαϊκὸν προκαταληκτικόν. ὅλον τροχαϊκὸν λοιπὸν ἔσται, εἰ παραλλάξεις τοῦ δέοντος τόπου τὴν τομήν. προκαταληκτικὸν δέ, διὰ τὸ μὴ κατὰ τὸν δέοντα τῆς καταλήξεως τόπον συμβαίνειν τὴν τομήν, ὡς ἑξῆς ὑπόκειται. χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν. ἐὰν εἰς τὸ χρυ γένηται ἡ τομή, εὑρίσκονται τέσσαρες τροχαῖοι καὶ τρεῖς ἴαμβοι καὶ συλλαβή, καὶ ἡ τομὴ οὐ λήγει εἰς λέξιν· ἐὰν δὲ ἡ τομὴ γένηται πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τῆς δευούσης εἰς τὸ πάϊς, καὶ εἰς λέξιν λήγει, καὶ εὑρίσκεται τὸ ὅλον τροχαϊκόν. τὰ δὲ δύο τὰ ἐφεξῆς, ἐκ τροχαίων καὶ ἰάμβων· τὸ μὲν μετὰ τοῦτο, τὸ ἐμφερῆ ἔχουσα μορφήν, διὰ τὸ περιττοσύλλαβον, . . . . . ἔδει γὰρ μεθ' ἑτέρων συλλαβῶν τετμῆσθαι.* Valde dolendum est, non modo quod Hephaestio non plures, quam hos tres versus attulit, sed etiam, quod ne is quidem horum versuum, ex quo certius, quam ex duobus reliquis, de huius metri ratione constare posset, integer servatus est. Blomfieldius in Museo Cantabr. vol. I. P. I. p. 23. quum ita hunc versum corrigeret,

*ἐμφερῆ μορφὰν ἔχοισα, Κλεῖς μὲν ἀγαπατά,*

non cogitavit, mutatione ordinis verborum, qua hiatus tolleretur, in tragico, non in poëtria Aeolensi opus esse; *μὲν* autem hoc loco ferri plane non posse. Sed utcumque hic versus legendus sit, illud non potest dubium esse, ex his eum pedibus constitisse,



Quum vero ipse Hephaestio, ut apparet, incertus animi fuerit, quaenam ex tribus, quas attulit divisionibus vera habenda esset, quid nos ea de re statuemus? Hoc quidem quisque videt, errare, qui plures, quam unam putet harum divisionum admitti posse. Alia enim aliam tollit. Nam si haec vera est,



necessario octava versus syllaba longa, nona autem brevis erit. Atqui contrarium est in tertia divisione,



cum neutra autem secunda consentit, ut in qua et octava et nona syllaba ancipites sint:



Sed haec tamen, si ulla ex his divisionibus, sola vera habenda erit, quum certe reliquas non excludat, quod et prima et tertia faciunt. At quis tamen sibi persuadeat, elegantissimam poëtriam verba tam misere inter thesin et anacrusin distorsisse, ut factum videmus in his,

*ἔστι μοι καλὰ πάϊς χρυ - σέοισιν ἀνθέμοισιν,*

*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδε Λυδί - αν πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν,*

quamquam prior horum, ut infra ostendam, excusari potest. Credant hoc ii, qui digitis quam auribus versus metiri malunt. Mihi vel ipse Hephaestio, quam prave incederent hi versus, sensisse videtur: aliter non erat de caesura in alios locos transferenda moniturus. Tanto magis vereor, ne, si ille in metro ipso non erravit, neglectae contractiones vel depravata scriptura eum deceperint. Videamus varietatem lectionis, quam indicare neglexit Gaisfordius. Ed. Flor. in primo versu *ἀνθέσμοισιν*, et sic etiam infra, ubi Hephaestio partes horum versuum repetit. In edd. Turn. et Pauwii primus versus bis deinceps scriptus est, sed cum diversa distinctinctione pedum. Semel eum scriptum habent ed. Flor. et cod. Monacensis. In secundo edd. Turn. Pauw. *ἔχουσα μορφὴν κλεΐς ἀγαπητά.* Ed. Flor. et cod. Mon. *ἔχουσα μορφὰν κλεΐς ἀγαπατά*, nisi quod codex ille *κλές*. Totus versus in additamento quoque illo, quod in edd. Turn. Pauw. et cod. Dorv. legi supra diximus, ita scriptus est, ut vulgo, primaque eius verba, *ἐμφερῆ ἔχουσα μορφάν*, etiam scholiastes affert: quo minus probari poterit Tyr-

whitti coniectura, *ἐμφερῆ μάλιστ' ἔχουσα μορφάν*, quae etiam ad sensum frigidissima est. In tertio versu edd. Turn. et Pauw. *ἀντὶ τᾶς δ'* (infra *τὰς δ'*) *ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν*. Sed ed. Flor. et Cod. Monac. hic et infra *ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐ*, nisi quod Monac. hic *λιδίαν* et deinde *ἀραννάν* habet, infra autem Flor. *λυδίας*. Et *οὐδὲ* quidem sine dubio vera lectio est. Secundus versus facillima et non ineleganti, ut puto, correctione ita restitui poterit:

*ἐμφερῆ ἔχυισα μορφάν, Κλεΐς, Κλεΐς ἀγαπατά,*

Ad metrum quod attinet, si ex his versibus solis coniectura capienda esset, facile quis induci posset, ut priorem partem trochaicum dimetrum acatalectum, posteriorem versum ithyphallicum fuisse crederet, contractione facta in *χρυσέοισιν* et *Λυδίαν*. Sed quum non dubitandum videatur, quin ex reliquis huius carminis versibus satis constiterit Hephaestioni de illa, quam explicat, metri forma, illud pro explorato habendum erit, metrum tale fuisse:

— ∪ — ∪ — ∪ — ⏑ | ⏑ — ∪ — ∪ — ∪

non semper autem observatam esse caesuram. Huius neglectio in primo versu facilius ferri potest, in quo thesis in fine primae partis longa est, neque ea pars vocabuli, quae in altera versus parte est, ictu caret: tertius autem versus, cuius prior pars brevi thesi finitur, remanens autem vocabuli particula anacrusis tantum est, maiorem habet offensionem, quam ut eum ita a poëtria scriptum esse credi possit. Quare eum illa, quam dixi, contractione facta, sic scribendum existimem:

*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν ἅπασαν, οὐδ' ἐραννάν.*

Verisimile est enim, grammaticos, quum de contractione facienda non cogitarent, *ἅπασαν*, ut vitiosum, corrigendum putasse. Sed non dissimulabo, aliam mihi subnatam esse suspicionem, qua omnia melius expediri possint. Quid enim, si Hephaestio propter prosodiae ambiguitatem

non animadverterit, alternare in hoc carmine duo similia metra, quorum unum in posteriore parte iambos, alterum versum ithyphallicum haberet? Ita numeri, modo contractiones istae admittantur, erunt elegantissimi:

*ἔστι μοι καλὰ παῖς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν*
*ἐμφερὴ ἔχοισα μορφάν, Κλεῖς, Κλεῖς ἀγαπατά,*
*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν.*

Caeterum hoc Sapphus fragmento usus est Plotius p. 2663. ita scribens: *compositum Susarionium fit quattuor pedibus trochaicis praepositis, et subiuncto penthemimeri dactylico,*

*χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν Θέμιν οὐρανίαν.*

Alteram partem sumpsit illo ex versu, quem Hephaestio p. 51. (91) affert,

*πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν.*

20. Pergit Hephaestio p. 56. (96) *Ἀνακρέων δὲ οὐκ ἰαμβικῷ, ἀλλὰ χοριαμβικῷ ἐπιμίκτῳ πρὸς τὰς ἰαμβικὰς ἐπήγαγε τὸ ἰθυφαλλικόν,* (fr. 157.)

*τὸν λυρόποιον ἠρόμην Στράττιν, εἰ κομήσει.*

21. Deinde, postquam de Cratineo exposuit, de quo supra in polyschematistis disputavimus, p. 57. (101) ita pergit: *καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀντισπαστικῶν δὲ καταληκτικῶν διμέτρων δικατάληκτον, ὃ Φερεκράτης ἑνώσας, σύμπτυκτον ἀνάπαιστον καλεῖ, ἐν τῇ Κορίαννοῖ,*

*ἄνδρες πρόσσχετε τὸν νοῦν*
*ἐξευρήματι καινῷ,*
*συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.*

Apparet ex his, fuisse, qui binos Pherecrateos uno versu comprehenderent. Vereor autem ne non recte interpretatus sit Pherecratem Hephaestio, si vera sunt, quod valde probabile est, quae scholiastes metricus Pindari ad Ol. IV. stroph. 7. scribit: *οἱ γὰρ σπονδεῖοι σύμπτυκτοι ἀνάπαιστοι λέγονται, ὡς καὶ τὰ εἰς σωτῆρα Χριστὸν τὸν ὠ-*

*ραιοπυλιώτην ἐπὶ τοῦ μαρμάρου ἄνω τῶν ἔξωθεν πυλῶν, ὅπου ἐζωγράφηται Ἰουστινιανὸς καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος.* Videtur enim Pherecrates non de hisce versibus, qui ab ipso nomen habent, sed de anapaestis spondiacis loqui, quos, ut puto, statim prolaturus erat.

22. Sequuntur haec apud Hephaestionem: *καὶ τὸ ἐκ τῶν ἰαμβικῶν ἐφθημιμερῶν δικατάληκτον. Καλλίμαχος,* (epigr. 41.)

*Δήμητρι τῇ πυλαίῃ, τῇ τοῦτον δὺκ Πελασγῶν,*
*ὅπερ προέταξεν ἐπισυνθέτου, τοῦ ἐκ δακτυλικῆς τετραποδίας καὶ ἰθυφαλλικοῦ, τοῦδε,*
*Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης.*

23. Et deinde: *καὶ τὸ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο ἡ Σαπφὼ πεποίηκε,*

*δεῦρο, δεῦτε Μοῖσαι, χρύσεον λιποῖσαι.*

24. Denique: *καὶ τὸ ἐκ χοριαμβικῶν ἐφθημιμερῶν, τῶν εἰς τὴν ἰαμβικὴν κατακλεῖδα, ἡ αὐτὴ ποιήτρια,*

*ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,*
*ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἄραο,*

*καὶ ὁ ποὺς συνῆψε τὴν λέξιν,*

*μελίχρος δ' ἐπ' ἰμερτῷ κέχυται προσώπῳ.*

In postremo versu Flor. *μελίχρος δ' ἐπιμερτῷ.* C. *μελίχρονος.* N. *μελίχρως* et *κέχρηται.* Cod. Monac. *κέχρυται*, sed littera ρ punctis deleri iussa. Vulgo *μελίχροος δ' ἐφ' ἱμερτῷ.* Non est verisimile, vocem monosyllabam in principio huius versus positam a poëtria, ab Hephaestione autem omissam esse. Quare videndum ne scribendum sit Aeolica forma *μελλίχιος.* In superiorum versuum primo cod. C. *ὡς ἀρᾶϊ;* cod. Monac. *ὡς ἄρας;* in secundo, cod. C. *ἂν ἀρᾶθ;* ed. Flor. B. et cod. Monac. *ἀνάρας.* Tacent critici atque interpretes, nec docent, quid hoc formae sit, *ἄραο*, hac praesertim mensura. Suspicetur quis forsitan, *ἄρας*, quod libri nonnulli habent, ad *ἀράσω* du-

cere, quum ω supra scriptum facile omitti potuerit. Sed quum cod. C. qui saepius bonas lectiones servavit, *ἀρᾶϊ* in primo versu praebeat, nescio an id utroque in versu reponendum sit. Mirum certe foret, ni Aeolenses, qui in activo verbo *βοᾱ́ϊς, βοᾶϊ* dicebant, de qua re v. Gregor. Cor. et eius interpretes p. 590. idem etiam in secunda persona passivi fecissent. Blomfieldium, qui in Museo Cantabrigiensi denuo edidit Sapphus fragmenta, mallem in his, quae impedita sunt, quam in dialecto, re nimium lubrica, et periculi, quam meriti pleniore, operam suam posuisse, saltem, ut ne varietatem lectionis, maximum et in fragmentis saepe unicum praesidium, omitteret.

25. Vt multi horum versuum, quos hactenus ex Hephaestione attulimus, non sunt asynarteti, ita ne hi quidem, quos his addimus, in hunc numerum referendi sunt. Et primum quidem, quem Gaisfordius ex epigrammate Simonidis in Brunk. Anal. T. I. p. 141. commemoravit, ex iambico monometro hypercatalecto, et ordine logaoedico, quem ille alii asynarteto, qui ab Archilocho inventus est, subiecit:

*πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι*
*ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις.*

Corruptus est ultimus versus, qui in cod. Vat. p. 613. sic scriptus est,

*θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν.*

Bentleius in epigr. Callim. LI. (huic enim hoc epigramma tribuebatur) *θεᾶν* ante *ἰοστεφάνων* collocavit, simili numerorum sono deceptus. Nisi fallor *Μοισᾶν* aut plane delendum, aut in initium versus reiiciendum, quod interiit:

. . . . . *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι.*

Caesura diligenter servata est, etsi neglectio eius non magnam offensionem habitura erat.

26. Deinde Aristophanis versus his compositionibus adnumerandus est, qui est ex dimetro trochaico acatalecto et dimetro paeonico catalectico, in Lysistrata v. 1014-1038.

οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον,
οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὦδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πόρδαλις.

Qui sequuntur duo versus, male ab librariis et criticis in trochaicos tetrametros transformati sunt. Habent illi idem metrum, quod praecedentes et sequentes. Scribendum:

ταῦτα μέντοι σὺ ξυνιεῖσ', εἶτα πολεμεῖς ἐμοί,
ἐξὸν ὦ πονηρέ σοι βέβαιά γ' ἐμ' ἔχειν φίλην;

Caesura saepe neglecta est. Paeon semper purus servatur, nec cedit Cretico.

---

## CAP. IX.

### *De versu Saturnio.*

1. Versibus asynartetis fortasse adnumerandus est is, quem Latini Saturnium vocarunt: de quo genere metri magis propter celebritatem eius, quam quod aliquid difficultatis contineat, accuratius explicabimus. Originem haud dubie duxit ab Etruscis, a quibus priscos Romanos, quidquid artium cultiorisque disciplinae habuerunt, accepisse constat. Itaque et ante, quam Graeci fontes aperti sunt, vates Romanorum isto genere metri canebant, et, cognitis iam Graecis litteris, aliquamdiu adhuc vetus consuetudo tenuit, donec Ennius versum heroicum inferret. Vnde sic ille cecinit:

*scripsere alii rem*
*versibus, quos olim Fauni vatesque canebant,*
*quom neque Musarum scopulos quisquam superarat,*
*nec dicti studiosus erat:*
*nos ausi reserare.*

Horatius autem Epist. II. 1, 156.

*Graecia capta ferum victorem cepit, et artis*
*intulit agresti Latio. sic horridus ille*
*defluxit numerus Saturnius, et grave virus*
*munditiae pepulere: sed in longum tamen*
*aevum*
*manserunt, hodieque manent vestigia ruris.*

2. Metrum illud quum satis rude ab antiquis vatibus et poëtis fusum esset, non est mirum, grammaticos, prosodiae veteris non satis peritos, falsa nonnulla in medium attulisse. Ea notare et corrigere debebat Io. Frider. Christius, poëtices quomdam in Academia nostra professor, qui a. CIↃIↃCCLIV. dissertationem edidit, inscriptam hoc titulo, *Saturnia carmina, metrum, pedis genus*, quam ipso praeside defendit Theoph. Guil. Irmiscus. Sed congessit ille magis, quae a grammaticis dicta videbat, quam ut ipse quidquam lucis attulerit; quin obscuravit potius omnem rem.

3. Diomedes p. 512. ita scribit: *Saturnium in honorem dei Naevius invenit, addita una syllaba ad iambicum versum, sic:*

*summas opes qui regum regias refregit.*

Asconius Pedianus ad Cic. act. I. in Verrem c. 10. *dictum facete et contumeliose in Metellos. Antiquum Naevii est,*

*fato Metelli Romae fiunt consules:*

*cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur,*

*dabunt malum Metelli Naevio poëtae:*

*de qua parodia subtiliter Cicero dixit, te non fato, ut caeteri ex vestra familia.* Servius in Centimetro p. 1825. *Saturnium constat dimetro iambico et ithyphallico, ut est hoc:*

*Isis pererrat orbem crinibus solutis.*

Fragmentum Censorino adscriptum p. 157. *numerus Saturnius*:

*magnum numerum triumphat hostibus devictis. sunt, qui hunc Archilochion vocant. recipit pedem spondeum, iambum, pyrrhichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapaestum.* Vide de hoc loco Bentleium in resp. ad Boyl. p. 123. Terentianus Maurus p. 2439.

*Aptum videtur esse,*
*nunc hoc loco monere,*
*quae sit figura versus,*
*quem credidit vetustas,*
*tamquam Italis repertum,*
*Saturnium vocandum.*
*sed est origo Graeca,*
*illique metron istud*
*certo modo dederunt:*
*nostrique mox poëtae*
*rudem sonum sequuti,*
*ut quaeque res ferebat,*
*sic disparis figurae*
*versus vagos locabant.*
*post rectius probatum est,*
*ut tale colon esset*
*iunctum tribus trochaeis,*
*ut, si vocet Camenas quis novem sorores.*
*et Naevio poëtae sic ferunt Metellos,*
*quum saepe laederentur, esse comminatos:*
*dabunt malum Metelli Naevio poëtae.*
*dabunt malum Metelli, clauda pars dimetri.*

*adest celer phaselus,*
*Memphitides puellae,*
*tinctus colore noctis.*

*post, Naevio poëtae, tres vides trochaeos.*
*nam nil obest trochaeo, longa quod suprema est.*

In ultimo versu *obest* pro *obstat* dedit Christius. Aliae vett. edd. ante quintum a fine versum repetunt verba, *dabunt malum Metelli.* Plotius p. 2650. *Ex hoc metro, trochaico scilicet et iambico, constat metrum Saturnium, quod mixtum ideo nec inter species iambicas posui, nec inter trochaicas. constat autem ex iambico dimetro catalectico Hipponactio amphicolo et tribus trochaeis, i. e. ithyphallico: quo metro usi sunt Euripides et Callimachus et apud nos Naevius* Pro *Euripides* legebatur *Cyrides.* Sequuntur statim haec: *Saturnium compositum vel mixtum ex iambico metro et trochaico, iambico dimetro amphicolo, Hipponactio catalectico, et trochaico dimetro brachycatalecto ithyphallico, hoc est, tribus trochaeis, composuit Naevius hoc modo:*

*ferunt pulcras creterras.*

*Huc usque Hipponactium amphicolum dimetrum catalecticum iambicum est. nam quod sequitur trochaicum dimetrum brachycatalectum ithyphallicum, tale est,*

*aureas lepistas.*

*novissima syllaba indifferens. Totus versus sic,*

*ferunt pulcras creterras, aureas lepistas,*

*et,*

*malum dabunt Metelli Naevio poëtae,*

*et,*

*trahuntque siccas multas machinae carinas,*

Atilius Fortunatianus p. 2679. *De Saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicae regionis: sed falluntur. a Graecis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis: nostri autem antiqui,*

*ut vere dicam, quod apparet, usi sunt eo non observata lege, nec uno genere custodito inter se versus: sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium, quos pro exemplo ponerem. Apud Euripidem et Callimachum inveni tale genus,*

*turdis edacibus dolos comparas, amice;*

*apud Archilochum tale,*

*quem non rationis egentem vicit Archimedes;*

*et tertium genus,*

*consulto producit eum, quo sit impudentior.*

*apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriaeque suae titulum Saturniis versibus prosequebantur, talia repperi exempla: ex Regilli tabula,*

*duello magno dirimendo, regibus subigendis,*

*qui est subsimilis ei, quem paullo ante posui,*

*consulto producit eum, quo sit impudentior.*

*in Acilii Glabrionis tabula,*

*fundit, fugat, prosternit maximas legiones.*

*apud poëtam Naevium hos repperi idoneos:*

*ferunt pulcras creterras, aureas lepistas,*

*et alio loco,*

*novem Iovis concordes filiae sorores.*

*sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est, quem Metelli proposuerunt de Naevio, aliquoties, ab eo versu lacessiti:*

*malum dabunt Metelli Naevio poëtae.*

*hic enim Saturnius constat ex Hipponactei quadrati iambici posteriore commate et phallico metro. Hipponactei quadrati exemplum:*

*quid immerentibus noces? quid invides amicis? nam,*

*malum dabunt Metelli,*

*simile est illi,*

*quid invides amicis:*

*cui detracta syllaba facit phallicon metrum,*

*invides amicis:*

*ex quibus compositus est hic Saturnius, ut sit par huic,*

*quid invides amicis? invides amicis.*

*hoc modo,*

*malum dabunt Metelli Naevio poëtae.*

Male hic bis pro phallico nominabatur Phalaecium. Idem Atilius p. 2698. *Saturnio metro primum in Italia usi: dictum autem a Saturnia urbe vetustissima Italiae. hic versus obscurus quibusdam videtur, quia passim et sine cura eo homines utebantur: maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huiusmodi versibus incidebant, id est sic:*

*summas opes qui regum regias refregit.*

*habet autem prima parte iambicon dimetron catalecticon, in secunda trochaicon brachycatalecton, quod ithyphallicum diximus, ut*

*dabunt malum Metelli Naevio poëtae.*

4. Facile ex his intelligitur, metri Saturnii hanc esse formam:

$$\overset{\backsim}{\text{—}}\text{◡}\text{—}\text{◡}\text{—}\text{◡} \mid \overset{\backsim}{\text{—}}\text{◡}\text{—}\text{◡}\text{—}\text{◡}$$

Nam si grammatici etiam has formas sibi invenisse visi sunt,

*turdis edacibus dolos comparas, amice;*

*consulto producit eum, quo sit impudentior:*

quorum versuum posterior Eupolideus est, non est obscurum, quod prosodiae veteris ignari essent, finxisse eos exempla quaedam, quae formis, quas reperisse se putarent, similes essent. Nihil huiusmodi in versibus Saturniis veterum poëtarum inventum esse, certissimum arbitror. Talia vero, ut illud,

*quem non rationis egentem vicit Archimedes,* non repugnant legibus carminis Saturnii, ut in quo, quemadmodum in iambicis et trochaicis versibus, dactylus pro trochaeo poni consueverit. Puto tamen eum pedem ab ultima sede exclusum fuisse. Spondeos ubique admittebat rudis antiquitas.

5. Antiquissimum, de quo accepimus, carmen versibus Saturniis scriptum, Saliare fuit, quod axamenta dictum esse, Festus tradidit. Fragmenta huius carminis collegit Tobias Gutberlethus in libro, quem scripsit de Saliis. In his fragmentis tria sunt longiora, ex quibus de numero coniectura fieri potest, sed unum dumtaxat ex his satis planum, apud Varronem de L. L. VI. p. 70.

*divom exta cante, divom dio supplice cante.*

*Dio* scripsi pro *deo.* *Cante* pro *canite* dictum docet Varro. Reliqua duo gravius corrupta sunt, quam ut sine melioribus libris restitui possint. Neque enim recte satis, opinor, omnes conatus retundat aliquis illo Horatii, Epist. II. 1, 85.

*iam Saliare Numae carmen qui laudat, et illud,*

*quod mecum ignorat, solus vult scire videri,*

aut aliis similibus aliorum dictis, dum modeste et pudenter de his rebus disputetur, ut factum est ab Ios. Scaligero ad Varr. p. 116. Multa enim sunt in huiusmodi rebus, quae ab nobis, licet et temporis ingenti spatio interiecto, et amissis plerisque praesidiis, melius rectiusque perspiciantur, quam ab ipsis Romanis: cuius rei caussae in promptu sunt. Alterum illorum, quos dixi locorum, qui exstat apud Varronem eadem pagina, restituere conatus est Scaliger in Coniectaneis p. 189. in tertio, quem servavit Scaurus de orthographia p. 2261. nisi illa duo fragmenta sunt, nihil aliud dispicio, quam mentionem factam esse urbis Luceriae.

6. Eximium et valde memorabile exemplum numeri Saturnii ex antiquo monumento in lucem prolatum continet liber Caietani Marinii Romae a. 1795. hoc indice editus, *gli atti e monumenti de' fratelli arvali.* Ibi in tab. XLI. fratres arvales dicuntur cum tripudio in haec verba cecinisse, ter, ut solitum erat, eadem repetentes. Ponam autem verba, ut edita sunt a Marinio: ENOSLA SESIVVATEENOSLASESIVVATEENOSLASESIVVATENE VELVAERVEMARMASINSIN·CVRREREINPLEORESNEVE LVERVEMARMAR.....NSINCVRREREINPLEORISNEVEL VERVEMARMARSERSINCVRREREINPLEORISSATVR·FV REREMARSLIMEN.....ESTABERBER·SATVR.FVFEREMA RSLIMENSALLSTABERBER·SATVR·FVFEREMARSLIMEN SALLSCABERBER.....VNISALTERNEIADVOCAPITCONCT OSSEMVNESALTERNEIADVOCAPITCONCTOSSIMVNISA LTERNEIADVOCAPIT.....OSENOSMARMORIVVATOE NOSMARMORIVVATOENOSMARMOR·IVVATOTRIVMPET RIVMPETRIVMPETRIVM.....PE.

Laborarunt in his versibus explicandis Marinius et Lanzius: ex nostratibus Grotefendium audimus eos explanaturum esse. Mihi quid in mentem venerit, non celabo. Omissis repetitionibus carmen istud, servata scriptura lapidis, qualem accepimus, ita constituam:

*enos, Lases, iuvate:*
*neve luerve, Marmar, sirs incurrere in pleoris:*
*satur fufere, Mars: limen sali, sta, berber:*
*semones alterne, iam duo capit conctos.*
*enos, Marmor, iuvato.*
*triumpe, triumpe.*

Sensus videtur hic esse: *nos, Lares, iuvate: neve luem, Mamuri, siris incurrere in plures: satur fueris, Mars: limen, i. e. postremum, sali, sta, vervex: Semones alterni, iam duo capit cunctus.* Postrema ut ita interpreter, ipsa illa tabula me movet, quae hoc carmen continet, in qua singuli dii, quibus sacra fiebant,

nominatim commemorantur, et unicuique verveces numero duo immolati dicuntur, quod scriptum est sic, VERREC. N. II. Caeterum apparet, cadere in hos versus id, quod Quinctilianus dicit IX. 4, 114. *poëma nemo dubitaverit imperito quodam initio fusum, et aurium mensura et similiter decurrentium spatiorum observatione esse generatum; mox in eo repertos pedes.* Quibuscum conveniunt Servii verba ad illud Georg. II. 385.

*nec non Ausonii, Troia gens missa, coloni*
*versibus incomptis ludunt:*

*carminibus Saturnio metro comptis, quod ad rhythmum solum componere vulgares consueverunt.*

7. Proxima his aetate sunt carmina Cn. Marcii vatis. Festus: *negumate in carmine Cn. Marcii vatis significat negate, quum ait: quamvis moventium duonum negumate.* Ingeniose Scaliger:

*quamvis induitium duonum, negumate:*

i. e. quamvis initium bonum sit. Sed incertum hoc est, et facilius etiam *molimentum* coniicias. Dolendum vero est, quod Livius XXV. 12. et Macrobius I. Sat. 17. qui aliquot versus horum carminum commemorant, prisca verba usitatioribus commutare, quam servare illum vetustatis situm maluerunt. Vnde nunc vix coniectando assequi possumus, quibus verbis carmina illa concepta fuerint: sed si est coniecturae locus, hoc tenendum erit, nihil nisi verba formasque verborum nimis obsoletas aut poëticas mutatas videri, additasque particulas quasdam, nectendae orationis caussa. Itaque sic fortasse Marcius:

*amném, Troiugena, Cánnam fúge, ne te alie-*
*nigenae*
*cogánt in campo Díomedei manus conserere:*
*sed néc credes tu míhi, donéc complessis san-*
*gui*

*campúm, miliaque múlta occísa tua tetulerit*
*is ámnis in pontúm magnum éx terra frugi-*
*fera.*
*piscíbus, avibus, ferísque, quae íncolunt ter-*
*ras, eis*
*fuat ésca carnis túa: ita Iúppiter mihi fatus.*

Vnum de his adnotabo, quod id ignorari a plerisque video, etiam *sanguis, sanguí*, genitivo dativoque casu dictum esse. Charisius p. 70. *sanguis masculino genere dicitur, et facit hunc sanguinem: sed Cato de habitu, ut declinaretur, ait, sanguen, sanguinis; sanguis, sanguis, sangui.* Itaque *sanguem* accusativo casu, quod tabula ista apud Marinium habet, ex qua carmen fratrum arvalium supra protulimus, non est quare quis mendosum putet. Alterum Marcii vatis carmen, quod etiam apud Macrobium est, perplexius scripturae genere fuit, ut Livius ait: ex quo credibile est, plura eum declarandi sensus caussa mutasse atque addidisse: sunt etiam, quae omiserit, ut ex Macrobio intelligitur, qui alia, quae posita erant ab Livio, omisit, sive quod obscuriora, sive quod non necessaria viderentur. Hoc carmen ita fere scriptum fuisse coniicias:

*hostém, Romani, si éx agró vos protelare*
*voltís, vomicamque, géntiúm quae venit longe,*
*Apóllini vovéndos cénseo ludos, qui*
*quotánnis communés Apóllini fiunto,*
*quom póplicitus duínt, utí pro se suisque.*
*eís ludis faciúndis praéfuat isce praetor,*
*qui praétor ius popló dabit plebeíque summum.*
*decémviri Graecó ritu hóstiis faciunto.*
*haec sí recte faxítis, gávissitis semper,*
*fiétque res meliór: nam is dívos perduelles*
*stinguét vostros, qui vóstros cámpos pascunt*
*placide.*

Vnum monebo, quod in primo versu posui, *vos*, ita demum ferri posse, si pro accusativo habeatur. Sic enim amabant veteres loqui.

8. Aliud memorabile Saturnii carminis exemplum idem Livius servavit, lib. XL. 52. tabulam Regilli, sed, praeterquam quod hic quoque aliquid mutasse videtur, pessime depravatam. Scimus autem Atilii Fortunatiani testimonio, qui primum versum affert, titulum istum versibus Saturniis scriptum fuisse. Habebat, si recte coniicio, ita ferme:

*duelló magno dirimúndo, régibus subigúndis,*
*capút, patrandae páci, púgna haec exeunti*
*Lució - Aemilio, Márci filio,* Regillo
. . . . . *auspicio imperio*
*felícitate dúctuque éius inter Ephesum,*
*Samúm, Chiumque inspéctante ípso eos Antiocho,*
*cum exércitu omni, equitátu, elephántis, classis regis*
*Antiochi incensa, víeta, fúsa, tusa, fugata est:*
*ibíque eo dié* de rége *naves longae*
sunt *ómnibus cum sóciis cáptae tres decemque.*
*ea púgna pugnatá rex Antiochus regnumque*
eius in potestatem populi Rómani redactum.
*eiús rei ergo aedem Láribus pérmarinis vovit.*

9. Non abhorret a verisimilitudine, etiam tabulam, quae a Ti. Sempronio Graccho in aede Matris Matutae posita est, Saturniis versibus inscriptam fuisse. Sed si ita factum est, plus sibi licentiae sumpsisse videtur Livius, ubi titulum istum affert, XLI. 33. quam ut sine magna audacia de restituendis versibus istis cogitari possit. Cer-

to non tales fuere, quales putavit Georg. Ludov. Walchius in Emendationibus Livianis p. 254.

10. Idem vero recte animadvertit p. 257. oraculum Delphis allatum, quod Livius V. 16. affert, ab aliquo eorum, qui circa Marcii, Fabii Pictoris, Cincii Alimenti, Aciliique tempora fuerunt, numeris Saturniis aptatum esse. Non tamen de ratione assentior viro docto, qua versus illos restituere conatur. Versus enim, quos dedit, neque in verbis orationisque forma vetustatem redolent, neque numeros habent, quos quisquam, etiam qui asperrima quaeque ferat, pro Saturniis accipiat. Illud in hoc genere curandum, ut videas, quid recentius sit, quam ut antiquo scriptori tribui possit: quo invento facilius est prisca eruere. Est autem carmen illud nitidius etiam, quam ut Marcii vatis tempore conditum videatur. Verba, mutatis, quae ab Livio emollita videntur, haec ferme fuisse crediderim:

*Románe, aquam Albanám lacú cave contineri,*
*cave ín mare immanáre suópte flumine siris:*
*missám manu per agrós rigássis, dissipatam*
*rivís exstínxis: túm tu insístito hostium audax*
*murís, memor, quam pér tot ánnos* circum *obsidis*
*urbem, éx ea tibi hís, quae núnc panduntur fatis,*
*victóriam datám: belló perfecto donum*
*amplum ád mea victor témpla pórtato: sacra patria*
*nec cúrata instauráto, utíque adsolitum, facito.*

11. Venio nunc ad Livium Andronicum et Cn. Naevium, poëtas, qui in primis carmine Saturnio inclaruere. Eorum Livius Homeri Odysseam versibus Saturniis vertit, Naevius autem septem libris complexus est bellum

Punicum primum. Fragmenta Odysseae Livianae, ut olim, nunc quoque, quae mihi innotuerunt, ordine afferam. Initium operis servavit Gellius XVIII. 9. quod ille in bibliotheca Patrensi in libro verae vetustatis sic scriptum testatur,

*Virúm mihi, Caména, insúce versutum.*

Homerus:

*ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.*

Priscianus VII. p. 741.

*patér noster, Satúrni fílie.*

Laurenbergius in Antiquario in v. *filie*, nescio unde, dedit *Iuppiter pater*. Vide etiam Merulam ad Ennium p. 231. Homerus *α*. 45. et 81.

*ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη.*

Charisius p. 64. *puer* feminino genere dictum ostendens ex Odyssea affert: *mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore audio.* Priscianus autem VI. p. 697. *puera* agnoscit, apud quem sic legitur: *mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit.* Sic Ald. et edd. pleraeque: sed quaedam edd. vett. *profluit.* Duo codd. Zwiccavienses semel tantum *mea puera*, et sic etiam duo codd. bibliothecae Paullinae. Praeterea Zwiccavienses *super fuit*, alter divisim, alter iunctim. Codd. Paullini *super fugit.* Scribe:

. . . . . *mea puera,*

*mea púera, quid verbi éx tuo óre subterfugit?*

Vide de h. l. etiam Merulam ad Ennium p. 53. Homerus *α*. 64.

*τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;*

Apud Priscianum VII. p. 739.

*neque enim te oblitus sum, Laértie noster.*

Codd. fere *Lertie.* Zwiccav. sec. omittit *enim*, pro qua voce alter Paullinus *tamen.* Primus Zwiccav. omittit *te.* Homerus *α*. 65.

*πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;*

Quod statim subiicitur apud Priscianum, *Livius in Sereno, cura nunc Laertie velle para ire Ithacam,* etsi videri potest ad Odysseam, et quidem ad ε. 162. pertinere: tamen alium poëtam nominatum a Prisciano esse apparet. Zwiccav. sec. *Lucretius;* primus et liber D. Iacobi, ut editum, *Livius.* Alter Paullinus *Levius.* Omnes *in Sireno*, nisi quod Zwicc. pr. *in Syreno.* Omnes etiam *circa*: et tres *Lertie.* Non puto damnandum esse imperativum *circa;* i. e. retro verte te. Scribendum videtur: *Laevius in Sirene: circa nunc, Laërtie: vela para ire Ithacam.*

Apud Nonium in v. *polubrum* p. 544.

*argénteo pollúbro et aúreo gutto.*

Sic edd. Plantiniana Antwerp. 1565. et Parisinae 1583. 1586. sed veteres et Merceriana *aureo et glutro.* Homerus α. 136.

*χερνίβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα*
*καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος.*

apud eumdem Nonium in v. *disertim*, p. 509. non nominata Odyssea:

. . . . . *túque mihi narrato*
*omnia disertim.*

Edd. quas dixi tres *tumque.* Veneta a. 1496. *disertim omnia.* Homerus α. 169.

*ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.*

Apud Priscianum VII. p. 752.

*quae haec dáps est? qui festús diés?*

Error est ed. Putschii, *in* II. *Odysseae*: nam et edd. vett. ex primo libro citant, et codd. nostri, quidam etiam non numero posito, sed diserte *in primo Odysseae* scriptum habentes, ut codicum Paullinorum unus, et edd. Ald. et Coloniensis 1528. Ac MSS. *qui*, non *quis*, ut editi quidam. Homerus v. 225.

*τίς δαίς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο;*

Festus in v. *procitum*, non nominata Odyssea:

. . . . *mátrem prócitum plúrimi venerunt.*

Homerus v. 248.

*τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.*

12. Ad secundum librum referam, quod Gellius III. 16. simpliciter ex Odyssea citat:

*quandó dies advéniet, quém profata Morta est.*

Homerus v. 99.

*εἰς ὅτε κέν μιν*
*Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι ταναηλεγέος θανάτοιο.*

Eadem verba leguntur Odyss. γ. 237. τ. 144. ω. 133. Festus: *ommentans Livius in Odyssea quum ait,*

*in Pylum - adveniens, aút ibi ómmentans, significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur: id enim est mantare.* Legitur apud Festum *advenies.* Homerus v. 317.

*ἠὲ Πύλονδ' ἐλθών, ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ.*

Isidorus Orig. XIX. 4. sine Odysseae nomine:

. . . . . *túncque remos iussit*
*religáre struppis.*

Homerus v. 422.

*Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν*
*ὅπλων ἅπτεσθαι.*

Quae leguntur etiam ο. 287. Videtur Livius haec liberius interpretatus esse, sed respiciens ad δ. 782. et ϑ. 53. ubi sic Homerus:

*ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν.*

Petrus tamen Scriverius in exemplo Collectaneorum suorum, quod possideo, ad p. 6. de h. l. haec adscripsit: *haec Livii Patavini esse, non Andronici, persuadet amicus noster eruditiss. Io. Isac. Pontanus. Vide eius Epistolam.*

13. Sequitur liber tertius. Nonius in v. *dextrabus* p. 493. non indicato numero libri:

. . . . . *deniqué manibus dextrabus.*

Sic Veneta et Merceriana. Sed Plantiniana et duae, quas supra memoravi, Parisinae *deque*, adnotata altera lectione. Homerus v. 35.

*χερσὶν τ' ἠσπάζοντο.*

Gellius VII. 7. ex Odyssea hunc versum servavit:

*ibi dénique vir súmmus ápprimus Patroclus.*

Inserendum videtur *et* post *denique*: credibile est enim aliud *et* sequutum esse. Homerus v. 110.

*ἔνθα δὲ Πατρόκλος, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.*
*ἔνθα δ' ἐμὸς φίλος υἱός.*

14. Ad quartum librum fortasse referendum est, quod Priscianus VI. 679. ex Livii Odyssea affert.

. . . . . *atque escas*
*habémus mentiónem.*

Consentiunt libri in *habemus*. Sed nisi Livius in alium locum hanc loquutionem intulit, quam in quo apud Homerum invenerat, *habeamus* eum scripsisse crediderim. Homerus v. 213.

*δόρπου δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα.*

Festus in v. *nequinont*: *Livius in Odyssia:*

. . *partim errant, néquinunt Gráeciam redire.*

In Livii verbis pro *nequinunt* legitur *neque nunc*. Homerus, quem liberius expressit Livius, v. 495.

*πολλοὶ μὲν γὰρ τῶνδε δάμεν, πολλοὶ δὲ λίποντο.*

Ad eumdem librum pertinere videtur hoc apud Priscianum VI. p. 697.

. . . . . *sáncta puer Saturni,*
*filia, regina.*

Homerus nihil aliud quam *πότνια Ἥρη* v. 513. Priscianus VI. p. 685. sine operis indice:

. . *apud nympham Atlántis filiam Calypsonem.*

Homerus v. 557. (et ε. 14. ρ. 143.)

*νύμφης ἐν μεγάροισι Καλυψοῦς.*

Diomedes I. p. 366. Priscianus IX. p. 861. et X. p. 904.

. . . . . *nexébant multa inter se*
*flexú nodorum dúbio.*

Diomedes tantum verba *nexebant multa inter se* affert: sed legitur *nexabant.* Apud Priscianum, quem non dubium est *nexebant* legisse, in priore loco *nexebant* et *sese* edd. Ald. Putsch. et aliae; in altero *nexabant* et *se.* Codd. Paullini utroque loco *nexabant*, et liber D. Iacobi quidem utrobique *se*: cod. secundus autem in priore loco nihil nisi *nexabant multa.* Codd. Zwiccav. ambo in posteriore loco *nexabant;* in priore secundus *nexebant,* quod primus quoque, in quo *nexabant* scriptum fuerat, et ex correctione primae manus, et iterum supra scriptum habet. Ambo utroque loco *inter se.* Homerus v. 678.

*οἱ δ' ἔνδοθι μῆτιν ὕφαινον.*

15. Quinto libro haec tribuenda videntur. Apud Servium ad Aen. I. 92.

. . . . . *ígitur demum Vlixi*
*cor fríxit prae pavóre.*

Eadem verba etiam integrum versum, sed eum minus elegantem praebebunt, si *demus* scribatur, quod pro *demum* ab Livio usurpatum esse Festus auctor est. Homerus v. 406.

*καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.*

Scaliger in Coniect. p. 51. huc referebat, quod Festus in v. *ocrem* sine operis indice citat:

. *célsosque ocris, árvaque pútria, et mare*
*magnum,*

ut expressum ex his, v. 411.

*ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα*
*βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.*

Scribebat autem Scaliger *petrita*: vulgo *patria,* sed ex coniectura. Schedae ex bibliotheca Fulvii Vrsini editae *putria.* Vide etiam Merulam ad Ennium p. 591.

16. Ad sextum librum pertinet, quod Diomedes I. p. 379. affert:

. . *utrum genua amplectens virginem oraret.*

Homerus v. 142.

*ἦ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην.*

17. Septimi libri est, quod habet Priscianus VI. p. 697.

*puerárum manibus cónfectúm pulcérrume.*

Homerus v. 235.

*καλά, τά ῥ' αὐτὴ τεῦξε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.*

18. Ad octavum librum Scaliger pertinere monuit hoc apud Festum in v. *noegeum*:

. *símul ac lacrumas de óre noégeo detersit.*

Scribendum fortasse *dacrimas*, quod saepe positum ab Livio scribit Festus. Homerus v. 88.

*δάκρυ' ὀμορξάμενος, κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλεσκεν.*

Ad eum librum recte idem Scaliger retulisse videtur hos versus, quos Festus in v. *topper* servavit:

*námque nilum peius*
*macérat hemonem quámde máre saevom: vires quoi*
*sunt mágnae, topper oónfringént importunae undae.*

Festus, quum Naevium auctorem citasset, pergit: *sic in eodem: namque nullum peius macerat humanum*, et rell. Scribe, *sic in Odyssea*, quemadmodum paullo post dicit, *in Odyssia vetere.* Vide de his versibus etiam Merulam ad Ennium p. 593. et Vossium ad fragm. tragicorum p. 74. seqq. Homerus v. 138.

*οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης,*
*ἄνδρα τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα κάρτερος εἴη.*

Priscianus VI. p. 679.

. . *Mercurius cúmque eo fílius Latonas.*

Homerus v. 522.

ἦλθ' ἐριούνης
Ἑρμείας, ἦλθεν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Idem Priscianus eodem loco:

*nam diva Monetas filia décuit.*

Sic Scaliger ad Fest. in v. *corniscarum.* Nam apud Priscianum etiam in codd. nostris omnibus legitur *filiam.* Cod. Zwiccav. sec. *diuiua.* Homerus v. 480.

οὔνεκ' ἄρα σφέας
οἴμας Μοῦσ' ἐδίδαξε.

19. Ex decimo libro est, quod Priscianus habet III. p. 606.

. . . . . *inferus an superus*
*tibi fért deus, funera, Vlíxes.*

Pro *fert* cod. D. Iacobi *fere*, Zwiccav. sec. *fest.* Pro *funera* Zwiccav. primus *munera.* Haec verba, quae, ut alia quaedam Livii et Naevii fragmenta, bonum versum heroicum praebent, possunt tamen metro Saturnio aptari. Merula ad Ennium p. 88. Livium nonnumquam heroicos versus inseruisse opinabatur. Homerus v. 64.

τίς τοι κακὸς ἔχρας δαίμων;

Festus in v. *topper*: *in Odyssia vetere*: *topper facit homines utrius fuerint.* Acute Scaliger, *topper facit homines veris sueris, facit* pro *faxit* dictum putans. Correctius, opinor, scribes:

. . . *topper fáciet hómines verris sueres.*

Homerus v. 432.

ἤ κεν ἅπαντας
ἢ σῦς, ἠὲ λύκους ποιήσεται, ἠὲ λέοντας.

20. Duodecimi libri hoc est, apud Festum eodem loco: *topper citi ad aedis venimus Circae, simul duona eorum portant ad navis millia. alia in isdem in-*

*serinuntur*. Scaliger *duonorum* corrigit: sed fallitur, quum postrema quoque verba Livii esse putat. Recte, puto, haec Festo tribuuntur, ita scripta: *alia in iisdem inveniuntur*. Exempla dicit, quorum plura iam attulerat. Livii verba sic scribenda puto:

. . . . . *topper*
*ad aédis venimús Circaé: simul duonorum*
*portánt ad navis míllia.*

Nam *citi* interpretatio est, cuiusmodi interpretamenta saepius in isto Festi loco ad vocem *topper* adscripta videre licet. Homerus v. 16.

οὐδ᾽ ἄρα Κίρκην
ἐξ Ἄϊδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν, ἀλλὰ μάλ᾽ ὦκα
ἦλθ᾽ ἐντυναμένη· ἅμα ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ
σῖτον καὶ κρέα πολλὰ καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.

21. Tertio decimo libro adscripserim, quod est apud Nonium in v. *fite*: *Livius Odyssea*: *fit quoque fitum est*. Scribendum puto:

. . . . . *sic quoque fitum est.*

Homerus v. 40.

ἤδη γὰρ τετέλεσται, ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμός.

22. Ad quartum decimum librum referri potest, quod Gellius VII. 7. ex Odyssea affert,

. . . . *parcéntes praémodum* . . .

Homerus v. 92. et π. 315.

κτήματα δαρδάπτουσιν ὑπέρβιον, οὐδ᾽ ἔπι φειδώ.

23. Ad quintum decimum Scaliger retulit hoc, quod apud Festum in v. *adfatim* sine operis indice affertur:

. . . . . *affatim edi,*
*bibí, lusi.*

Homerus v. 372. cuius postrema verba non recte intellexit Livius:

τῶν ἔφαγόν τ᾽, ἐπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.

24. Sexti decimi libri esse videtur, quod exstat apud Priscianum IX. p. 868.

. . . . . *quoniam audivi,*
*paucis gavisi.*

*Quoniam* in codd. *qm* cum lineola scriptum est, ut etiam *quum* significare possit. Homerus v. 92.

*ἦ μάλα μευ καταδάπτει ἀκούοντος φίλον ἦτορ.*

25. Ad septimum decimum librum retulerim hunc locum. Festus: *vacerram Aelius et alii complures vocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare; Ateius vero philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit vecors et vesanus, teste Livio, qui dicit, vecorde et malefica vecordia.* Scaliger, illa his expressa ratus, *Μέντορ ἀταρτηρέ, φρένας ἠλεέ*, scribebat, *vecors et malefice vacerra.* Parum hoc verisimile est. Si haec ex Odyssea sunt, legerim,

. . . . *vecórde et mdlefica vacerra.*

Potuit hoc sumi ex his Homeri, v. 248.

*ὦ πόποι, οἷον ἔειπε κύων, ὀλοφώϊα εἰδώς.*

26. Vicesimi libri est hoc apud Priscianum VIII. p. 817. *mando, mandis. eius praeteritum perfectum quidam mandi, alii mandui, alii mandidi esse voluerunt. Livius in Odyssea:*

*quom sócios nostros mándidísset impius Cyclops.*

Ita alter codex Paullinus. Caeteri codd. cum editis *mandisset.* Homerus v. 19.

*ἥματι τῷ, ὅτε τοι μένος ἄσχετος ἧσθιε Κύκλωψ ἰφθίμους ἑτάρους.*

27. Ex vicesimo secundo libro esse puto verba, quae Priscianus VII. p. 760. ex Odyssea affert, pulcrum prae-

bentia versum heroicum, qui tamen, si syllabam addideris, Saturnius erit:

*at celer hasta volans perrumpit pectora ferro.*

Cod. D. Iacobi *ad* pro *at*, supra scripto *ut*. *Celer* et in libris est, et scripsisse ita videtur Priscianus: sed vereor tamen, ne Livius dederit:

*at céleris hasta voláns perrúmpit pectora ferro.*

Cod. Zwiccav. primus *perrupit*. Homerus v. 82.

*ἰὸν ἀποπροϊεὶς βάλλε στῆθος παρὰ μαζόν,*
*ἐν δέ οἱ ἤπατι πῆξε θοὸν βέλος.*

28. Ad librum XXIII. Prisciani locus pertinet VI. p. 684. *Livius Andronicus in Odyssea: carnis ait vinum quoque quod libabant anclabatur.* ἐξηρύσατο. Ita edd. Ald. Putsch. et aliae. In *ait* consentiunt libri: quam vocem corruptam puto: neque enim Prisciano recte tribuas, qui non solet ita loqui. Pro *vinum quoque* codd. nostri omnes et edd. aliquot vett. *vinumque*. In secundo codice ἐξηρύσατο omissum est. Liber D. Iacobi: *quod libabant exmiscebantur anclabatur*, super ultimo verbo autem scriptum *furabatur*. Zwiccav. primus, *quod libabant anclabatur* ηξηνταανο. Secundus, *quod libabatur* εξνητλατοα *anclabatur*. Scripserat Priscianus ἐξηντλεῖτο, vel ἐξηφύσσετο. Ed. Ven. 1500. *quod libabant* ἐξηνηλήσατο *antelabatur*. Ed. Ascensiana 1516. *quod libabant et* ξενώτατον *antlabatur*. Homerus v. 304.

*οἳ ἔθεν εἵνεκα πολλά, βόας καὶ ἴφια μῆλα,*
*ἔσφαζον· πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος.*

Livii verba ita constituam:

*carnis autem,*
*vinúmque, quod libábant, ántlabatur.*

29. Ad Livii Andronici Odysseam pertinere putat Merula in commentario ad Ennium p. 216. haec verba

Prisciani V. p. 647. *Livius in VI. iam in altum expulsa lintre*: quae ego quidem nescio an T. Livii verba sint, sed ea an in superstitibus libris exstent, viderint, qui recentes sunt ab huius scriptoris lectione. Edd. quaedam Prisciani diserte *in sexto*. Codd nostri *in VI.* sed in libro D. Iacobi supra scriptum *III.* Idem Paullus Merula p. 253. ex L. Calpurnii Pisonis libris de continentia veterum poëtarum haec profert: *non male Livius Andronicus in Odyssea: ah vestros, vestros, dum hic mantatis, irruet nervos perduelles*, pro *nervos* scribens *moeros*. At huiusmodi sententia nusquam in Odyssea invenitur. Si fides illi Calpurnio, sive, quo solo auctore innotuit, Paullo Merulae, mira praesagitione de eo scribenti in praefatione p. 16. *haec eius Continentia* (*vox illa συνέχεια Graecis*) *Parisiis* (*ubi esse indicarat mihi olim N. V. Wolfgangus Zindelinus, quo Germanorum Principum nomine Venetiis agente familiariter sum usus*) *servatur in Bibliotheca S. Victoris, utinam religiosius: timeo enim illi a plagio; novi quorumdam Criticorum mores. coniuncta erat cum Lucano M. S. cui suae ad marginem adiectae notae, rei non magnae*: factum esse enim, quod metuere hic se dicit, testatur Laur. Santenius in margine exempli, quod possideo, his verbis: *Calpurnius nunc ex Lucani codice avulsus et sublatus est*: igitur si fides est Calpurnio, sic potius scripsisse Livium putem:

*ah véstros, vestros, dum hic mantátis, curtet*
*nervos*
*perduéllis.*

Possunt haec etiam aliter disposita versui Saturnio accommodari. Similia his sunt apud Homerum δ. 684.

*μὴ μνηστεύσαντες, μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες*
*ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν,*
*οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι βίοτον κατακείρετε πολλόν.*

30. Venio ad Cn. Naevium, quem idem Merula in commentario ad Ennium p. 45. Sangae cognomen habuisse ex Calpurnio coniicit. Ab eo bellum Punicum primum, in quo ipse stipendia fecerat, ut Gellius XVII. 21. ex Varrone refert, versibus Saturniis scriptum, idque carmen a C. Octavio Lampadione in septem libros distinctum esse, satis notum est. Vide Cic. in Bruto c. 19. de Senect. c. 14. Sueton. de illustr. gramm. c. 2. Festum v. *Saturno.* Huius quoque carminis pleraque fragmenta afferam.

31. Exordium Merula ad Ennium p. 41. seqq. apud Calpurnium ita scriptum inveniri dicit: *qui terrai Latiai omnones tuserunt viros rudesque Poenica fabor.* Fortasse haec ita scribenda:

*Qui térrai Latiái hemónes contuserunt*
*virós frudesque Poéni, fábor.*

Orsus erat Naevius a fuga Aeneae. Macrobius Sat. VI. 2. *in principio Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici. illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Iove queritur: et sequuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum.* Servius ad Aen. I. 198. *et totus hic locus de Naevii Belli Punici lib. translatus est.* Idem ad Aen. I. 170. *novam tamen rem Naevius bello Punico dicit, unam navem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit.* Et ad IX. 715. de Prochyta: *hanc Naevius in primo Belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit.* Idem ad IV. 9. *cuius filiae fuerint Anna et Dido, Naevius dixit.* Et ad I. 273. *Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.* Haec de Aeneae adventu in Italiam narratio, si libri apud

quosdam scriptores recte indicati sunt, non in solo primo, sed etiam in secundo, tertioque libro tractata fuit. Ex primo citat Servius ad Aen. II. 797. de Anchisa et Aenea fugientibus:

*eorúm sectam sequúntur múlti mortales.*

Eodemque pertinet, quod idem sine libri indicio affert ad Aen. III. 10. ita fortasse scribendum:

. . . . . *amborum*
*uxóres noctu Tróiad éxibant capitibus*
*opértis, flentes ámbae, abeúntes lacrimis multis.*

Legitur *Troiade* et *lacrimis cum multis.* Priscianus VI. p. 679. et 689. *inerant signa expressa, quomodo Titani, bicorpores Gigantes, magnique Atlantes, Runcus atque Purpureus, filii terras.* In secundo loco, quae post v. *Atlantes* sunt, in uno codd. Paullinorum autem, quae post *bicorpores*, omittuntur. Is codex in priore loco *Athalantes* habet. Omnes codd. *Runchus.* Fortasse haec ita scripta fuerant:

. *ínerant signa exprέssa, quómodo Titani,*
*bicórpores Gigántes, mágni Atlantes, Runcus,*
*Purpúreus, filii terrás.*

Alia protulit Merula ad Ennium p. 50. 410. 448. Eodem pertinet, quod Macrobius VI. 5. ex libro primo affert,

*silvicolae homines,*
*bellíque inertes,*

de quo Merula p. 53. 410. Priscianus VI. p. 679.

*ei vénit in mentem hóminum fórtunas.*

Vnus codd. Paullinorum, *ei evenit in mente.* v. Merulam p. 448. Charisius ex primo libro p. 103. affert:

. . . *Maniús Valérius consul partem*
*exérciti in expedítiónem ducit.*

*M'.* pro *M.* emendatio est Merulae ad Ennium p. 92. 598.

32. Ex secundo libro haec afferuntur. Apud Nonium in v. *liquidum* et *percontat* p. 335. et 474.

*blande ét docte percóntat, Aéneas quo pacto*
*Troiam úrbem liquerít,*

v. Merulam p. 50. 115. et Ludov. Carrionem Antiq. Lectt. III. 10. in Gruteri Face critica III. b. p. 74. seq. Variant lectiones nonnihil apud Nonium. Apud Priscianum VI. p. 697.

*prima íncedit Cereris Prosérpina puer.*

Ex secundo libro haec etiam in codd. Paullinis et antiquissimo Zwiccaviensi, in quo supra scriptus est numerus, citantur, quorum in altero est *incedet*. Sed Merula p. 53. observat, Nestorem Dionysium Novariensem in Glossis afferre hoc ex libro VI. Et P. Scriverius in margine exemplaris mei adscripsit: *VI sic diserte MS. Prisciani exempla.* Habetque hoc cod. Zwiccav. secundus. Ex secundo libro affert Macrobius Sat. VI. 5. haec, quae cum isto apud Priscianum fragmento fortasse coniuncta fuerant, uti iam Merulae p. 53. et 410. visum est:

. . . . . *deinde pollens.*
*sagíttis, inclutus árquitenéns, sanctusque Delphis*
*prognátus Pythius Apóllo.*

videtur *Pythius* duabus syllabis pronunciari voluisse.

33. E tertio libro Nonius in v. *gratulari* p. 116. haec affert: *is qui sursum ad caelum sustulit suas res ammullus gratulabatur divis.* Ed. Ven. 1496. *isque* et *anulus*. Aliae *ammulus*. H. Stephanus in fragmentis poët. vett. Latt. p. 215. habet *Amulius*, recteque suspicatur vocem *manus* deesse, et *res* mutandum esse in *rex*. Scribe:

*manúsque sursum ad caélum sústulit suas rex*
*Amúlius: gratulátur dívis.*

Idem Nonius in v. *atrox* p. 76.

*simúl atrocia porrícerent éxta ministratores.* Veneta, quam dixi, *proiecerunt.* Ed. Merceri *prosicerent.* H. Stephanus hoc in fragm. poëtt. vett. p. 215. ex quarto libro affert, v. Merulam ad Enn. p. 425. Ex tertio libro duo alia fragmenta afferuntur, quae facilius quis suspicetur in primo fuisse. Deinde apud Probum ad Virg. Ecl. VI. haec inveniuntur: *postquam avem adspexit templo Anchises, sacra immensa penatium ordine ponuntur*: *immolabat auream victimam pulcram.* Quae bonos in Saturnios, sed verbis ita traiectis, ut vel qui transpositionem facillimum et lenissimum remedium esse censent, nonnihil haesitaturos putem, redegit Scaliger ad Varronem p. 124. Ego facilius adducar, ita scripsisse Naevium:

*postquam ávium adspexit témpla Anchíses, sacrá in mensa*
*penátium ponúntur órdine: immolabat*
*aurátam victimám pulcrám.*

Vtrumque fragmentum attigit Merula ad Ennium p. 49. Aliud libri tertii fragmentum idem p. 417. ex Calpurnio affert, sed ut vix possit fraudis suspicionem effugere. Id ipse sic scribit:

*sis Poinei contremiscunt artibus; universum*
*magnei metus tumultus pectora possidet;*
*caesum funera agitant; exsequias ititant;*
*temulentiamque tollunt festam.*

Quomodo haec apud Calpurnium scripta sint, non adnotavit, nisi *sic* ab se in *sis* mutatum esse. Scaligerum *universim* corrigere ait. Secundum versum etiam apud Nonium in v. *metus* p. 214, 9. reliqua autem, sed valde corrupta apud Festum in v. *temetum* legi monet. Secundum versum, quem Nonius sine operis indice affert, facilius ex tragoedia aliqua sumptum crediderim. Sed si fides est Merulae, certe in mediis Naevii versibus quaedam omissa sunt:

*sic Poéni contremíscunt ártubus universim:*
*magní metus tumúltus péctora possidet:*
. . . . . *caesum funera agitant,*
*exséquias ititant, témuléntiamque tollunt*
*festám.*

*Caesum* pro *caesorem* magnopere vereor ne importuno vetustatis studio debeamus, quo Merulam nemo superavit praeter Henricum Planckium, qui Ennii Medeae reliquias edidit. Denique quod apud Priscianum legitur VIII. p. 801. *Naevius in III. Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, ne quis hinc Spartam referat nuncium*, ubi cod. Zwiccav. sec. *adoriatur*, id non ex Bello Punico, sed ex tragoedia Hectore sumptum esse, recte mihi videtur iudicare Ger. Io. Vossius ad fragm. trag. p. 75. qui quod Priscianus eius MS. habeat, *Naevius in Hectore proficiscente: Tum ipsos adoriant*, scribendum putat: *Naevius in Hectore: Proficisentes tum ipsos adoriant.* Etiam codex veterrimus Zwiccaviensis habet: *Nevius in Hectore proficisente. Tunc ipsos adoriant.* Sed ego quidem hanc ipsam scripturam veram esse, tragoediaeque illi nomen fuisse Hectoris proficiscentis puto. Ita habebimus exigua mutatione facta bonum versum trochaicum:

*tunc ipsos adoriant, ne qui hinc Spartam referat nuncium.*

Non citatur quidem alibi, quod sciam, haec Naevii tragoedia, sed notus est ter memoratus Ciceroni Hector Naevianus, dicens,

*laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro,*

Q. Tusc. IV. 31. Epp. ad Div. V. 12. XV. 6.

34. Ex quarto libro, sive, ut edd. antiquiores, ex tertio, affert Nonius in v. *auspicari* p. 468. *virum praetor adveniet, auspicat auspicium prosperum.* Non

habet hoc fragmentum ed. Ven. 1496. In Plantiniana Hadr. Iunii et Parisina, uncis inclusum est *prosperum*, adnotataque lectio, *verum praetor adveni et auspica*. Scribendum videtur:

*verum praetor*
*advénit: auspicat aúspiciúm.*

Apud eumdem Nonium in v. *concinnare* p. 90, 28. ex quarto, sed in vet. cod. apud Merulam ad Ennium p. 421. et in ed. Ven. 1496. ex tertio, hoc affertur:

*transit Melitam Románus exércitus, insulam integram*
*urít, populatur, vástat, rem hóstium concinnat.*

Nolim quidquam mutari: videtur ultima prioris versus syllaba cum sequente versu coalescere. Apud Nonium in v. *danunt* p. 97, 18.

*eám carnem victóribús danunt.*

v. Merulam p. 425. Apud eumdem in v. *vicissatim* p. 183, 14.

*vicíssatim volvi victóriam.*

v. Merulam p. 426. Is p. 45. ex Calpurnio addit aliud libri quarti fragmentum:

*inhóspitalis víctricés absorbet unda*
*Latiúm legiones hóminum.*

Apud Calpurnium *victrix es* et *neminum* legi ait. Vide eum etiam p. 45.

35. Sexti libri haec sunt. Apud Nonium in v. *superbiter* et *contemptim* p. 515, 10. 33.

*supérbiter contémptim cónterit legiones.*

Apud eumdem in v. *censere* p. 267, 18.

*censént eo venturum óbviám Poenum.*

H. Stephanus omittit *Poenum*. Apud Nonium in v. *ilico* p. 325.

*, séptimum decimum ánnum - ílico sedent.*

v. Merulam p. 436. Apud Nonium in v. *loca* p. 211, 3.

. . . . . *convenit, regnum*
*simul átque locos ut habérent.*

Praebent haec verba, ut ex Livii Andronici versibus quidam, pulcrum versum heroicum. V. Merulam de h. l. p. 439.

36. E septimo libro Nonius in v. *paciscunt* p. 474. tres versus affert, sic fortasse scribendos:

*id quóque paciscunt, moénia ássint, quae Lutatium*
*recóncilient: captívos plúrimos eidem*
*Sicílienses pacíscit óbsides ut reddant.*

Apud Nonium legitur *ut moenia sint*: sed *ut* omittunt edd. vett. et Steph. Deinde apud Nonium in ed. Ven. 1496. est, *quae luctantium reconciliant captivos plurimos: id sicilicenses.* In Hadr. Iun. ed. adnotatur alia lectio: *Idem: Captivos plurimos Cicilienses.* Merceriana *id* vel *idem* plane omittit. Apud Stephanum, quae post *plurimos* sunt, omissa, et p. 234. in fragmentis incertorum carminum reposita sunt. Merula hunc locum attigit p. 438. *Lutatium* ultimis syllabis contractis pronunciandum.

37. Ex incertis libris haec sunt. *Citrosam vestem* ab Naevio in Bello Punico dici adnotavit Macrobius Sat. II. 15. Indidem non nominato auctore Festus: *citrosa vestis appellata est a similitudine citri*: videturque hic etiam in v. *supparus* mentionem huius loci fecisse. Verba servavit Isidorus Orig. XIX. 22. p. 1300, 6.

. . . . . *pulcram éx auro vestemque*
*citrósam.*

Apud Priscianum VI. p. 647. et 696. (v. Merulam ad Enn. p. 435.)

. . . . . *fames acer*
*augéscit hostibús.*

In priore loco cod. Zwiccav. sec. *augeseet.* Et VI. p. 699.

*magnámque domum decorémque dítem vexarant.*

Sic dedi ex cod. Zwiccav. secundo. Primus *vexrant.* Alter codd. Paullinorum, *diemque vexant.* Editi et liber D. Iacobi, *vexerant.* Et p. 704. de quo Merula ad Enn. p. 92. 425. 448.

. . . . . *iamque eius mentem*
*fortúna fecerát quietém.*

Mediam syllabam in *quietem* brevem esse, ex Prisciano colligitur. Et VII. p. 770. de quo loco Merula p. 416.

*senéx fretus pietáte deum, álloquutus summi*
*deúm regis fratrém Neptúnum, regnatorem*
*marúm.*

Alter codd. Paullinorum, *pietate dui allocutis sumi dei regis.* Zwiccav. secundus, *semideum.* Expleri potest hic versus verbis a Varrone p. 74, 30. allatis,

. . *patrem suum óptumum áppellat supremum.*

Apud Festum in v. *quianam*, de quo loco Merula p. 416.

. . . . . *súmme deum regnator,*
*quianám genuisti.*

Sic Scaliger. Apud Festum est *genus isti.* Apud eumdem in v. *rumitant*, ex Bello Punico sumptum videtur hoc:

*simúl alius aliúnde rúmitant inter se.*

Diserte Bellum Punicum citatur in v. *sardare*:

. . . . . *quod brúti néc satis sardare*
*queúnt.*

Et in v. *stuprum*:

*seséque ii perire mávolunt ibidem,*
*quam cúm stupro redíre ad suós popularis. . .*

Ibidem:

*sín illos deserânt fortíssimos virorum,*
*magnúm stuprum popló fierí pergetis. . .*

*Virorum* pro *viros* debetur Scaligero: sed alia ille praeter necessitatem mutabat. Caeterum v. Stephanum in fragm. poëtt. vett. p. 236. Apud Nonium in v. *castitas* p. 197, 25.

*res dívas edicít, praedícit castus.*

Apud Donatum ad Terentii Andr. I. 1, 28.

*pleríque omnes subigúntur súb suum iudicium.*

Stephanus habet *subiungunt.* Varro de L. L. IV. p. 37, 9. quum carceres in circo a Naevio *oppidum* appellari dixisset, *scripsit poëta*, inquit,

*. . . . . dictatór ubi currum insidit,*
*pervéhitur usque ad óppidúm.*

Vt hoc, ita etiam quae de monte Aventino et de *Balantio*, (sic Palatium vocavit) scripserat Naevius, quorum mentionem facit Varro p. 14, 4. 16, 16. ex Bello Punico sumpta videntur. Diserte huius carminis mentionem faciunt Gellius V. 12. *Lucetium Iovem* commemorans, et Festus in v. *sublicium* et *supparus.* Idem Festus sine operis indice in v. *sagmina* haec affert, quae ad Bellum Punicum videntur pertinere:

*. . . . . ius sacratum*
*Iovís iurandum ságmine.*

Paullus eodem loco ex Naevio affert: *scapos atque verbenas sagmina sumpserunt:* ubi *verbenas* videtur interpretamentum esse. Et in v. *summussos*:

*. . . . . odi,*
*inquít, summussos: proínde apérte dice, quid sit,*

His adde, quos supra in loco Atilii Fortunatiani iam apposuimus, p. 2680.

*ferúnt pulcras cretérras, aúreas lepistas,*

quem ita emendavit Bentleius in Resp. ad Boyl. p. 123. et,

*novém Iovis concórdes fíliae sorores.*

Non est autem Naevii, quem Diomedes p. 512. affert: vide Atil. Fort. p. 2698.

*summás opes qui régum régias refregit.*

Illud vero addubito, an versus, qui a Gellio VI. 8. afferuntur, etsi Saturnii videntur esse, non sint ex Bello Punico. Ii sic fortasse scribendi:

. . . . . *etiam qui*
*manú res magnas saépe géssit gloriose,*
*cuius fácta viva vigént, qui apud géntis solus praéstat,*
*eum súus pater cum pállio úno ab amica abduxit.*

Editum est *etiam qui res magnas manu saepe*, et, *cuius facta viva nunc vigent.*

38. Epigramma, quod sepulcro suo incidi voluit Naevius, versibus Saturniis scriptum, servatum est a Gellio I. 24.

*Mortális immortális flére si foret fas,*
*flerént divae Caménae Naévium poëtam.*
*itáque postquam est Orcíno tráditus thesauro,*
*oblíti sunt Romaé loquiér Latina lingua.*

39. Habuerunt Romani etiam alia antiqua carmina, quorum pleraque versibus Saturniis scripta fuisse credibile est. Et Marcium vatem quidem, praeter vaticinia, etiam praecepta composuisse accepimus. Fragmentum ab Heusingero adiectum Mallio Theodoro p. 95. *praecepta primus apud Latinos Marcius vates composuit: ex quibus est illud:*

. . . . . *póstremus loquaris,*
*primús taceas.*

Nullum vero numeri Saturnii vestigium video in his, de quibus Festus in v. *flaminius camillus: sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura*

*praeciperet: hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, camille, metes:* nisi quis statuat, in his carminibus canendis non mensuram syllabarum, sed, ut vulgus facere solet, communem pronunciationem observatam esse.

40. Saepius commemoratur a veteribus Nelei carmen, quod neque a quo factum sit, neque quid argumenti habuerit, a quoquam adnotatum inveni. Videtur tamen Livio Andronico posterius esse. Ita enim Charisius p. 64. *ut in Odyssea vetere, quod est antiquissimum carmen, mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore audio? et in Nelei* (vetus codex apud Merulam ad Enn. p. 53. *Menelai*) *carmine, eoque prisco: saucia puer filia sumam. ubi tamen Varro puera dictum putat, sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.* Pro *sumam* scribendum coniicias *Summani.* Festus in v. *numero: item in Nelei: numquam numero matri faciemus volvi.* Scaliger, *faciemus volup.* Fortasse scriptum fuerat:

*numquámne numero mátri faciemús volup?*

Nam etiam alibi trimetri apparent. In v. *stuprum: in Nelei carmine:*

*foedé stupreque cástigor cotídie.*

In v. *topper: in Nelei carmine:*

*toppér fortunae cómmutantur hóminibus.*

Putatur idem carmen apud Festum in v. *strigores* citatum fuisse. A Neleo, patre Nestoris, ductam appellationem esse coniiciat quis ex simili appellatione carminis ab Attio conditi, quod videtur versus Saturnios habuisse. Varro de L. L. VI. p. 70, 27. *in carmine Priami apud Attium quod est,*

*veterés, Camenae, cáscas rés volo profari,*
*et Príamum,*

*cascum significat vetus.* Legitur apud Varronem *Ca-*

*smenas*, et deinde *et primum* pro *et Priamum*: v. Scaligerum. Postremus, qui versus Saturnios faceret, fortasse ipse Varro fuit. Certe Nonius in v. *meret*, duo ex eius Eumenidibus fragmenta affert, quae hoc numero esse videntur, p. 344. et 345.

*quia plús, inquit, merére débet, in quo est virtus.*

*primum íste, qui merét sestértios vicenos.*

41. Nemo non videt, quam incerta dubitationisque plena res sit, tam brevia, tamque corrupta fragmenta in numeros suos redigere. Si tamen in hac re aliquo successu gavisi sumus, illud in primis ad cognoscendam constituendamque legem versus Saturnii memorabile est, quod quum ex natura huius numeri syllaba, qua prior pars versus finitur, anceps esse, et proinde solutionem detrectare debeat, tamen non raro soluta reperiatur. Sed est hoc eiusmodi, ut, quamvis a Graecorum arte ac diligentia alienissimum sit, tamen Romanis illis veteribus condonari possit facillime.

## CAP. X.

### *De versibus secundum antipathiam compositis.*

1. Dicendum nunc est, de illo genere versuum, quos grammatici *κατ' ἀντιπάθειαν μικτοὺς* appellant. Eos paucis tantum attingam, quoniam ut appellatio parum apta, ita natura horum versuum longe alia est, quam visum est grammaticis: unde definitione posita, totum genus aliud esse censendum est.

2. *Ἀντιπάθειαν* illi vocant, quum contrarii numeri uno in versu coniuncti sunt, ut trochaei et iambi. Ita hic versus, quem ipsi in asynartetis numerant,

ἑῷος ἡνίχ' ἱππότας ἐξέλαμψεν ἀστήρ,

vere dicendus foret κατ' ἀντιπάθειαν compositus esse. At non ita illi: sed quum more suo versus in syzygias quattuor syllabarum dividunt, si ex ista divisione contrarios numeros prodire vident, eos versus κατ' ἀντιπάθειαν μικτοὺς vocant. Quod si ordines, ex quibus versus isti constant, considerassent, plerumque nihil discordare numeros animadvertissent. Et, ut discordent, qui tandem hoc eiusmodi est, ut propterea singulare genus numerorum constituendum sit, quum leges non habeat alios, quam si concordant? Sed videamus exempla, quae affert Hephaestio.

3. Primum ille ponit p. 45. (78) epichoriambicum Sapphicum hendecasyllabum, quod sic metitur:

— ∪ — ∪ | — ∪ ∪ — | ∪ — ∪

At constat hoc metrum ex his duobus ordinibus:

— ∪ — ∪ | — ∪ ∪ — ∪ — ∪

ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα.

4. Deinde p. 46. (79) Pindaricum hendecasyllabum, quod sic dividit:

∪ — — ∪ | — ∪ ∪ — | ∪ — ∪

quum ex his constet ordinibus:

∪ — — ∪ | — ∪ ∪ — ∪ — ∪

ὁ Μουσαγέτας με καλεῖ χορεῦσαι·
ἄγοις ὦ κλυτὰ θεράποντα Λατοῖ.

5. Tum epionicum a maiore, quod Alcaicum hendecasyllabum vocat, ita descriptum:

∪ — ∪ — | — — ∪ ∪ | — ∪ —

quod sic potius metiri debebat:

∪ — ∪ — ∪ | — ∪ ∪ — ∪ ∪

ἄναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός.

6. Porro aliud epionicum, Alcaicum dodecasyllabum, quod sic disponit:

⏑—⏑— | ——⏑⏑ | —⏑—⏑

quod sola anacruseos accessione a Sapphico differt:

⏑—⏑—⏓ | —⏑⏑—⏑—⏑

*ἐόπλοκ᾽ ἀγνὰ μειλιχόμειδε Σακφοῖ.*

Non ausim formam *μειλιχόμειδε* propterea, quod alibi non invenitur, reiicere. Quid obstat enim, quin a *μεῖδος* ducta censeatur?

7. His addit epionicum tetrametrum catalecticum, cuius hanc formam esse vult:

⏑—⏑— | ——⏑ | —⏑—⏑ | —⏑—

At describendum est in hos ordines:

⏑—⏑—⏓ | —⏑—⏑—⏓ | —⏑—

*τοιοῦτος εἰς Θήβας πάϊς ἁρμότεσσ᾽ ὀχημένος·*
*μόλις μὲν ἔννη λεπτὸν ἔχοισ᾽ ἐπ᾽ ἀτράκτῳ λίνον.*

In primo horum versuum vulgo *ἁρμάτεσσι χήμενος*. Gaisfordius cum Bentleio dedit *ἁρμάτεσσ᾽ ὀχήμενος*. Ego verius puto, quod cod. Monac. praebuit. De *ο* pro *α* ab Aeolensibus posito vide Koen. et Bast. ad Greg. Cor. p. 455. 906. In secundo versu recte, opinor, Blomfieldio in Museo Cantabr. I. P. I. p. 26. *ἔννη* non nomen proprium, sed verbum, *nebat*, esse videbatur, modo ne ab *ἐννέω* vel *ἔννημι* factum putasset.

8. Sequitur apud Hephaestionem epionicum a minore, quod recte describit:

⏑—⏑— | ⏑⏑—— | ⏑⏑——

*περισσόν· αἲ γὰρ Ἀπόλλων ὁ Λύκειος.*
*Ἰνὼ σαλασσομέδοισ᾽ ἂν ἀπὸ μάσδων.*

De posteriore versu v. Gaisford. ad Hephaest. p. 337.

9. Denique aliud epionicum addit, quod anaclasin habeat. Id ex his ordinibus compositum videtur:

⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

*ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.*
*Σαπφοῖ, τί τὰν πολύολβον Ἀφροδίταν.*

10. Haec exempla si consideramus, quid aliud quam versus videmus non ex uno, sed ex pluribus numeris factos? Huius vero compositionis infinita varietas est, eaque talis, ut, si de ratione eius caussisque quaeratur, magis *συμπάθεια* quaedam numerorum, qui in unum versum coniunguntur, quam ulla *ἀντιπάθεια* elucescat. Virtusque horum versuum in eo est posita, ut numeri natura sua ac vi diversi, quum coniunguntur, ea coniunctione novam aliquam animi affectionem, nulli istorum numerorum per se propriam, sed ex omnibus apte mixtam et temperatam, producant.

11. Mirum vero videri debet, qui factum sit, ut grammatici versus *κατ' ἀντιπάθειαν μικτοὺς* ab asynartetis distinguerent, quum, si non ubique, certe in multis generibus vix ulla diversitas appareat. Vt cur tandem hic Alcaicus secundum antipathiam compositus putetur,

*ἄναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός,*

asynartetis autem adnumeretur iambelegus,

*πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν,*

qui eodem modo compositus, secundum ordinem paullo longiorem habet? Apertum est, nihil prorsus inveniri, quod grammaticos, ut ita sentirent, movere potuerit, nisi quod priorem licebat epionicum facere, alteri non licebat tale nomen imponere, ut qui non modo tertiam syzygiam choriambum habiturus esset, sed etiam nimis manifeste flagitaret dactylicos numeros agnosci.

12. Non est tamen infitiandum, duplicem esse rationem compositionis, cuius differentiam sensisse metrici, sed non accurate percepisse videntur. Alii enim ordines numerique ita componuntur, ut vere coniuncti dici possint: veluti, quae modo attuli exempla, metrum Alcaicum et iambelegum; cuiusmodi etiam hic versus est, quem Hephaestio asynartetum esse vult:

*ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν.*

Alii autem ita componuntur, ut non tam coniuncti esse, quam alter alteri adiici, quumque uterque solus per se constet, tamen eo, quod sese excipiunt, totum quoddam efficere videantur. Ea ratio in plerisque illorum versuum invenitur, quos ob hanc ipsam rem asynartetos vocant grammatici. Exemplo utar metri, quod Hephaestio p. 50. s. (89) ex Cratini Seriphiis affert. Sic igitur Cratinus apud Phrynichum p. 40. quem ita emendandum puto:

*αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον, καὶ σφάκον πρὸς αὐτῷ,*
*ἀσφάραγον, κύτισόν τε· νάπαισιν ἀνθέρικος ἐνηβᾷ,*
*καὶ φλόον ἄφθονον ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἄγροισιν.*

Sed quidquid hoc est discriminis, eo denique redit, ut in aliis versibus cohaerere numeri, in aliis, qui sunt asynarteti, aut non cohaerere, aut non semper cohaerere censendi sint.

## CAP. XI.

### *De numeris concretis.*

1. Venio nunc ad eos numeros, quos in primo huius libri capite concretos nominavi. Eorum haec est natura, ut ex diversis numeris in unum ordinem coniunctis constent, initio a debiliori pede facto. Sunt illi quodammodo oppositi logaoedicis. Nam ut in his decrescunt singulae ordinis periodici partes, ita in concretis numeris increscunt augenturque. Etenim quum ordinum periodicorum, ut in primo libro demonstratum est, haec

sit conditio, ut ex una arsi plures deinceps aut paris mensurae ordines, aut cum imminutione quadam nascantur, veluti,



apertum est, si posterior aliqua pars maior est praecedente, ut quum dactylum paeon primus sequitur, paeonem hunc non posse ex dactylo illo natum haberi, sed nova arseos vi indigere,



Id vero duobus modis fieri potest, aut ut hi duo sint non cohaerentes ordines,

aut ut ordine periodico cohaereant. Is ordo autem quum ex communi lege numeri pares debeat pedes habere, si eum periodicum esse volumus, i. e. ex una arsi totum pendere,



hac tantum conditione alteram partem maiorem habere poterit, si ad eam vim, quam arsis secundi dactyli per se habet, nova aliqua vis accedat, quae robur huius ordinis augeat. Quae vis quum accedit, non desinit quidem ordo ille periodicus esse; complectitur enim aut illos ipsos pedes,



aut hos ordines,



sed, quoniam nova vis accedit ad secundam arsin, sic ea corroborata maiorem ex se thesin gignit,



estque in hoc ordine periodico secunda arsis fortior, quam

prima, ut cui eatenus tantum, quatenus ex ea nata est, par sit; quatenus autem nova vi aucta est, superat eam.

2. Formae numerorum concretorum multae sunt, sed pleraeque, ut videtur, in liberioribus versibus reperiuntur, quorum tanta est varietas, ut nondum ad certas descriptiones revocati sint. Ita haec forma, quae ex trochaeo dactylum habet,

frequentissima est in versibus stropharum maiorum, quas Aeolias vocamus: de quibus infra dicetur, simulque exemplum afferetur, in quo plures huiusmodi versus sunt. Apertum est autem in hac trochaei dactylique consociatione trochaeum purum esse debere, neque admittere syllabam ancipitem. Praeter hanc trochaei et dactyli coniunctionem, duae certae reperiuntur formae, una, qua ad demonstrandam naturam horum numerorum usus sum, quae ex dactylo in paeonem primum, altera, quae ex trochaeo in spondeum transit:



In utraque, uti dictum est, posterior arsis fortior est priori.

3. Et illud quidem genus, quod ex dactylo et paeone est, apud lyricos, interdum etiam apud tragicos invenitur. Egregie eo usus est Sophocles in Oed. Col. 216. seqq. ubi bini quique versus sibi respondent. Locus ita scribendus videtur:

*OI.* ὦ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον; ἰώ.
*A.* λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.
*OI.* ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.
*X.* μακρὰ μέλλετον· ἀλλὰ τάχυνον.
*OI.* Λαΐου ἴστε τίν', ὦ. *X.* ἀπόγονον;
*OI.* τό τε Λαβδακιδᾶν γένος; *X.* ὦ Ζεῦ.

*OI. ἄθλιον Οἰδιπόδαν; X. σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;*
*OI. δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.*

Et paullo post v. 235.

*μή τι πέρα χρέος ἐμᾷ*
*ἐν πόλει προσάψῃς.*

et v. 252.

*ὅστις ἂν, εἰ θεὸς ἄγοι,*
*ἐκφυγεῖν δύναιτο.*

Eodemque referri quodammodo potest hoc genus, quo post dactylicos numeros utitur Euripides in Andromacha:

⏑⏑–⏑⏑⏑––

v. 1183. 1196.

*εἴθε σ' ὑπ' Ἰλίῳ ἤναρε δαίμων*
*Σιμοεντίδα παρ' ἀκτάν.*
*αἷμα τὸ διογενές ποτε Φοίβου*
*βροτὸς εἰς θεὸν ἀνάψαι.*

4. Alterum genus continetur epitritis secundis, quos grammatici versibus trochaicis adnumerarunt, quoniam dipodia trochaica propter ultimam ancipitem eum pedem recipit. At hoc genus numeri, de quo explicatius disputavi in dissertatione de metrorum quorumdam mensura rhythmica, quae nunc libello de metris Pindari in repetita editione Heynia adiecta est, certis indiciis separandum est a trochaicis numeris.

5. Primum enim quum incessu plane diversi sint numeri trochaici et hi epitriti, quorum trochaici primam quamque dipodiarum arsin, epitriti secundam fortiorem habent,

–⏑–⏑ –⏑–––

apparet levem et vere currentem numerum esse trochaicum, etiam si ex epitritis constet, ut,

*ὦ φίλοι, ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθόνος;*
Epitritorum vero multo gravior est et lentior incessus, ut in quibus secundus quisque pes non trochaeus habeatur, sed longior trochaeo sit. Quod si hos epitritos, qui dactylicis numeris iuncti usurpabantur in carminibus ad Dorios modos factis, quos modos graves et magnificos fuisse constat, trochaeorum instar pronunciari, i. e. primam arsin fortiorem secunda esse volumus, numerus hic, qui omnis gravitatis expers est, tam male consociatur dactylis illis, ut nihil fingi a Doriae harmoniae splendore alienius possit. Veluti,

*χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ ἰοπλοκάμων*
*σύνδικον Μοισᾶν κτέανον.*

Recitet hos versus aliquis ad legem trochaici numeri,

— ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

— ⏑ — ⏑ — ⏑ —

et sentiet, quam inconcinna parumque accommodata sit haec trochaeorum levitas. Quod contra, si epitritos adhibebit, et secundam quamque arsin novo et graviore ictu notabit, pleni ponderis spondeus aptissimos praebebit et splendidissimos numeros:

— ⏑ — — — ⏑ — — — ⏑ — ⏑ —

— ⏑ — — — ⏑ —

6. Deinde non solum caesura trochaeorum carent hi epitriti, formasque habent plane alias, sed ipsa etiam mensura monet, ut eos longe a trochaicis numeris diversos esse statuamus. Nam in trochaicis spondeus non proprius pes est, sed propter ultimam dipodiarum ancipitem vice fungitur trochaei, nec vere spondeus est: unde non necessitate quadam, sed magis cum aliqua venia toleratur. In epitritis autem istis necessarius est sponde-

us, constanterque servatur: et si quando permutatur cum trochaeo, ita hoc fit, ut non, quemadmodum in trochaicis versibus, longa syllaba pro brevi, sed brevis pro longa ponatur. Quod quum proprie non aliter quam in fine simul et numeri et vocabuli fieri deberet, tamen poëtae commoditatis caussa hoc sibi indulserunt, ut etiam media in voce, et, licet raro, numero nondum finito, brevem pro longa ponerent. Quae sane pravitas quaedam mensurae est: sed quoniam in thesi monosyllaba est, non magnopere vitiatur pronunciatio vocabuli, si syllaba ictu carens satis scite, voceque caute suspensa extenditur. Eadem licentia in primo quartoque pede versus heroici interdum invenitur, ut,

*Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον.*

*μή πως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου,*

Vt fortasse etiam his defendendis adhiberi possit,

*μάντιος ἀλαοῦ,*

et,

*ἀνεψιοῦ κταμένοιο.*

Vide, quae dixi lib. I. c. 9, 7. p. 41. et lib. II. c. 26, 22. p. 347.

7. Aptius autem visum est, ibi maxime hanc licentiam admittere, ubi propter finem membri omnino incertior est temporis observatio. Is finis autem non solum in extremis, sed etiam in mediis versibus invenitur. Et primo, quum alii numeri succedunt, velut dactylici. Pindarus Ol. VI. 30.

*ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ πάρεστι Συρακοσίῳ.*

Deinde, quum cognatus numerus, Creticus, sequitur: Ol. XI. 16.

*ἔνθα συγκωμάξατ᾽· ἐγγυάσομαι.*

Denique quum idem quidem numerus, sed seiunctus a praecedente, sequitur. Etenim quum saepe unus tantum epitritus, plerumque duo, interdum tres, ut in tertio

carmine Olympico, in unum membrum consocientur,

*Δωρίῳ φώναν ἐναρμόξαι πεδίλῳ,*

ubi quattuor epitriti coniunguntur, placuit poëtis, binos uno membro complecti. Ita factum est, ut secundus eorum et quartus ultimam ancipitem esse paterentur. Ita in initio stropharum Isthm. III. cuius carminis pars vulgo quartum carmen Isthmium numeratur:

*εὐκλείων δ' ἔργων ἄποινα χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσθλόν,*

ut v. 19. qui secundum vulgatas editiones primus est quarti carminis, inserto *μὲν* ita scribendum videatur:

*ἔστι μέν μοι θεῶν ἕκατι μυρία παντᾶ κέλευθος.*

De caeteris Pindari locis, qui in medio horum epitritorum cursu brevem syllabam pro longa habent, dixi in dissertatione de quorumdam metrorum mensura rhythmica p. 7. seqq. eosque corruptos esse ostendi, in qua sententia postea magis etiam confirmatus sum. Iam enim neque ab nomine proprio excusationem repetendam esse arbitror, neque in carmine Isthm. quarto, quod vulgo quintum est, quidquam esse puto, quod hanc, quam proposui, rationem labefactet, modo primi duo stropharum versus rectius, quam hactenus factum est, describantur. Tales enim eos esse puto:

*Μᾶτερ Ἁλίου, πολυώνυμε Θεία, σέο γ' ἕκατι*
*καὶ μεγασθενῆ νόμισαν.*

Ita, quae toties in iis brevis syllaba pro longa posita est, ubique in fine numeri erit. Etenim qui locus solus impedire visus est, quo minus hi duo versus in unum systema coniungerentur: dico autem versum 55. qui vulgo est 63. is quum iam veteribus interpretibus multum negotii fecisset, bene factum est, quod scholiastes vestigium servavit verae lectionis, qua recte intellecta omnis tollitur difficultas. Scribe.

*ἐν πολυφθόρῳ Σαλαμὶς Διὸς ὄμβρῳ συναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.*

Nam quod dicit scholiastes, *τὸ τῶν πεπτωκότων πλῆθος ἰσάριθμον ἦν τῷ χαλαζήεντι Διὸς ὄμβρῳ*, etsi non satis recte dictum est, tamen aperte ad *συναρίθμων*, non ad librorum scripturam *ἀναρίθμων* spectat. Est autem *συνάριθμος* idem quod *ἰσάριθμος*. Apollonidas epigr. 30. in Brunckii Analectis T. II. p. 139.

*τέσσαρας, οὓς Ἄϊδαο συνήριθμον ἥρπασεν ἦμαρ.*

Ad nomen proprium vero quod attinet, illi quoque duo versus, in quibus alieno loco posita videbatur syllaba anceps, partibus numeri melius dispositis iustam defensionem habebunt. Dico autem hos: Isthm. II. 14. (21)

*Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν, τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάωνι ὀπάσατς.*

Sed tum v. 45. (66) scribendum erit *ἐπεί τοι γ'*. Et III. 90. (IV. 123.)

*γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβούλῳ. σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν κωμάζομαι τερπνὰν ἐπιστάζων χάριν.*

8. His quoque numeris interdum anacrusis accedit, eaque, ut par est in tam gravi numero, plerumque longa. Vt Olymp. III.

*Αἰνησιδάμου παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως.*

9. Ad hoc genus pertinent, quae supra in asynartetis ab Hephaestione commemorata omisimus, iambelegus, et Platonicum, ac Pindaricum metrum. Nam ille quum de versu encomiologico exposuisset, quem ex quinque dactylicis totidemque iambicis semipedibus compositum putat,



quam distinctionem non reprehendam quidem, sed diversum puto versum esse, qui sic distinguitur,



ut apud Pindarum Ol. III. 25.

*Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν,*

ita pergit p. 51. (91) *τὸ δὲ ἀντεστραμμένον τούτῳ, ἰαμβέλεγος καλεῖται. τούτῳ δὲ ἐν συνεχείᾳ οὐκ ἴσμεν τινὰ κεχρημένον, διεσπαρμένως δέ·*

*πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν.*
*κείνων λυθέντων σαῖς ὑπὸ χερσίν, ἄναξ.*

*γίνεται δὲ καὶ τριπενθημιμερὲς ἐκ τούτων, τὸ καλούμενον Πλατωνικόν, ἔν ᾧ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν δύο δακτυλικά εἰσι πενθημιμερῆ, τὸ δὲ μέσον, ἰαμβικόν· κέχρηται δὲ αὐτῷ Πλάτων ἐν Ξαντρίαις·*

*χαῖρε, παλαιογόνων ἀνδρῶν θεατῶν ξύλλογε παντοσόφων.*

Versus hic ita potius metiendus videtur:

⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ | ⏑ ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Deinde: *ἀντεστραμμένον δέ ἐστι τούτῳ τὸ Πινδαρικὸν καλούμενον·*

*ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν*
*σοφοί τε καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.*

10. His Doriis epitritis tragici quoque usi sunt, nunc unum alterumve huius generis versum admittentes, de qua re tamen ambiguum iudicium est, nisi tota carminis conformatio epitritos trochaeis praeferri iubeat, nunc autem eos, ut Pindarus, cum dactylicis numeris consociant: et de his quidem carminibus minor dubitatio est, quum plerumque tota graves illos Doriae harmoniae modos prae se ferant. Quod si rariora apud tragicos huiusmodi carmina sunt, caussa haec est, quod hi numeri in magna gravitate tamen tranquilli minusque actuosi sunt, quam plerumque in tragoedia opus est. Apte usurpavit eos Aeschylus in Prometheo v. 525. seqq. 886. seqq. In primis placuit hoc genus Euripidi in Medea, qua in fa-

bula fere omnium carminum primae strophae hos Dorios modos habent. Vide in ed. Pors. v. 411. seqq. 627. seqq. 820. seqq. 972. seqq. sed nullum horum carminum est, quod versus satis recte dispositos habeat. Non videtur tamen operae pretium esse, ipsa carmina apponi, quum ea quivis, qui non alios in iis numeros, quam dactylicos et epitritos et pedem Creticum inveniri meminerit, ipse possit recte disponere.

## CAP. XII.

### *De compositione numerorum universe.*

1. Deserui consulto ordinem rerum eum, quem in primo huius libri capite designavi. Nam quum numerorum, qui non sunt simplices, duo genera posuissem, mixtos et compositos, mixtorumque alios polyschematistos, alios concretos, compositorum autem alios per cohaerentiam coniunctos, alios asynartetos esse dixissem: debebam deinceps polyschematistos, concretos, per cohaerentiam iunctos, ex quo genere fere sunt, qui a grammaticis *κατ' ἀντιπάθειαν μικτοὶ* vocantur, denique asynartetos pertractare. Sed quoniam in hac tota disputatione, quae de numeris non simplicibus est, illud summum est atque ultimum, ut de strophis dicatur, is ordo videbatur aptissimus esse, quo quasi gradatim ad illam numerorum varietatem, quae in strophis est, perduceremur. Itaque a polyschematistis ad asynartetos, ab his ad compositos secundum antipathiam, inde ad numeros, quos concretos appellavi, progrediendum esse ratus sum.

2. Nunc, priusquam ad ipsas strophas accedam, paucis universe de condendis carminibus dicam. Quae res etsi non expers est legum, tamen, quoniam leges illae non nisi ex sensu eius, quod aptum et conveniens sit,

pendent, fieri non potest, quin tam variae ac mutabiles sint, ut nihil de iis certi constitui, sed tantummodo observationes quaedam in medium afferri queant.

3. Continetur autem omnis carminum condendorum ratio duabus partibus, electione et tractatione: quarum electio in genere numeri, quod cuique rei aptum sit, inveniendo, tractatio autem in apta horum generum conformatione et coniunctione versatur.

4. Ad electionem quod attinet, multa et musici veteres, ut Aristides Quintilianus p. 97. seqq. et rhetores de vi et natura cuiusque numeri disseruerunt: quae etsi cognitu non iniucunda sunt, tamen cavendum est, ne obliviscamur, eosdem numeros, ut in musica sonos eosdem, prouti his aut aliis sonis numerisve consocientur, aliam et saepe contrariam naturam induere. Quare operam dare convenit, ut sensum harum rerum multa iustaque exercitatione acuamus. Duobus utar, iisque luculentis exemplis. Trochaici et iambici versus unum communem numerum habent, pariterque dactylici et anapaestici. Mira tamen omnium inter ipsos diversitas est. Iambici enim propter ordinum, in quos dividi solent, multiplicem varietatem, ad sermones recitationemque aptissimi sunt. Trochaici autem propter aequalitatem ordinum, multo magis accommodati sunt cantui. Anapaestici vero, in quibus eadem cernitur ordinum aequalitas, magis ad gravem quamdam et splendidam recitationem, quam ad cantum idonei sunt, ea caussa, quia per crebras solutiones contractionesque rursus minuitur aequabilis ille decursus. Ex dactylicis denique ii, qui plenam pedum mensuram habent, propter ordinum aequalitatem syllabarumque stabiles vicissitudines cantui bene conveniunt: quod contra illi, qui pedes habent irrationales, etsi propterea, quod arsin non patiuntur solvi, recte ad

canendum adhiberi possunt, tamen propter ordinum miram varietatem aptiores ad recitationem videntur. Eodem modo ex consociatione plurium metrorum admirabilis quaedam varietas enascitur, quae rursum, quamvis diversa sint metra, quasdam communes notas habet, quas sentire, quam describere facilius est. Vt quis non videat, qui his rebus operam dederit, aliud in tragicorum, aliud in lyricorum numeris ingenium expressum esse? quorum tragici numeri concisum quid et plenum contentionis, lyrici etiam in summo fervore remissionem quamdam et nescio quid solutum habent: ut, si uno verbo discrimem indicandum sit, tragicos numeros actuosos, lyricos cantabiles appellare possis.

5. Tractatio, quae partim in singulorum numerorum conformatione, partim in plurium coniunctione cernitur, in singulis numeris has partes habet, terminationem, eamque et totius numeri, et membrorum eius; mensurarum vices; denique licentias, quae vel in caesurae observatione, vel in mutatione mensurae, vel in temperamento prosodiae positae sunt; in plurium autem numerorum coniunctione tractatio ad congruentiam numerorum, ad nexum, ad proportionem spectat, eaque proportio aut longitudinis est, aut ponderis. Dicam deinceps de his partibus singulis.

6. Finem in omni numero praecipue notari constat. Non solum enim, quoniam finito numero pausa succedit, aliquamdiu quasi resonant in aure novissimi soni, sed etiam ex fine integrum esse absolutumque numerum cognoscitur. Itaque prima in tractandis numeris cura circa terminationem versatur, quam decet talem esse, ut apte conquiescat numerus, finirique, non abrumpi vi-

deatur. Apertum est autem, finiendis numeris in universum aptiorem esse clausulam eam, quae legitimis ordinibus brevior sit. Vnde elegantissima terminatio habetur, quae fit ordine catalectico, i. e. breviore. Sed trochaici numeri, qui natura sua non vehementes sunt, etiam quum acatalecti sunt, bonum exitum praebent. Sive enim iambici versus plena dipodia finiantur,

longa finalis apte sinit vocem requiescere; sive trochaici,



vel in triplici ordine,



trochaeus thesin et per se levem, et minorem arsi habens, mollem suavemque exitum facit. Asperior dactylus, magisque etiam paeon est: unde paeonicos numeros in dactylum vel trochaeum, vel ipsam arsin, dactylicos in trochaeum vel arsin solam exire consentaneum visum est. Anapaestos autem, qui si, ut in tragoediis Senecae, plena dipodia finirentur, propter aequalem dipodiarum incessum abrupti potius, quam conclusi viderentur, abscissa parte in trochaeum terminari placuit. Choriambicos numeros, qui vehementissimi sunt, plerumque augendo quidem ultimo ordine, sed ita augendo finiri voluerunt, ut, quod abundaret virium, in duos dactylos, vel ordinem logaoedicum effunderetur:

*μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλῳ.*
*δεῦτέ νυν, ἄβραὶ Χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι.*

Facile autem intelligitur, quo insignior est finis, quoque maior pausa consequitur, eo graviorem et sedatiorem debere catalexin esse. Vnde, si in mediis strophis facilius dactylo in fine versus venia conceditur, in stro-

phae fine multo aptior est arsis in fine, vel trochaeus, vel spondeus.

7. Sed quemadmodum totus numerus aptam terminationem habere debet, ita etiam singulae eius partes curandum est ut idoneos fines ac terminos habeant. Atque haec pars tractationis in constituendis caesuris cernitur, quod his partes cuiusque numeri discernuntur. Caesurarum autem constituendarum regula haec potissimum est, ne partes numeri nimium similes, nimiumve dissimiles fiant: in qua re tamen et numeri cuiusque et loci et argumenti conditio spectanda est.

8. Secunda pars tractationis, quod ad singulos numeros attinet, in mensurae usu posita est. Multum interest enim, utrum solutionum levitate volubilem numerum reddas, an contractionum pondere gravem fieri velis. Qua in re qui iustum temperamentum adhibere negligunt, etiamsi nihil illicitum admittant, tamen vel venustatem numeri perdunt, sicut recentior tragoedia in versibus iambicis et trochaicis fecit, vel non id, quod possent, consequuntur, ut si quis in versibus dochmiacis vel anapaesticis tardos citatosque pedes argumento accommodare nesciat.

9. Tertia denique pars, quam in singulorum numerorum tractatione considerare convenit, in licentiarum usu versatur. Est autem triplex ratio licentiarum: nam aut in caesurarum observatione vel neglectione cernuntur, quoniam quidam versus, vel quaedam argumenta caesuras magis minusve custodiri postulant; aut in mensurae modo positae sunt, quum alii versus, ut comicorum iambi, vel epicorum dactylici, irrationales pedes admittant, alii diligenter servari propriam mensuram velint; aut denique prosodiae temperamento continentur, quod aliis aetatibus, aliis in gene-

ribus carminum, aliis in argumentis aliud esse constat.

10. Venio ad plurium numerorum coniunctionem. In huius tractatione primo congruentia numerorum spectanda est. Quo in genere admirabilis cernitur veterum ars et sollertia: cuius caussas et rationes si quis in singulis exemplis investigare atque explanare vellet, multa docte possent et subtiliter disputari: sed initium quis facilius in hac materia, quam finem inveniret. Itaque praestabit, opinor, uno in exemplo ostendere, numeros, qui aptissime concinunt, vel perexigua mutatione ita inconcinnos reddi, ut nullo modo inter se congruant, unumque quoddam ac totum efficiant. Nam quis ferat huiusmodi stropham:

*Descende caelo, et dic, age, tibia*
*regina longum Calliopea melos,*
*seu voce nunc mavis acuta,*
*seu fidibus lyrave Phoebi:*

et tamen nullus est horum versuum, quin per se bonus sit et reprehensionis expers.

11. Secundo loco de nexu numerorum videndum est. Multum enim refert, quo gradu, quo modo, qua conversione nexi iunctique sint numeri.

12. Et gradus quidem nectendi tres sunt: primus qui in sola consequutione positus est, quum finis versuum etiam numeri finis est, quod est etiam in nonnullis eorum versuum, qui ad asynartetos relati sunt a grammaticis. Secundus gradus est is, quo asynartetorum natura continetur, quod valde laxum vinculum est. Tertius cohaerentia cernitur, quam *συνάφειαν* Graeci vocant, quae perfectissima coniunctio est.

13. Modi autem nectendorum numerorum hi sunt: ex arsi in arsin, quae fortis et mascula coniunctio

est; ex thesi in arsin, quae omnium est lenissima et suavissima; ex arsi in anacrusin, quae inter has duas media est; ex thesi in anacrusin, quae debilis et soluta est.

14. Conversio denique, quae a tragicis inventa videtur, in interruptione numeri per contrarium aliquem numerum posita est. Quare in his tantum carminibus locum habet, quae uno similive pedis genere decurrunt, modisque utitur his, quibus ex arsi in arsin aut ex thesi in anacrusin transitur. Vsurpatur fere in fine systematum, ut quum anapaesticum systema versu dactylico finitur, velut apud Euripidem in Hecuba v. 215.

*τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν λύμαν τ'*
*οὐ μεταλλαίομαι· ἀλλὰ θανεῖν μοι*
*ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.*

vel quum dactylicum systema finitur versu anapaestico, ut apud Aristophanem in Nub. 288.

*ἀλλ' ἀποσεισάμεναι νέφος ὄμβριον*
*ἀθανάτας ἰδέας, ἐπιδώμεθα*
*τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.*

15. Tertia tractationis numerorum pars in proportione versatur. Ea quum duplex sit, longitudinis membrorum, et ponderis, utraque tota ex argumenti natura consilioque poëtae pendet. Nam aequabilis et sibi constans animi affectio aequalia, neque aut per se nimis magna vel exigua membra, neque multum dissimilia requirit; vehementior autem et variabilis motus numeris ut natura sua diversis, ita magnitudine dissimilibus gaudet. Quod si interdum ipsi numeri iustam proportionem partium indicare videntur, tamen hoc non fit aliter, nisi percepta intellectaque indole eorum. Vnde in versu heroico communis ordinum divisio ea est, quae in medio tertio pede fit, quo loco versus in duas nec plane pares,

nec valde dissimiles partes dispescitur. In trochaicis autem iambicisque versibus quae clausulae apud comicos inveniuntur, numquam aut brachycatalectae sunt, ut libro I. c. 11, 4. et libro II. c. 18, 13. 14. p. 181, ostendimus, quia sic proportio, quae versuum illorum ingenio convenit, turbaretur. Contra quis improbet, ac non admiretur potius diversissimae longitudinis membra in his Aeschyli versibus in Prometheo, 183.

πᾷ ποτὲ τῶνδε πόνων
χρή σε τέρμα κέλ-
σαντ' ἐσιδεῖν· ἀκίχητα γὰρ ἤθεα καὶ κέαρ ἀπαρά-
μυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

Haec igitur quoque in loco et genere metri diligenter considerandа, atque ex loci ingenio metrique natura explicanda sunt. De pondere membrorum autem iam seorsim dicam.

## CAP. XIII.

### *De orthio et trochaeo semanto.*

1. Quum canuntur versus, aut musicos numeros metricis, aut metricos musicis aptari necesse est. Atque etsi apud Graecos poësis in cantu primarium, non secundarium, ut nunc saepe fit, locum tenuisse videtur, tamen satis constat, ἀγωγήν, quam vocant musici, i. e. temporum celeritatem vel tarditatem subinde mutari solitam esse. Itaque consentaneum est, praeter longitudinis proportionem, in qua parem sumimus temporum omnium celeritatem, aliam ponderis fuisse proportionem, quae, mutata celeritate, membra, quae syllabarum numero et mensura paria essent, imparia, vel quae imparia, paria faceret. Quae res quamquam eiusmodi est, ut non videatur iudicari posse, nisi si quoque in loco de musicorum numerorum celeritatibus constet, tamen interdum

ipse versuum numerus indicium praebet mutatae mensurae.

2. Nam quum in versibus ad canendum factis gravemque et certis proportionibus distinctum incessum habentibus, turbari proportionem illam, metrumque alieno pede perverti animadvertimus, quid aliud, quam aut mendum subesse, aut numeros, qui longitudine membrorum non possunt, pondere esse exaequandos censebimus?

3. Efflagitat autem hanc rationem spondeus quidam, quem et in principio, et in fine versuum ita positum deprehendimus, ut, si eadem, qua reliqui pedes, temporum mensura sit, non modo proportionem metrorum perturbet, sed ne ad metricam quidem rationem satis apte reliquis numeris consocietur. Nihil offensionis habet spondeus in versibus Hipponacteis:

*ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.*
*μὴ προτίμα δῆτ'· ἐμὲ χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι.*

Nam iambo substitutus, huius mensuram servat, nec per se integri membri loco est, sed pars fit praecedentis numeri. At videat aliquis haec exempla, Pindari in Pyth. I.

*τᾶς ἀκούει - μὲν βάσις ἀγλαΐας - ἀρχά,*
*πείθον - ται δ' ἀοιδοὶ - σάμασιν.*

Ol. IX. 26. (36)

*θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου - παντᾶ*

et 29. (39)

*ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι - κᾶπον.*

Aeschyli in Agam. 168.

*Ζεύς, ὅς - τις πότ' ἐστιν, εἰ τόδ' αὐ-*
*τῷ φίλον κεκλημένῳ.*

In Eumenidibus v. 322.

*μᾶτερ, ἃ μ' ἔτικτες ὦ - μᾶτερ*
*Νύξ, ἀλαοῖσι καὶ δεδορκόσιν - ποινάν·*

Aristophanis in Lysistrata v. 781.

μῦθον - βούλομαι
λέξαι τίν᾽ ὑμῖν, ὅν ποτ᾽ ἤκουσ᾽
αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν, - οὕτως.

et paullo post:

οὕτω - τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη.

Nihil autem impedit, quin etiam in medio versu trochaeum semantum pro integro membro positum credamus. Quamquam exemplum non habeo in promptu. Nam in Euripidis Alcestide v. 598. ubi membra ita videri possunt distinguenda esse,

πόντιόν τ᾽ - Αἰγαι - ῶν᾽ ἐπ᾽ ἀκτάν,

nescio an praestet, distributionem adhibere magis consentientem cum sequente versu:

πόντιόν τ᾽ Αἰ - γαιῶν᾽ ἐπ᾽ ἀκτὰν
ἁλίμενον Πη - λίου κρατύνει.

Illis igitur in locis omnibus, quos ante attuli, quibus plurimos addere alios possem, neminem puto tam invenustum esse, qui non sentiat, quam perversi sint numeri, si hic spondeus eamdem, quam reliqui pedes mensuram habeat, quae est quattuor temporum.

4. Iam quum duos alios pedes ab rhythmicis commemorari videamus, qui pondere multo maiores sunt usitatioribus pedibus, orthium et trochaeum semantum, quidni horum alterum ad exaequandam proportionis perversitatem adhibeamus, numeris ipsis indicium facientibus, integri membri loco duas istas syllabas habendas esse? De his pedibus ita scribit Aristides Quintilianus p. 37. ὄρθιος, ὁ ἐκ τετρασήμου ἄρσεως καὶ ὀκτασήμου θέσεως· τροχαῖος σημαντός, ὁ ἐξ ὀκτασήμου θέσεως καὶ τετρασήμου ἄρσεως. Non videtur autem dubium esse, in exemplis, quae allata sunt, non orthium, sed trochaeum semantum adhibendum esse, ut qui similitudine cum reliquis numeris conveniat. Nunc vero quis non sentiet, qui antea inconcinni et sine iusta proportione compositi nu-

meri videbantur, iam, trochaeo illo ad duodena tempora extenso, aptos, graves, miroque splendore conspicuos esse? Vere enim dicit Aristides Quintilianus p. 98. *οἱ δὲ ὄρθιοι καὶ σημαντοί, διὰ τὸ πλεονάζειν τοῖς μακροτάτοις ἤχοις, προάγουσιν ἐς ἀξίωμα.*

5. Orthium non memini me, ubi sic integri membri instar esse videatur, invenire. Quod si hic pes ita usurpatus est, factum id esse crediderim in epiphonematis quibusdam, ut *αἲ αἲ*, *φεῦ φεῦ*: sed haec ubi in ipsis versibus sunt, usitatam mensuram habere solent; ubi autem ipsa singulares versiculos constituunt, temerarium foret, deficiente proportionis indicio, orthii mensuram adhibere: etsi non incredibile est, factum id nonnumquam esse.

6. Metricos nullam orthii trochaeique semanti mentionem fecisse, non est mirum. Nam quum horum doctrina non ad cantum et musicos rhythmos pertineat, sed in sola recitatione versuum, quae simpli tantum et dupli mensuram habet, versetur: duae illae syllabae, quas orthius et trochaeus semantus continent, etiam si in cantu duodenum temporum essent, tamen in metris describendis quaternorum temporum numerari debebant, ut quae, si verba poëtarum spectares, nihil nisi communem spondeum praeberent.

7. A musicis orthios et trochaeos semantos interdum consociatos fuisse, ex Plutarcho de musica p. 1140. coniicias: *καὶ τὸν μιξολύδιον δὲ τόνον ὅλον προεξευρῆσθαι λέγεται, καὶ τὸν τῆς ὀρθίου μελῳδίας τρόπον τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους πρὸς τὸν σημαντὸν τροχαῖον.* Ita corrigendum videtur, quod vulgo legitur, *πρὸς τὸν ὄρθιον σημαντὸν τροχαῖον.*

## CAP. XIV.

### *De strophis.*

1. Deducta eo est disputatio nostra, ut iam de strophis dicendum sit. In qua re maximam difficultatem definitio nobis obiicit, quum, quid stropha sit, neque a veteribus satis explicatum videatur, neque, qui novissimus hoc argumentum attigit, Boeckhius nobis satisfaciat. Hic quidem lib. I. de metris Pindari cap. 13. et lib. III. cap. 5. sententiam suam aperuit. Nos cur rem nondum exhaustam existimemus, ex iis, quae statim dicentur, intelligi poterit. Nam quum coniunctae sint et cognatae notiones versus, systematis, et strophae, aliquid his omnibus commune, aliud autem singulis proprium sit necesse est. Laboratur autem statim in versus definitione, quam apparet omnium primam constituendam esse, quia et systemata et strophae ex versuum quadam coniunctione fiunt. Hephaestionis quidem definitio adeo arbitraria est, ut non ex rei natura, sed ex maiore parte exemplorum petitam esse appareat. Is p. 65. (116) ita scribit: *στίχος ἐστὶ ποσὸν μέγεθος μέτρου, ὅπερ οὔτε ἔλαττόν ἐστὶ τριῶν συζυγιῶν, οὔτε μεῖζον τεσσάρων.* Nec melius est, quod p. 44. (76) significat, versum non posse ultra triginta tempora complecti. Boeckhius vero versum vocat aut unum ordinem sive perfectum, sive catalecticum, qui absolutus sit neque aliis connexus, aut plures sibi connexos, ab alīs autem distinctos ordines, quae distinctio fiat silentio, i. e. pausa. Haec definitio per se ipsa reprehendi non potest: quamquam repugnat usui. Complectitur enim etiam systemata, ut iam systema nihil sit nisi versus longior: et ita profecto sentire videtur Boeckhius. Sed ut hoc quoque concedamus, quid iam strophis fiet? Nam quum non paucae reperiantur strophae, quae uno systemate constent, has nihil a versibus differre

fatendum erit. Sed hac quoque in re sibi constat Boeckhius. Nam lib. III. cap. 5. stropham aut ex uno systemate fieri ait, quo facto eam a versu non discrepare nisi longitudine, aut ex versibus variis inter se perfecte disiunctis condi. Sunt haec, ut apparet, et subtiliter disputata, et probabiliter. Verumtamen relinquitur in his definitionibus, quod merito displiceat. Nam si systemata a versibus sola longitudine differunt, quem terminum constituemus, intra quem versus appellatione, ultra quem autem systematis nomine utendum sit? Strophas vero eas, quae uno systemate constant, cur omnino strophas vocabimus, quum, quo a versibus vel systematis discrepent, non habeamus? Nam strophae quidem definitio, quam posuit Boeckhius, quum versus, ex quibus constet, unam compagem efficere dixit, aut ita ambigua est, ut etiam in versus ipsos quadret, aut ita distincta, ut, si plures versus, plurave systemata stropham efficere debent, uni systemati vel versui non conveniat nomen strophae.

2. Has dubitationes omnes ego ex ambigua versus notione ortas puto: quod nomen quum non una significatione usurpetur, singulis diversitatibus recte constitutis atque distinctis reliqua sponte consequentur. Satis constat, nomina *στίχος* et *versus* proprie id significare, quod Germani *zeile* dicimus, i. e. ea, quae una in linea scripta sunt. Quae notio quum ex usitatissimis librorum tabularumque formis hausta sit, magnitudinem orationis notare coepit eam, quae fere una in linea scribi potest: quae quoniam talis esse solet, ut commode uno spiritu proferri possit, nomen hoc, ad numeros translatum, significat numerum, qui intra unius spritus defectionem continetur. Sed haec definitio, quae tantummodo, quid non sit versus, indicat, nihil utilitatis habebit, nisi res certioribus finibus circumscribatur.

3. Nam spiritus ut pro termino esse possit, intra quem consistat versus, tamen ad naturam versus definiendam minime idoneus est, quam in eo necesse est positam esse, ut numerus, qui uno spiritu proferri potest, etiam per se totum quoddam atque absolutum efficiat. Fit hoc autem partim perpetuitate, qua partes numeri inter se cohaereant, partim perfectione, quae posita est in eo, ut pro natura cuiusque numeri nec deesse quidquam, neque redundare videatur. Itaque iam versus erit numerus unus et integer, qui uno spiritu pronunciari potest.

4. Ille in hac re magnus error foret, si quis pausam vel silentium, quod fit in fine quorumdam numerorum, in definitione versus commemorandum putaret. Nam quod extra numerum est, non potest pars esse numeri. Sed etsi ad definitionem versus non pertinet pausa, tamen ad differentiam quamdam versuum constituendam aliquid confert. Nam si consociationem plurium versuum spectamus, alii versus nexi sunt, alii non nexi, alii seminexi. Nexi versus sunt, qui una perpetuitate numeri cohaerent; non nexi, qui pausa vel silentio dirimuntur; seminexi, qui, ut libitum est, vel continuato vel per pausam interrupto numero sunt. Et hi quidem sunt, quos ego asynartetos vocari velim. Nam quos grammatici ita appellant, potius plures versus sunt, pausa disiuncti, sed qui propter brevitatem uno spiritu in pronunciando comprehendi possint.

5. Iam systematum et stropharum natura intelligi poterit. Est enim systema numerus perpetuus e versibus nexis cohaerens, stropha autem numerus ex pluribus versibus utcumque consociatis compositus.

6. Apparet ex his, systema non nisi uno eoque perpetuo et cohaerente numeri contineri, stropham autem etiam interruptos numeros admittere; proinde systema tantummodo ex versibus nexis fieri, stropham etiam ex non nexis et seminexis; itaque systemate stropham non nisi unam, stropha autem systemata plura comprehendi posse.

7. Rem omnem exemplis declarabo. Simonides epigr. 85. (91)

*μνήσομαι, οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχε-*
*ναύτεω*
*κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν.*

Horum versuum secundus omni ex parte recte versus dicetur, ut qui non modo commode uno spiritu pronunciari possit, sed etiam ex uno eoque integro numero constet. Primus autem versus, si eo modo asynartetus est, quo grammatici volunt, i. e. pausa in medio facta, numeroque interrupto, exemplum praebet duorum versuum non nexorum. Quod si legem eius ita constituamus, ut uno perpetuo numero partes eius iungantur, nec syllabae ancipiti in quarto pede locus concedatur, versus duos nexos habebimus. Sin denique liberum relinquemus, utrum perpetuare quis numerum velit, an interrumpere, versus erit seminexus. Coniuncti hi sive duo sive tres versiculi stropham praebent, quia totum quoddam coniunctione sua efficiunt, sed illud non una perpetuitate numeri comprehensum. Aliter se res habet in his Anacreontis versibus:

*γουνοῦμαι σ' ἐλαφηβόλε,*
*ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων*
*δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν.*

Hic non modo singuli versus uno non interrupto numero decurrunt, sed omnes inter se eadem perpetuitate iuncti sunt: unde iis systematis appellatio convenit. Iidem

vero versus, si non perpetuitatem numeri, sed conspirationem partium, similitudine sua et convenientia totum quoddam praebentium, spectamus, strophae nomine appellandi erunt. Tolle enim perpetuitatem numeri, et fac omnium versuum postremas syllabas ancipites esse: manebit stropha, systema autem peribit. Iam adde his tribus versiculis reliquos quinque:

*ἵκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου*
*δίνηϲιν· θρεοκαρδίων*
*ἀνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν*
*χαίρουϲ᾽· οὐ γὰρ ἀνημέρους*
*ποιμαίνειϲ πολιήτας.*

Omnes octo coniuncti recte praebebunt unam stropham: nam sic quoque ex his duabus partibus, quarum una tres, altera quinque versus continet, recte apteque totum quid componetur: systemata autem manebunt duo, numero in tertio versu pausa finito. Non poteris autem ex posteriore systemate, quamvis longiore, duas strophas extundere. Quomodo enim numeri decursu nondum finito stropham, quam pausa finiri necesse est, terminabis?

8. Postulat haec materia, ut paucis de illo Hephaestionis praecepto dicam, p. 14. (26) *πᾶν μέτρον εἰϲ τελείαν περατοῦται λέξιν*, quod nuper et rixas acerbiores, quam pro tantilla re, et versus immanis ac monstruosae longitudinis peperit: quorum ad instar si tragicorum systemata describenda essent, novis chartarum formis, immo loris quibusdam potius, quam foliis, opus foret. Sed abstinuissent, opinor, ab his conatibus, qui nunc tanta cum cupiditate de huius inventi gloriola contendunt, si iis in manus venisset liber Friderici Richteri, scriptoris facetissimi, quem vulgo Ioannem Paullum vocant, inscriptus hoc titulo, *Flegeljahre*: cuius in libri volumine primo, quod editum est Tubingae a. 1804. mira praesagitione et occupatum est hoc praelongorum versuum

inventum, et festivissime illusum, maxime p. 48. et 104. et 197. Hephaestioni quidem ego non tantum tribuam, ut huius auctoritate verum esse praeceptum illud credi velim. Solent enim grammatici ex usitatioribus exemplis praecepta sua depromere, quae, ubi ad rariora ventum est, falsa esse intelligas. Verum hic tamen res ipsa monet, et esse aliquid veri in illo praecepto, et quid illud sit.

9. Pertinet enim ad versus non nexos, quales plerique sunt. Quorum in fine quoniam pausa et silentium succedit, consentaneum est, una cum versu etiam vocem finiri, ne vocabulum inchoatum, pausa in medio facta, abrumpatur, atque utraque eius pars trunca et mutila haereat. Minime vero ad versus nexos extendi hoc praeceptum potest, qui quoniam una perpetuitate numeri cohaerent, nulla interposita pausa, nihil est, quod finiri versum in media voce prohibeat. Strophae vero et systemata, quoniam semper pausam in fine habent, integra voce, ut versus non nexi, finiri debent.

10. Apertum est, versu ita, ut nos fecimus, definito, nihil in hac quaestione aut ambiguitatis aut obscuritatis relinqui, litemque illam, quam quidam nobis intendunt, non in re, sed in verbis versari. Nam qui versus nexos negant versus vocandos esse, sed systematis, quae ex illis versibus constant, nomen versuum tribui volunt, quid aliud, quam in sola versus definitione ab nobis discedunt, pausam, quae in fine numeri sit, ad versum pertinere iudicantes? At ex hac re nec lucri quidquam, et magna perturbatio nascitur. Quid enim? Num hos versus Sophoclis in Oed. Col. 1215.

ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
ἁμέραι κατέθεντο δή,

quia continuari numerum hiatus prohibet, duos versus

esse contendemus, hos autem, qui statim sequuntur,

λύπας ἐγγυτέρω· τὰ τέρ-
ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,

quia in media voce finiri versus nequeat, negabimus esse duos, et in unum coniungemus? Mihi quidem hoc valde absonum videtur. Praeterea vero tantum abest, ut ista plurium versuum in unum coniunctio utilitatem aliquam habeat, ut etiam non mediocri cum damno coniuncta sit. Nam quum versus eo fine distinguantur, ut facile animadverti ab legentibus numerus possit, quo ne alienos numeros in pronunciando adhibeant, quis iam in versibus aut propter solutionum multitudinem impeditis, aut propter varietatem numerorum ambiguis, si plures uno longo versu comprehendantur, numeros, ex quibus constant, facile perspicere recteque exprimere poterit? Prioris generis exempla in systematis dochmiorum apud tragicos non sunt rara. Alterius quum alibi, tum in Pindaro luculenta exstant documenta. Laudabo, qui sine magistro talem versum recte recitaverit:

παγκρατίου στόλῳ· καματωδέων δὲ πλαγᾶν ἄκος
ὑγιηρὸν ἔν γε βαθυπέδῳ Νεμέᾳ τὸ καλλίνικον
φέρει.

Piget vel verbum addere.

## CAP. XV.

### *De generibus stropharum.*

1. Quantum ex iis, quae ad nos pervenerunt, reliquiis iudicari potest, antiquissima Graecorum carmina ex versibus unius generis, iisque non nexis constiterunt. Sed quum poësis ex epici carminis magnitudine et gravitate ad breviora et tenuiora argumenta transferretur, numeros quoque apta aliqua complexione concludi oportebat. Ita inventi sunt epodi, quorum antiquissimum

genus versui heroico subiectum habuit pentametrum, ex duabus heroici partibus factum: eaque consociatio nomen nacta est carminis elegiaci.

2. Excoluit hanc epodorum rationem maxime Archilochus, nunc duos simplices versus consocians, ut,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρεν φρένας;

nunc priorem ponens asynartetum, ut,

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλιχθεὶς
πολλὴν κάτ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν,

nunc posteriorem, ut est in hoc Horatii,

*horrida tempestas caelum contraxit, et imbres*
*nivesque deducunt Iovem: nunc mare, nunc*
*siluae,*

nunc utrumque, si quidem id iam Archilochus, et non alii post eum instituerunt. Ita in hoc Simonidis,

πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις.

Et ut minor versus praecederet, qui proodi potius vocantur:

*Petti, nihil me sicut antea iuvat*
*scribere versiculos, amore percussum gravi.*

3. Multae huiusmodi epodorum et proodorum formae vel ex Horatio, vel ex aliis poëtis colligi possent. Sed quoniam in plerisque nihil difficultatis est, nihil in hoc genere morabor. Iuvat tamen unum afferre exemplum, in quo numerus choriambicus regnat. Id in duobus scoliis apud Athenaeum XV. p. 695. C. invenitur, quorum priori restitutum est primum a Grotefendio, a quo tamen in eo mihi dissentiendum est, quod priorem versum ordine logaoedico finiri putat, quem ego ex duobus dactylis constare credo, ut in stropha Alcaica, ad quam quum pervenero, huic rei argumenta dicam. Prius illud sco-

lion ita scribendum videtur:

*Παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν αἰχμητά, λέγουσί σε*
*ἐς Τροΐαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.*
*τὸν Τελαμῶνα πρῶτον, Αἰαντα δὲ δευτερον*
*ἐς Τροΐαν λέγουσιν ἐλθεῖν Δαναῶν καὶ Ἀχιλλέα.*

Alterum hoc est:

*Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη,*
*καί με καλοὶ παῖδες φέροιεν Διονυσιον ἐς χορόν·*
*εἴθ' ἄπυρον καλὸν γενοίμην μέγα χρυσίον,*
*καί με καλὴ γυνὴ φοροίη, καθαρὸν θεμένη νόον.*

Accedat his epodicum carmen, quo usus est Gregorius Nazianzenus in carm. iamb. XXIII. p. 243. ex duobus iambicis dimetris, altero acatalecto, altero brachycatalecto:

*ἦ πολλά, πολλὰ γίνεται*
*μακρῷ χρόνῳ βροτοῖς.*

4. Propius iam ad eas, quae plerumque strophae vocantur, accedit trium non nexorum versuum consociatio, qualis est in hoc Theocriti carmine:

*Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν*
*τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μύριον κλέος*
*διῆλθε κηπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.*

Pertinent ad hoc genus Syrinx, Arae, Securis, Alae, Ovum, qui poëtarum quorumdam lusus in Anthologia vol. II. p. 603. seqq. ed. Iacobs. sec. leguntur, ex pluribus versibus non nexis compositi.

5. Stropharum appellatio complectitur quamcumque plurium versuum consociationem, quae certa lege fiat. Itaque et epodi, proodique, et plurium non nexorum versuum coniunctio recte dicitur stropha. Plerumque tamen strophae angustiore quodam significatu dicuntur, exclusis epodis proodisque, non exclusis autem versibus nexis.

6. Earum duo potissimum generae sunt, antiquiores sive minores, et recentiores sive maiores, de quibus ita scribit Dionysius Halicarnassensis in libro de comp. verb. c. 19. p. 262. *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοί, λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφώ, μικρὰς ἐποιοῦντο στροφάς, ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολάς, ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγαις· οἱ δὲ περὶ Στησίχορόν τε καὶ Πίνδαρον, μείζους ἐργασάμενοι τὰς περιόδους, εἰς πολλὰ μέτρα καὶ κῶλα διένειμαν αὐτάς, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τῆς μεταβολῆς ἕρωτι. οἱ δέ γε διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν τῷ αὐτῷ ᾄσματι ποιοῦντες· καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τοτὲ μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τοτὲ δὲ χρωματικάς, τοτὲ δὲ διατόνους· καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἵ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελέστην· ἐπεὶ παρά γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν καὶ ὁ διθύραμβος.*

7. Igitur antiquiores illae, quibus non modo Aeolenses poëtae, sed etiam Ionici, ut Anacreon, usi sunt, amplitudine breves, compositione simplices fuere. Et quemadmodum hi, quos dixi, poëtae carmina ex uno genere versus composuerunt, quae *κατὰ στίχον* scripta vocantur, ita et epodico illo genere usi sunt, strophas ex duobus versibus facientes, et, paullo longius progressi, tres, quattuor, quinque, octo versiculos in unam stropham coniunxerunt, qui versus plerumque nec genere metri valde diversi sunt, neque complicatam compositionem habent. Raro iis, quae feminino genere epodi dicuntur, usos scribit poëtas illos Dionysius. Neque exemplum in his reliquiis, quas hodie habemus, invenitur. Omninoque minus accommodata haec ratio videtur brevioribus illis carminibus.

8. Recentiores autem strophae, ut magnitudine antiquiores illas longe superant, ita numerorum varieta-

te, artificiosaque compositione, quae et versuum non nexorum et systematum multiplices formas complectitur, magnis, gravibus, vehementibus animi motibus exprimendis multo aptiores sunt. Quae varietas quemadmodum augetur epodo duabus strophis subiecta, ita, praesertim si longa sunt carmina, epodi illae nimiam in eodem affectu perseverantiam suavi quodam temperamento mitigant et leniunt. Hinc apud lyricos Dorienses haec epodica ratio caeteris praelata reperitur. Tragici autem rarius eam usurparunt, et sic tantum, ut strophae atque antistrophae tertiam ab his diversam stropham adiungerent, non etiam, ut tres istas strophas saepius repeterent. Repetitio enim ista aequabilitatem habitura fuisset propriam lyricae poëseos, quae magis in contemplatione, quam in actione versatur: quod contra in tragoedia, quam actuosam esse decet, aptior visa est una tantum cuiusque strophae iteratio.

---

## CAP. XVI.

### *De strophis minoribus.*

1. Antiquiores illae Ionicorum atque Aeoliorum poëtarum strophae his maxime modis compositae inveniuntur: primo ex eiusdem versus repetitione absque perpetuitate numeri. In his apertum est, fines stropharum aliis, quam metri indiciis cognosci. Cognoscuntur autem ex oratione certis semper locis finita, maxime si eadem verba vel in initiis, vel in finibus stropharum posita sint, ut in Anacreontis carmine XXXIX. cuius singulae strophae, quae ex quaternis versibus sunt, his verbis incipiunt,

*ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον.*

2. Aliae strophae ex iisdem quidem versibus componuntur, sed continuato numero, cuiusmodi est illud Horatii, III. 12.

*miserarum est, neque amori:*

cuius formam praeiverat Alcaeus, decem Ionicos a minore uno systemate, unaque stropha comprehendens.

3. Nonnumquam in huiusmodi strophis postremus versus, quo facilius finis strophae appareat, alia lege numeri formatur, ut in similibus Ionicis strophis apud Aeschylum in Persis v. 81. seqq. et in Suppl. 1025. anaclasi, et quidem duobus modis facta.

4. Aliae strophae ex uno vel pluribus systematis versu catalectico finitis componuntur, ut quae sunt ex Glyconeis, cuiusmodi exemplum supra allatum est ex Anacreonte, cap. 14, 7.

5. Aliae strophae ex versibus non nexis, numerum habentibus eumdem, sed magnitudine vel forma diversis fiunt: ut haec choriambica:

*quem tu, Melpomene, semel*
*nascentem placido lumine videris.*

6. In primis frequens est consociatio quattuor versuum, quorum tres eodem metro, quartus eiusdem generis, sed apta catalexi instructus est. Vt in choriambis:

*Scriberis Vario fortis et hostium*
*victor, Maeonii carminis alite,*
*quam rem cumque ferox navibus aut equis*
*miles te duce gesserit.*

Quo in genere Horatius et spondeum in basi constanter posuit, et in tribus primis versibus caesuram in fine primi choriambi diligenter observavit.

7. Solo tertio versu ab hac stropha differt illa:

*Quis multa gracilis te puer in rosa*
*perfusus liquidis urguet odoribus*
*grato, Pyrrha, sub antro?*
*cui flavam religas comam.*

8. Aliter compositum est genus proodicum, quo Horatius usus est I. Carm. 9.

*Lydia, dic, per omnis*
*te deos oro, Sybarin cur properas amando?*

Cuius secundum versum constanter ab epitrito secundo incepit, caesuris factis duabus, una in principio primi choriambi, altera in fine eius. Eodem exordio utitur in versibus Sapphicis, de qua re multis disputavit Boeckhius p. 94. de metris Pindari. Alcaeum, seu quisquis Graecorum hanc stropham invenit, neque ditrochaeum declinasse, neque observasse caesuras istas, persuasum habeo.

9. Ex trochaicis et logaoedis numeris composita est, quae Sapphica stropha vocatur. Eius tres primi versus, ex his ordinibus constant:

—∪—∪ | —∪∪—∪—∪

Male enim Hephaestio p. 45. (78) *ἐπιχοριαμβικὸν μὲν οὖν, τὸ Σαπφικὸν καλούμενον ἑνδεκασύλλαβον, οἷον,*

*ποικιλόθρον, ἀθάνατ' Ἀφροδίτα.*

*τοῦτο δὲ τὴν μὲν πρώτην συζυγίαν ἔχει τροχαϊκὴν ἑξάσημον ἢ ἑπτάσημον· τὴν δὲ δευτέραν, χοριαμβικήν· τὴν δὲ κατακλεῖδα ἐξ ἰάμβου καὶ τῆς ἀδιαφόρου, ὥστε εἶναι τὰ πάντα δύο σχήματα περὶ τὴν τετάρτην συλλαβήν, πῇ μὲν βραχεῖαν γενομένην, πῇ δὲ μακράν. θάτερον μὲν οὖν σχῆμα, τὸ,*

*ποικιλόθρον', ἀθάνατ' Ἀφροδίτα,*

*πρόκειται· θάτερον δέ,*

*ἀλλὰ τυίδ' ἔλθ', αἴ ποκα κἀτερῶτα.*

*ὥστε εἶναι τὸν κανόνα τοιοῦτον,*

βαβα βααβ ααβ
βαββ βααβ αβα

ἔστι δὲ καὶ παρ᾽ Ἀλκαίῳ, καὶ ἄδηλον ὁποτέρου ἐστὶν εὕρημα, εἰ καὶ Σαπφικὸν καλεῖται, οἷον,

χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδων· σὲ γάρ μοι,

τοιούτοις χρῶνται τρισὶν εἰς ἑκάστην στροφήν· εἶτ᾽ ἐπιφέρουσι τὸ τέταρτον, πεντασύλλαβον, χοριαμβικὸν πενθημιμερές, συνεμπῖπτον δακτυλικῷ τῷ εἰς δεύτερον τροχαῖον, οἷόν ἐστι τό,

πότνια, θυμόν.

10. Sappho qua ratione his strophis usa sit, praeclara quaedam carminum eius fragmenta docebunt. Sed eorum haec sors fuit, ut, quo saepius ederentur, tanto pluribus contaminarentur vitiis. Coniurasse enim doctine dicam an indocti videntur ad corrumpenda haec carmina: qui, dum Aeolicas quasdam formas, easque magnam partem aut absurdas, aut alienas ab his carminibus reponerent, sensum, linguam, metrum, denique nihil non susque deque habuerunt. Primum horum carminum, quod servavit Dionysius Halicarnassensis in libro de comp. verb. c. 23. ad hunc fere modum, nisi fallor, corrigendum est.

Ποικιλόθρον᾽, ἀθάνατ᾽ Ἀφροδίτα,
παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί σε,
μή μ᾽ ἄσαισι, μηδ᾽ ἀνίαισι δάμνα,
πότνια, θυμόν,
ἀλλὰ τυίδ᾽ ἔλθ᾽, αἴ ποκα κἀτέρωτα
τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοισ᾽ ἄπυτα
ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα,
χρύσεον ἦλθες
ἄρμ᾽ ὑποζεύξασα, καλοὶ δέ σ᾽ ἆγον
ὠκέες στρουθοί, περὶ γᾶς μελαίνας
πυκνὰ δινεῦντες πτέρ᾽, ἀπ᾽ ὤρράνω αἰθέρος διὰ μέσσω·

αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
ἤρε', ὄττι δ' ἦν, τὸ πέπονθα, κὤτι δ'
ἦν, τὸ κάλημι,
κὤτι ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι
μαινόλᾳ θυμῷ, τίνα δ' αὖτε πείθω
κασσαγηνεῦσαι φιλότατα· τίς σ' ὦ
Ψάπφ', ἀδικήει;
καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἄλλα δώσει·
αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλάσει
κοὐκ ἐθέλοισαν.
ἔλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
ἐκ μεριμνᾶν, ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
θυμὸς ἱμέρρει, τέλεσον· τὺ δ' αὐτὰ
σύμμαχος ἔσσο.

Paucissima tantum de his monebo. Quod v. 6. posuerunt, πόλλυ, usui, πολλᾶς autem linguae legibus repugnat, sensui neutrum aptum est. Mihi in ἄποτ videbatur, ἄπωτα, i. e. ἄπωθεν, latere. V. 11. nihil caussae est, quare quis in crasi offendat, quales apud Homerum, Pindarum, alios saepius inveniuntur. Synecphonesis est v. 17. V. 20. laudo cautum Gaisfordii iudicium ad Hephaest. p. 65. Ψάπφε vocativum esse suspicor pro Σαπφοῖ, ex eo genere nominum, quae apta appellatione ὑποκοριστικὰ a Graecis vocantur. Quarum formarum quum in omnibus linguis magna copia sit, pleraeque tamen intra familiaris sermonis cancellos retinentur: unde linguis exstinctis rara earum vestigia remanent. Maximam autem in his formis libertatem luxuriari, nec certam eas legem sequi, non opus est ut quemquam doceamus. Non melius, nisi peius, habitum est alterum carmen, quod exstat apud Longinum c. 10. Ei sic videtur sensus et oratio non peccans in linguae leges, restitui posse:

φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν ὠνήρ, ὄστις ἐναντίος τοι
ἰσδάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνᾶ-
σαί σ' ὑπακούει,
καὶ γελαΐς ἱμεροέν· τό μοι ἄμμαν
καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν·
ὡς γὰρ εἰσίδω βροχέ', ὡς με φωνᾶς
οὐδὲν ἔτ' ἴκει,
ἀλλὰ κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ'
αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑπεδρόμακεν,
ὀππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημ', ἐπιῤῥόμ-
βεῦσι δ' ἀκουαί,
κὰδ δ' ἰδρὼς ψυχρὸς κέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσην
φαίνομαι . .
ἀλλὰ πᾶν τολματόν, ἐπεὶ χλιαίνη
πᾶσ', ὃ θαυμάζοις ἄν ἴσως, ὑπ' αὐτῶ.

Servandum putavi ὠνὴρ propter consensum librorum. Nam Graece non dici κεῖνος ὁ ἀνήρ, nuper demum cum multis aliis huiusmodi praeceptis in his oris auditum est. Postremos duos versus, quos emendare, quoniam de sensu non constat, difficillimum est, ita, uti lenissimae mutationes videbantur, refinxi. Vltimum versum non scriptoris, qui affert carmen hoc, sed ipsius poëtriae verba continere, iam in dissertatione de pronomine αὐτὸς in Beckii Actis Semin. Reg. vol. I. p. 71. indicavi. Si hic, quem puto, sensus est horum verborum, invidens Sappho viro illi, omnia sibi audenda dicit, quoniam puellam nimis securam amore illius calefieri sentiat. Versu 16. non plane improbabile est, propter similitudinem sequentis vocabuli excidisse Ἀτθί. Alia breviora fragmenta Sapphus, hoc metro scripta, attulit Gaisfordius ad Hephaest. p. 334. Addam his carmen Catulli LI. quo is partem horum versuum interpretatus est:

*Ille mi par esse deo videtur,*
*ille, si fas est, superare divos,*
*qui sedens adversus idemtidem te*
*spectat et audit*
*dulce ridentem, misero quod omnis*
*eripit sensus mihi: nam simul te,*
*Lesbia, adspexi, nihil est super mi*
. . . . .
*lingua sed torpet: tenuis sub artus*
*flamma dimanat: sonitu suopte*
*tintinant aures: gemina teguntur*
*lumina nocte.*
*otium, Catulle, tibi molestum est:*
*otio exsultas, nimiumque gestis:*
*otium et reges prius, et beatas*
*perdidit urbes.*

11. Apparet, caesuram, quae in quarta syllaba ex numeri lege fieri debebat, non observari. Nec sane in tam brevi versu magnopere opus est caesura, praesertim numeris leni theseos et arseos coniunctione nexis. Praeterea secundi trochaei ultimam syllabam et Sappho et Catullus ancipitem esse voluerunt, neque ulla caussa est, quare, quum numerus id ferat, longam eam esse debere statuamus.

12. Praeterea nisi omnes, certe tres primi versus in Graecis exemplis non sunt nexi, sed hiatum admittit coniunctio: ut in primo carmine Sapphus v. 21. 22. Tametsi in secundo carmine v. 9. elisio primum et secundum versum connectit. Tertium et quartum versum exstiterunt nuper qui perpetuato numero cohaerere existimarent. Et sane divisum inter hos duos versus vocabulum Sappho habet in primo carmine v. 11. et 15. in secundo v. 3. et 11. Horatius autem in his locis: I. Carm. 2, 19.

*labitur ripa Iove non probante, uxorius amnis.*

25, 11.

*Thracio bacchante magis sub interlunia vento.*

II. 16, 7.

*Grosphe, non gemmis, neque purpura venale, neque auro.*

III. 27, 26.

*pendulum zona bene te sequuta elidere collum.*

IV. 2, 23.

*aureos educit in astra, nigroque invidet Orco.*

et in carmine saeculari v. 47.

*Romulae genti date remque, prolemque, et decus omne.*

In Sapphus quidem fragmentis non invenitur exemplum, quo non nexos esse hos duos versus appareat. Horatium vero eos pro non nexis habuisse, hi loci demonstrant: I. 2, 47.

*neve te nostris vitiis iniquum ocior aura.*

12, 7.

*unde vocalem temere insequutae Orphea silvae.*

22, 15.

*nec Iubae tellus generat, leonum arida nutrix.*

Iam suspicari quidem possit aliquis, Horatium, quum dividi inter hos versus vocem non posset non animadvertere, tamen illud non vidisse, etiam si plena voce tertius versus finiretur, cohaerere numerum, neque hiatui ibi locum concedi. At ego quidem neque hoc facere ausim, neque vero Boeckhio assentiar, qui p. 313. istam voca-

buli divisionem Archilochea epodorum licentia excusari vult, quam a Pindari perfectione longissime abhorrentem, Aeolensi poëtriae non improbatam dicit, paracatalogen scilicet suam in promptu habens. Si, quod planissimum est, sequi praestat, ita potius sentiendum erit, natura sua nullum huius strophae versum cum altero nexum esse, sed, quum versus omnes et satis breves sint, maxime autem ultimus, et omnes numeri per totam stropham arseos et theseos continuis vicibus decurrant, prouti sensus et res aut arctius coniungi verba postulat, aut sinit magis disiuncta esse, nunc perpetuari, nunc etiam non perpetuari numerum. Eamque rationem etiam in tragicorum strophis interdum observatam puto, nec scio, an ne a Pindaro quidem prorsus repudiata fuerit: quod si est ita, novum imminet longis istis versibus periculum. De Sapphica quidem stropha ut sic statuam, illud me movet, quod etiam alios, quam tertium et quartum versum interdum nexos video, ut in secundo Sapphus carmine v. 9. quum tamen primus, secundus, et tertius versus alibi non nexi sint, ut in eodem carmine v. 2. et in primo v. 6. 14. 21. 22. et apud Horatium II. 2, 17.

*dissidens plebi numero beatorum*
*eximit virtus.*

16, 34.

*mugiunt vaccae: tibi tollit hinnitum*
*apta quadrigis equa:*

IV. 2, 22.

*plorat, et vires, animumque, moresque*
*aureos educit in astra.*

Praeterea propter ipsam illam et brevitatem versuum et numeri nectendi facilitatem saepe ita verba disponi videmus, ut duo versus arctissime iungendi sint, etiam ubi nulla est vocabuli divisio, ut quum copula est in fine versus, veluti in hoc Horatii II. 6, 1.

*Septimi, Gadis aditure mecum, et*

*Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, et*
*barbaras Syrtis.*

III. 8, 26.

*parce privatus nimium cavere, et*
*dona praesentis rape laetus horae, ac*
*linque severa:*

et saepe alibi. Vel quum pronomen, sequente in altero versu pronomine, ut IV. 11, 18.

*pene natali proprio, quod ex hac*
*luce Maecenas meus affluentis.*

Vel quum praepositio, ut III. 8, 2.

*plena miraris, positusque carbo in*
*cespite vivo,*

IV. 6, 11.

*procidit late posuitque collum in*
*pulvere Teucro.*

Accedit ad haec, quod propter easdem caussas omnino rarus est hiatus etiam inter primum et secundum, secundumque et tertium versum. Exempla apud Horatium vix alia inveneris, quam I. 2, 6. 12, 6. 25, 18. 30, 6. II. 4, 6. 16, 5. III. 11, 29. 27, 10.

13. Valde severam Horatius sibi legem scripsit, quum maiores versus non nisi ab epitrito secundo incepit, caesuram autem constanter fecit in arsi dactyli, interdum etiam in media huius pedis thesi. Defendit hanc rationem Boeckhius p. 94. seqq. nec negari potest, Latinae eam linguae, cuius minor volubilitas est, melius, quam alteram convenire. Spondeus enim robustiorem et magis masculum reddit numerum, eademque incisionis in arsi dactyli factae vis est, quae simul facit, ut perpetuitas numeri et cohaerentia magis elucescat. At in ipso numero, ut iam supra dixi, tantum abest, ut ulla aut epitriti illius adhibendi, aut incisionis in dactylo faciendae necessitas appareat, ut magis ditrochaeus, factaque

in huius fine caesura uti suavior, ita numero consentanea esse videatur. Caesuram enim numeri ratio in fine ditrochaei esse iubet, si quidem, ut nobis placet, finis vocabuli in fine ordinis caesura vocatur. Et hoc quidem modo Horatiani versus carent caesura. Sed quoniam tam breves ordines etiam sine caesura recte coniungi possunt, tantoque arctius cohaerere videntur, quo magis divisa inter pedes sunt vocabula, connexio illa pedum in brevi numero minime iniucunda, et potius quodammodo firmior et fortior est. Quam qui caesuram vocant, verbo, non rei litem movent. Itaque ut gravitatis et cuiusdam etiam severitatis laudem habent hi numeri,

*quem virum aut heroa lyra vel acri*
*tibia sumis celebrare, Clio,*
*quem deum, cuius recinet iocosa*
*nomen imago,*

ita nemo tam durus erit et invenustus, quin sentiat, suavitate et lenitate multum praestare hos versus:

*ποικιλόθρον᾽, ἀθάνατ᾽ Ἀφροδίτα,*
*παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί σε,*
*μή μ᾽ ἄσαισι, μηδ᾽ ἀνίαισι δάμνα,*
*πότνια, θυμόν.*

14. Sed quod ad incisionem illam attinet, quae placuit Horatio, hoc quoque animadverti velim, ipsum mutasse suam de ea sententiam videri. Nam quum in priοribus libris raro in media thesi dactyli incidisset, ut I. 10, 1.

*Mercuri facunde nepos Atlantis*

quod fecit v. 6. 18. 12, 1. 25, 11. 30, 1. 11. 6, 12. in posterioribus carminibus fecit id saepissime: IV. 2, 7. 9. 13. 17. 23. 33. 34. 38. 41. 47. 49. 50. in sexto v. 10, 13. 27. 30. 33. 35. in undecimo v. 23. 29. 30. 34. in Carmine saeculari v. 1. 14. 15. 18. 19. 35. 39. 43. 51. 53. 54. 55. 58. 59. 61. 62. 70. 73. 74. Non censenda est ne-

glecta esse caesura I. 2, 54.

*quam Iocus circumvolat et Cupido.*

Praestat enim divisim scribi hoc verbum, ut II. 16, 33.

*te greges centum, Siculaeque circum*
*mugiunt vaccae.*

Facit etiam interdum caesuram cum elisione, quo in genere notandus hic locus III. 27, 10.

*imbrium divina avis imminentum.*

Quae in Horatio quidem minus elegans elisio est. Sed hoc quidem plerisque inauditum dixero: periti autem, quam multa de arte elidendi praecipi possint, ipsi videbunt: quo in genere perpaucos eorum, qui hodie Latinos versus faciunt, satis exercitatos reperimus. Semel Horatius etiam brevem syllabam in incisione producere ausus est II. 6, 14.

*angulus ridet, ubi non Hymetto.*

15. Tragoediarum Senecae adscriptarum mentionem facere si operae pretium est, triplex in his ratio invenitur, qua Sapphicus hendecasyllabus usurpatus est. Nam aut certis locis Adonium additum habet, ut in Medea v. 579. seqq. ubi primo septem sunt strophae, quales Sappho condidit, ex tribus maioribus et uno Adonio versu; deinde quinque strophae ex octo maioribus, quorum in fine est Adonius; denique magnus longiorum versuum numerus, finitus uno Adonio: cuiusmodi carmina ex multis longioribus et uno brevi versu sunt etiam in Thyeste v. 546. seqq. in Hippolyto 736. seqq. in Oedipo v. 417. seqq. in Hercule Oetaeo v. 1517. seqq. Alibi temere, uti visum est, rarus aliquis Adonius insertus reperitur, in fine autem non positus, ut in Oedipo v. 110. seqq. in Troadibus v. 815. seqq. 1010. seqq. Denique etiam soli inveniuntur longiores versus, omni carentes Adonio, in Hercule furente v. 830. seqq. et in Hippolyto v. 274. seqq.

16. Pergimus ad Alcaicam stropham, de qua Hephaestio, quem mutilatum esse observat Gaisfordius p. 336. ita scribit p. 46. (79) *ἐπιωνικὸν δὲ ἀπὸ μείζονος τρίμετρον καταληκτικόν ἐστι, τὸ καλούμενον Ἀλκαϊκὸν ἑνδεκασύλλαβον, ὃ τὴν μὲν πρώτην συζυγίαν ἔχει ἰαμβικήν, ἤτοι ἑξάσημον, ἢ ἑπτάσημον· τὴν δὲ δευτέραν Ἰωνικὴν ἀπὸ μείζονος, ἢ δευτέραν παιωνικήν· τὴν δὲ κατακλεῖδα, ἐκ τροχαίου καὶ τῆς ἀδιαφόρου, οἷον,*

*ὦναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός·*
*Μέλαγχρος, αἰδῶς ἄξιος ἐς πόλιν.*

Constat hic versus ex duobus ordinibus, quorum prior est penthemimeres iambicum, alter autem ex duobus dactylis. Facile enim patimur, Boeckhium p. 73. auribus nostris vereri, si in dactylos, non in logaoedicum ordinem exire hos versus statuamus. Persuasum enim habemus, nec veterum quemquam, neque recentiorum, nisi qui suae alicui doctrinae plus, quam sensui etiam ultro monenti, tribuat, aliter quam duobus dactylis hos versus finiisse. At veterum exemplo Klopstockium et Vossium logaoedico numero dimensos esse hunc versum ait Boeckhius. Nimirum haec quoque properantius scripsisse videtur vir optimus. Qui sunt enim, quos dicit, veteres? Num Hephaestio? at huius verba apposuimus: in quibus nihil est de ea re. An alii? at hos citatos oportebat, ne, si lector quaesitum iret, contrarium ex Servii Centimetro p. 1825. ex Mario Victorino p. 2615. ex Atilio Fortunatiano p. 2703. ex Mallio Theodoro p. 23. proferret, a quibus non putandus est dissentire Plotius p. 2659. ultimum pedem dactylum vel amphimacrum dicens, quum illi omnes simpliciter in duos dactylos exire hunc versum tradant. Sed Vossium quoque et Klopstockium auctores adhibet Boeckhius. De Vossio verum narrat: cui idem, quod ipsi, acciderat, ut, dum veterum numeros hodiernis musicorum rhythmis per incrementa temporum et pausas et si quae sunt aliae huiusmodi

machinae, accommodare conaretur, captus opinione illa, hanc unice veram esse putaret. Klopstockio vero iniuriam fecit Boeckhius, si ei logaoedicum ordinem in hoc versu probatum fuisse credidit. In omnium manibus sunt huius odae: quarum si uni alterive descriptio metri logaoedicum ordinem habens praefixa est, at id aut casu, aut quod ultimam syllabam ancipitem esse sciret, factum esse ex eo apparet, quod plerisque odis, quae strophas Alcaicas habent, praemissa est dactylorum notatio.

17. Sed omnino alia videtur huius strophae esse ratio, quam Boeckhio visum est. Qui etsi illud recte animadvertit, numeros in huiusmodi strophis similes sibi esse, et aliter atque aliter variari: tamen in qua re posita sit ea similitudo, non satis docuit. Alcaicae strophae duo sunt ordines, qui totius strophae materiam continent, unus ex duobus trochaeis, alter ex duobus dactylis. Hac in re similitudo numerorum posita est. Anacrusis enim minoris momenti est, quam ut ad naturam numeri in huiusmodi genere multum conferat. Ambo illi ordines in primo secundoque versu conspiciuntur:

$$\text{x} \mid \acute{\text{x}} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u} \mid \acute{\text{x}} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u}$$

In tertio prior bis positus est:

$$\text{x} \mid \acute{\text{x}} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u} \mid \acute{\text{x}} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u}$$

in quarto denique ambo rursus coniuncti in unum,

$$\acute{\text{x}} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u} \text{—} \text{u}$$

18. Hic quoque primo Alcaei aliquot exempla ponam. Apud Athenaeum X. p. 430. A.

*ὗει μὲν ὁ Ζεύς, ἐκ δ' οὐρανῶ μέγας*
*χειμών· πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.*

Ibidem:

*κἀββαλλε τὸν χειμῶν', ἔπι μὲν τιθεὶς*

πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
μελιχρόν· αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
μαλθακὸν ἄμφιγνόφαλλον . .

Apud Heraclidem Ponticum Alleg. Hom. p. 13. ed. Schow.

τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλων·
πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη,
καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
χαλᾶσι δ' ἄγκυραι.

*Κάλων* reposuit Blomfieldius, dissimulans, ut videtur, ducem sibi fuisse Schowium. *Πὲρ* dedi pro *παρά*. Sic Alcaeus apud Apollonium Dysc. de pronomine p. 595. A. ut vidit Bastius ad Gregor. Cor. p. 616.

οἴκῳ τε πὲρ σῷ καὶ περ' ἀτιμίαις.

Apud eumdem Heraclidem ibidem:

τόδ' αὖτε κῦμα τῷ πρυτέρῳ νέον
ὁμοστιχεῖ . . παρέξει δ'
ἄμμι πόνων πολὺν . . ἀντλῆν.

Hoc fragmentum parum feliciter tentavit Petrus Elmsleius in Diario Classico vol. XVI. p. 395. Aliam plenam Alcaei stropham praebet Athenaeus X. p. 430. B.

οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν·
προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι,
ὦ Βύκχι· φάρμακον δ' ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆν.

Et ibidem paullo post:

νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν
πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.

Legitur *ποιεῖν* apud Athenaeum, quod recte emendatum puto a Casaubono. Quamvis enim elegans sit coniectura docti cuiusdam viri, *καὶ χθόνα πρὸς βίαν παίειν*, tamen

quis propter imitationem Horatii tale quid statim amplectatur, praesertim quum nesciamus, an ille suum *nunc pede libero pulsanda tellus* ex iis, quae sequebantur apud Alcaeum, hauserit? Aristoteles Rhet. I. 9, 20. *ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου,*

*θέλω τι ϝειπῆν, ἀλλά με κωλύει*
*αἰδώς·*
*αἰ δ' ἴκε σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν*
*καὶ μή τι ϝειπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν,*
*αἰδώς κέ τευς οὐκ εἶχεν ὄππατ',*
*ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.*

Miror, qui in formis Aeolicis, quibus numquam usi sunt Sappho et Alcaeus, introducendis satagunt, non ad ea potius animum advertisse, quae non latere debent eum, qui salva esse haec fragmenta vult. Nam quod nuper editum est, *οὐκ ὄππατ' εἶχεν*, non solum, quia non necessaria est transpositio, sed etiam quia falsa, ferri nequit. Cur autem falsa sit; non est, quod peritos moneam. Adde his versus alius poëtae apud Athenaeum XV. p. 695. A.

*. . . ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,*
*εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·*
*ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται,*
*τῷ παρέοντι τρέχειν ἀνάγκη.*

19. Ex his Alcaei Sapphusque fragmentis haec colliguntur: in duobus primis tertioque versu priorem ordinem hac forma esse,

⏑ ⏓ ⏑ — ⏑

syllaba ancipite et in anacrusi et in ultima thesi locum habente; deinde caesuram, quae in fine huius ordinis esse debebat, haud raro negligi; denique tertium quartumque versum etiam perpetuato numero iungi, quod tamen nulla necessitate factum videtur, sed quia, ut

in Sapphica stropha, lenis est et facilis a trochaeis ad dactylos transitio.

20. Horatius hac quoque in stropha severiori lege usus est. Nam quo graviores faceret numeros, in primis tribus versibus priorem ordinem semper longa thesi terminavit. Nam III. 5, 17.

*si non periret immiserabilis*
*captiva pubes,*

vereor ne recte. Glareanus conieccrit *perirent.* Neque vero necessarium videtur, ut, quod Bentleio placet, admissa hac coniectura, etiam *immiserabiles* scribatur. Quin etiam anacrusin plerumque longam esse voluit Horatius: ex quo apparet, ita eum hos versus recitasse, ut a nostratibus fieri solet,

— ⏑ | ⏑ —

*non usitata, nec tenui ferar*
*penna biformis per liquidum aethera*
*vates, neque in terris morabor.*

Raro brevis invenitur anacrusis: quam in primis quidem duobus versibus hi loci habent: I. 9, 1. 16, 19. 27, 17. 31, 17. 35, 37. 38. 37, 22. II. 1, 6. 20. 9, 5. 14, 6. III. 1, 2. 26. 5, 22. In tertio autem hi: I. 29, 7. 37, 15. II. 3, 3. 17, 3. 20, 11. Caesuram in primis duobus versibus strenue observat. Non officit autem caesurae elisio, ut I. 16, 6.

*mentem sacerdotum incola Pythius.*

Sic 31, 6. 34, 10. 15. 35, 10. 25. 33. II. 3, 13. 5, 21. 9, 18. 11, 21. 17, 10. III. 1, 5. 2, 5. 30. 3, 33. 41. 4, 6. 49. 6, 18. 21, 13. 29, 17. quo pertinent etiam hi duo versus, in quibus simul synecphonesis fit, III. 4, 41. 6, 6.

*vos lene consilium et datis, et dato.*
*hinc omne principium, huc refer exitum.*

Si quando neglexit caesuram, fecit id in verbis compositis. Ita I. 16, 21. 37, 5. II. 17, 21.

*hostile aratrum exercitus insolens.*
*antehac nefas depromere Caecubum.*
*utrumque nostrum incredibili modo.*

Semel etiam in non composito, IV. 14, 17.

*spectandus in certamine Martio.*

Cui addi potest alius locus I. 37, 14.

*mentemque lymphatam Mareotico,*

nisi hic scripsit *a Mareotico.* Semel etiam legitimo hiatu partes huius versus disterminavit, II. 20, 13.

*iam Daedaleo ocior Icaro.*

Qualem hiatum peritiores non in licentiis numerabunt, sed elisionem hic improbandam fuisse intelligent. In tertio versu etsi saepe caesuram, quae ordinibus consentanea est, servat, ut, I. 9, 11.

*deproeliantes, nec cupressi,*

tamen plerumque arctius coniunctis ordinibus aut in proxime sequente arsi, aut in thesi, quae eam sequitur, incidere amat:

*deprome quadrimum Sabina.*
*sedes Atlanteusque finis.*

Et haec incisio elegantior est, si in vocabulo fit etiam secundam versus arsin comprehendente, quam post eam arsin incepto, ut in hoc, I. 26, 11.

*hunc Lesbio sacrare plectro.*

Perpetuitas numeri etsi nulla est inter singulos versus, tamen raro hiant fines atque initia, casu saepius, quam consilio, quoniam longe plurima verba a consonante incipiunt. Atque inter primum et secundum versum hiatus est I. 17, 13. 25. 31, 5. 35, 9. II. 5, 9. 13, 21. III. 2, 7. 4, 9. Inter secundum et tertium I. 9, 14. 17, 6. 31, 14. 35, 38. II. 13, 26. III. 5, 10. 46. IV. 15, 10. Inter tertium et quartum I. 9, 7. 37, 11. II. 9, 3. 13, 7. 11. 14, 3. Observandum est autem, minus offensionis

habere hiatum, si in longa, quam si in brevi syllaba; si cum interpunctione aliqua, quam si in continuata oratione fiat. Vnde non laudaverim hoc, II. 13, 7.

*sparsisse nocturno cruore*
*hospitis.*

Tertium vero et quartum versum ad Alcaei exemplum nectit interdum perpetuato numero: II. 3, 27. III. 29, 35.

*sors exitura et nos in aeternum*
*exsilium impositura cymbae.*
*cum pace delabentis Etruscum*
*in mare, nunc lapides adesos.*

In quarto denique semel productionem in arsi admisit, II. 13, 17.

*caeca timet aliunde fata.*

Est autem praecipua huius versus virtus in eo posita, ut pedibus bene nexis decurrat, neque aut singulae voces singulos pedes impleant, aut duo amphibrachi iungantur, ut si hunc versum,

*quae caret ora cruore nostro,*

ita immutes:

*ora carere cruore nostro.*

21. Multa adiici possent de elegantia huius strophae. Sed horum pauca tantum breviter attingam. Non magnopere laudanda est vox monosyllaba in caesura maiorum versuum posita, praesertim si interpunctio praecedit, ut III. 29, 27.

*non est meum, si mugiat Africis.*

Vide IV. 4, 37. 69. 73. 14, 33. 41. 45. Neque elegans est in fine posita vox monosyllaba, ut II. 11, 13.

*cur non sub alta vel platano vel hac*
*pinu iacentes,*

Alia posita est in elisionum commoditate et elegantia, ex quo genere hae minus suaves sunt, III. 1, 31. 29, 15.

*culpante, nunc torrentia agros.*
*coenae, sine aulaeis et ostro.*

Maxima vero et in hac et in aliis similibus strophis ars cernitur in membris orationis apte variandis. Nam etsi oratio ut plurimum versuum stropharumque finibus aptanda est, tamen, praesertim in longiore carmine, molesta est nimia membrorum et periodorum similitudo, saepeque etiam in laudis parte numerandum, si ultra strophae finem protendatur oratio. Sentient hoc, qui Statii carmen in Silvis IV. 5. comparare cum ea libertate, qua Horatius utitur, volent. Sed licet oratio continuari ultra finem strophae possit, tamen numeros non recte quis nectat, non tam quia singulas strophas novo numero incipere par est, quam quod connexio illa per thesin et anacrusin fieri deberet, quod valde inconcinnum est, ut, quemadmodum ante Bentleium legebatur II. 13, 7.

*hospitis: ille venena Colchica,*
*et quidquid usquam concipitur nefas.*

22. Sequatur stropha, quae valde frequentata Graecis, ab Latinis non est usurpata. Eius plurima exempla exstant in scoliis apud Athenaeum XV. p. 694. seqq. Ea duobus Phalaeceis additos habet hos duos versus:

⏑ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ –

– ⏑ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Miram enim Grotefendii descriptionem, ab novissimo editore Athenaei commemoratam, satius duco silentio praeterire, praesertim quum eum ne vernaculos quidem versus Klopstockii recte dimetiri videam. Quae autem Boeckhius de compositione huius strophae p. 191. disputat, descriptas pedum formas intuenti fortasse placere poterunt, non item numeros aure adhibita consideranti. Quid enim? num necesse est numeros, ex quibus stropha aliqua componatur, unius generis esse? Immo il-

lud requiritur, ut, quantumvis diversi numeri consocientur, apte id fiat, et sic, ut ad sensum aliquid, quod unum totumque sit, efficiatur. In hac quidem stropha ab numero logaoedico cum basi, qui fortior est simplici logaoedico, transitur ad Creticum, ab hoc ad choriambicum, sed apto adhibito temperamento, ne neuter vehementior sit, quam logaoedicus ille pati videatur. Exempla apud Athenaeum haec exstant:

*Παλλὰς Τριτογένει᾽, ἄνασσ᾽ Ἀθάνα,*
*ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας,*
*ἄτερ ἀλγέων καὶ στασέων*
*καὶ θανάτων ἀώρων, σύ τε καὶ πατήρ.*

Aliud scolion:

*Πλούτου μητέρ᾽, Ὀλυμπίαν ἀείδω*
*Δήμητρὰν, στεφανηφόροις ἐν ὥραις·*
*σέ τε, παῖ Διός, Περσεφόνη.*
*χαίρετον, εὖ δὲ τήνδ᾽ ἀμφέπετον πόλιν.*

Aliud:

*Ἐν Δήλῳ πότ᾽ ἔτικτε παῖδα Λατώ,*
*Φοῖβον χρυσοκόμαν, ἄνακτ᾽ Ἀπόλλων᾽,*
*ἐλαφηβόλον τ᾽ ἀγροτέραν*
*Ἄρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ᾽ ἔχει κράτος.*

Aliud, quod ita scribendum:

*Ὦ Πάν, Ἀρκαδίας μέδων κλεεννᾶς,*
*ὀρχηστά, Βρομίαις ὀπαδὲ νύμφαις,*
*γελάσειας, ὦ Πάν, ἐπ᾽ ἐμαῖς*
*εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος.*

Aliud:

*Εἴθ᾽ ἐξῆν, ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος,*
*τὸ στῆθος διελόντ᾽, ἔπειτα τὸν νοῦν*
*ἐσιδόντα, κλείσαντα πάλιν,*
*ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.*

Aliud:

*Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,*
*δεύτερον δὲ, καλὸν φυὰν γενέσθαι·*

τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως·
καὶ τὸ τέταρτον, ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Aliud:

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ᾽ Ἀριστογείτων,
ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,
ἰσονόμους τ᾽ Ἀθήνας ἐποιησάτην.
φίλταθ᾽ Ἁρμόδι, οὔ τί που τέθνηκας·
νήσοις δ᾽ ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι,
ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεύς,
Τυδείδην τέ φασιν Διομήδεα.
ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ᾽ Ἀριστογείτων,
ὅτ᾽ Ἀθηναίης ἐν θυσίαις
ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην.
αἰεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ᾽ αἶαν,
φίλταθ᾽ Ἁρμόδιε κ᾽ Ἀριστογείτων,
ὅτι τὸν τύραννον κτανέτον,
ἰσονόμους τ᾽ Ἀθήνας ἐποιήσατον.

Aliud, quod sic scribendum videtur:

αἶ αἶ, Λειψύδριον προδωσέταιρον,
οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μαχέσθαι τ᾽
ἀγαθούς, γένει τ᾽ εὐπατρίδας,
οἳ τότ᾽ ἔδειξαν, οἵων πατέρων ἔσαν.

Apud Athenaeum est μαχέσθαι ἀγαθούς τε καὶ εὐπατρίδας. Apud Eustathium p. 461, 25. μαχέσθαι τ᾽ ἀγαθοὺς καὶ εὐπατρίδας: apud Suidam autem, in v. ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχῃ, in ed. Mediol. μάχεσθαι δ᾽ ἀγαθούς γε καὶ εὐπατρίδας. Aristophanes in Ecclesiaz. 938.

εἶθ᾽ ἕξῃν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρεσβύτερον·
οὐ γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ᾽ ἐλευθέρᾳ·
οἰμώζων ἄρα, νὴ Διά, σποδήσεις.
οὐ γὰρ ταπὶ Χαριξένης τάδ᾽ ἐστίν.

κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν
ἔστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα.

23. Ingens coacervari posset stropharum, quae veteri more ex paucis versibus compositae sunt, numerus; sed satis esse arbitror, aliquot in exemplis rationem earum naturamque monstrasse. Praeterea aliquot aliae iam in secundo libro, ubi res ita ferebat, commemoratae sunt. Vnam adiiciam Gregorii Nazianzeni, ne recentiores plane praeteriisse videar, in carm. iamb. XX, p. 224. Ea ex quattuor facta est versibus iambicis.

Ὅρκου τί χεῖρον; οὐδέν, ὡς ὑμῖν λόγος.
πῶς τοῦτ' ἐλέγχεις, εἰπέ μοι.
λίαν προδήλοις καὶ σαφεστάτοις λόγοις.
τίσιν; δίδαξον.

## CAP. XVII.

### *De strophis maioribus.*

1. Dicendum iam est de strophis maioribus, quales Stesichorus, Pindarus, Simonides, tragici fecerunt. In quarum compositione aperienda multam, sed, ut mihi quidem videtur, parum fructuosam operam consumpsit Boeckhius. Qui etsi recte observat, has strophas plerumque ex pluribus numeris una perpetuitate iunctis componi, tamen, quae de hac ipsa ordinum coniunctione novis etiam nominibus inventis disputat, vereor ne non multum aut lucis aut utilitatis allatura sint. Nam ut tantisper ei concedamus, in perfecta compositione et primarium numerum, et exordium aliquod, et clausulam esse debere, quid lucrabimur, ubi audiverimus, posse modo exordium, modo clausulam abesse; posse et has partes, et ipsum numerum primarium ex pluribus partibus constare; posse denique clausulam simul exordium esse alius

numeri? Haec enim ille omnia ita esse contendit p. 181. seqq. Quae mihi quidem eo redire videntur, ut leges illae semet ipsae tollant, resque omnis denique sensui permittatur, qui quoque in genere, quid aptum et conveniens sit, videat atque expendat. Itaque nos, missis his subtilitatibus, alio modo de harum stropharum natura disseremus.

2. Etenim hae maiores strophae quoniam aut ad graviores, aut ad vehementiores animi motus exprimendos adhibentur, quum omnino longiores et ex partibus longioribus esse debent, tum numeros habere partim granditate severos atque magnificos, partim varietate inaequabiles et rapidos. Granditas enim, extollens animum, gravitatem affert: varietas autem, in diversa eum rapiens, addit vehementiam. Est autem et granditas duplex, et varietas. Vtraque enim aut in natura numerorum, aut in comparationibus inest: in natura, quum numeri temporibus tardi vel concitati sunt; in comparationibus, quum aequali membrorum proportione incedunt, vel brevia membra longis miscentur. His rebus quum id, quod commune est stropharum maiorum, tum diversitates earum designatae sunt. Nunc dicam de singulis.

3. Atque commune harum stropharum illud posui, quod et ipsae longiores, et ex partibus longioribus sunt. De ipsarum longitudine non opus est quidquam adiici: nemo enim non videt, ad magna apte exprimenda breves strophas non satis accommodatas esse. Similiter se res habet in partibus stropharum. Leviora enim et tenuiora argumenta facilius breves numerorum terminationes admittunt: quod contra magna, grandia, severa longius continuari atque evolvi numeros postulant. Hinc proprium est harum stropharum, plures, eosque diversos numeros una perpetuitate iunctos habere, ut, si in par-

tes suas dividantur, minus ex versibus pausa terminatis, ut illae breviores strophae, quam ex cohaerentibus versibus, compositas esse appareat. Quod si interdum etiam in brevioribus illis strophis numerus continuatus reperitur, at eo tamen a maioribus illis differunt, quod nonnisi eumdem numerum, ut Glyconeum, vel Ionicum, perpetuatum habent, quum in strophis maioribus etiam diversi atque dissimiles numeri cohaereant.

4. Diversitatem stropharum maiorum in gravitate et vehementia numerorum posui. Quae res ut sibi quodammodo oppositae sunt, ita inserviunt discernendis iis harum stropharum generibus, quae quasi extrema sunt. Has brevitatis caussa Dorias atque Aeolias strophas nominabo, quoniam alteri generi Doria, alteri Aeolia harmonia convenit, ut in dissertatione de dialecto Pindari ostendi. Doria enim harmonia graves illos et severos numeros requirit, Aeolia vehementes et concitatos. Medium inter haec duo atque ex utroque temperatum illud genus est, quod Lydiae harmoniae conveniebat: quare has Lydias vocabimus. Quamquam minime ita haec nomina accipi velim, ac si cuique generi hanc tantum, a qua ei nomen imposui, neque aliam harmoniam consociari potuisse contendam.

5. Iam naturam numerorum si consideramus, in Doriis illis strophis graves, tardi, ponderosi numeri conspiciuntur, quales in primis sunt epitriti Dorii, de quibus supra explicatum est, iuncti dactylicis numeris; trochaeus semantus, Cretici numeri, quaedam trochaeorum atque iamborum formae, item formae quaedam antispasticae. In Aeoliis autem strophis celeres, concitatos, rapidos numeros invenimus, cuiusmodi sunt omnes, qui vel natura sua multas breves syllabas continent, ut paeones, vel qui per solutiones accelerantur, ut formae quae-

dam dochmiacae, vel qui pedes atque ordines inaequales habent, ut qui ex paeonibus in trochaeos, vel ex dactylis in paeones abeunt.

6. Comparationes autem numerorum si spectamus, in Doriis strophis membra aequali quadam proportione exaequata sunt, nunc multitudine syllabarum, nunc, ut in trochaeo semanto, temporum pondere. Aeoliae autem strophae, quae ad concitandos perturbandosque animos factae sunt, inaequalitate membrorum gaudent, breves versus longis miscentes, nullamque certam observantes proportionem.

7. Mediae inter utrumque genus et quasi ex utroque temperatae eae strophae sunt, quae ad Lydiam harmoniam canebantur. in quibus et magis compositi sunt numeri, quam ut vehementiam Aeoliorum referant, et varietate maiore distincti, quam ut ad Doriam gravitatem accedant.

8. Doriae strophae exemplum hoc esto.

*Χρυσέα φόρ - μιγξ Ἀπόλλω-*
*νος καὶ ἰοπλοκάμων*
*σύνδικον Μοι - σᾶν πτέανον,*
*τᾶς ἀκούει - μὲν βασις ἀγλαΐας - ἀρχά,*
*πείθον - ταί δ' ἀοιδοὶ - σάμασιν,*
*ἀγησιχόρων ὁπόταν προ - οιμίων*
*ἀμβολὰς τεύ - χῃς ἐλελιζομένα,*
*καὶ τὸν αἰχμα - τὰν κεραυνὸν - σβεννύεις*
*ἀενάου πυρός, εὖ - δει δ' ἀνὰ σκά-*
*πτῳ Διὸς αἰετὸς ὠκεῖ-*
*αν πτέρυγ' ἀμφοτέρω - θεν χαλάξαις.*

Apparet regnare hic epitritos Dorios, temperatos alio alacriore quidem, sed gravi tamen numero, dactylico; tum etiam duo addi membra ex duabus syllabis, sed pondere caeteris convenientia, trochaeos semantos, de qui-

bus supra dictum cap. 13. Videamus nunc Aeoliae strophae exemplum.

*Μεγαλοπόλιες ὦ Συρακόσαι βαθυπολέμου*
*τέμενος Ἄρεος ἀν - δρῶν ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν*
*δαιμόνιαι τροφοί·*
*ὔμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θη - βᾶν φέρων*
*μέλος ἔρχομαι ἀγγελίαν τετραρρίας ἐλελίχθονος,*
*εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων*
*τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις,*
*ποταμίας ἔδος Ἀρτέμιδος, ἅς - οὐκ ἄτερ*
*κείνας ἀγαναῖσιν ἐν*
*χερσὶ ποικιλανίους ἐδάμασσε πώλους.*

Manifesta in his est et dissimilitudo membrorum, et numerorum vehementia, tum per celeritatem pedum effecta, tum per illud genus numeri concreti, cuius ordines syllabarum theticarum multitudine crescunt. Lydii generis duo exempla ponam: Ol. V.

*Τυφλᾶν ἀρετᾶν - καὶ στεφάνων ἀω - τὸν γλυκύν,*
*τῶν Οὐλυμπίᾳ, Ὠκεανοῦ θύγατερ,*
*καρδίᾳ γελανεῖ,*
*ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ,*
*Ψαύμιός τε δῶρα.*

Et Nem. IV.

*Ἄριστος εὐφροσύνα - πόνων κεκριμένων*
*ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ*
*Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ*
*θέλξαν νιν ἁπτόμεναι·*
*οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γε μάλθακα τέγγει*
*γυῖα, τόσσον εὐλογία φόρμιγγι συνάορος.*
*ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει,*
*ὅ τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ*
*γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.*

# CAP. XVIII.

## *De stropharum in membra sua distributione.*

1. Accedimus ad rem valde impeditam, quae etsi regulis quibusdam comprehendi potest, tamen in quibusdam carminibus non nisi paullatim et multo diuturnoque labore ad maiorem adduci perfectionem poterit. Quum enim in aliis metris ambiguum sit, quos numeros habeant, alia autem ex quibus partibus constent, non satis exploratum sit: non est mirum, in versibus stropharum disponendis alios alio inclinare, quorum dissensus saepe nullo pacto, ut nunc quidem metrorum scientia comparata est, componi certoque iudicio dirimi potest. In quo genere haec duo maxime vitanda sunt, unum, ne quis temere sensum suum sequatur, praesertim non multa diligentique metrorum pervestigatione exercitatum atque excultum; deinde, ne regulas audiat, idoneo fundamento destitutas, quales ex parum accuratis observationibus, vel ex erroribus veterum, vel ex opinionibus clarorum hominum promanant. Et hoc quidem, quod postremum commemoravi, illorum potissimum caussa dixi, qui Porsono auctore, viro doctissimo, sed rei metricae non ultra notissima metra perito, nihil prius sibi agendum putant, quam ut versus, si fieri possit, omnes ad eamdem metri formam redigant: quod quam perversum sit, et supra p. 493. et olim in praefatione ad Hecubam p. 70. indicavi. Nam etsi bona est Porsoni admonitio, curandum esse, ut eadem metri species quam saepissime recurrat, tamen neque ipse Porsonus satis caute ea usus est, et imitatores eius, ut solent, qui toti ex alieno ore pendent, multo gravius in hoc genere peccarunt.

2. Qui versus strophicos recte disponere volunt, ante omnia videre debent, an in iis nota aliqua et usi-

tata metra reperiantur. Veri simillimum enim iudicare oportet, eas versuum formas, quas alibi usurpatas videamus, facilius, quam novas quasdam atque insuetas reponendas esse, si quidem nihil sit, quod repugnare tali descriptioni videatur. Sed haec res adhuc nonnihil ambiguitatis habet, propterea quod multae metrorum formae nondum aut in lucem protractae, aut ex omni parte satis explicatae ac determinatae sunt. Quare augeri deinceps numerum notorum et usitatorum metrorum necesse est: quod ipsum fieri non potest, nisi alia sint indicia, ex quibus initia finesque versuum cognosci possint.

3. In his primum locum tenent interpunctiones et fines sententiarum. Consentaneum est enim, quum non oratio metris, sed metra orationi serviant, sensui verborum potiorem locum concedi, atque ibi, ubi vel tota sententia, vel partes eius finiuntur, versuum quoque terminos constitui. Sed haec quoque res non ex omni parte certa est, tum quod semel constitutis metris, oratio interdum aliis limitibus opus habet, tum quod nonnumquam etiam virtus quaedam in eo est, si ultra metri terminos eat oratio.

4. In poëtis scenicis ad hoc genus pertinet mutatio personae: quae quia cum fine orationis, et saepe etiam cum pausa aliqua coniuncta est, indicium praebere solet versuum disterminandorum. Sed hac quoque observatione caute utendum est, quoniam haud raro etiam in mediis versibus mutantur personae.

5. Aliud indicium finiti versus in fine vocabuli positum est. Hoc quidem ad eos tantum versus, quos non nexos appellavimus, pertinet; tum ad systematum stropharumque fines. In quibus omnibus quoniam pausa succedit, perperam ea in medio vocabulo constitueretur, ut supra, quum de generibus versuum disputaremus, de-

monstratum est. Sed ne hoc quidem indicium plane certum putandum est, quum interdum versus etiam nulla perpetuitate numeri cum praecedente coniunctus, adnecti ei diviso vocabulo possit, ut in stropha Sapphica fieri supra ostendimus: nec Pindarus id sibi non licere iudicavit: qui quum in Ol. XIV. stropham ita incepisset,

*Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι,*
*αἵτε ναιέτε καλλίπωλον ἕδραν,*

in antistropha scripsit,

*πότνι' Ἀγλαΐα, φιλησί-*
*μολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου.*

Frustra enim esse puto, qui haec corrigenda putant.

6. Sedulo etiam attendendum est ad syllabam brevem in fine versus positam. Nam quum ultima versuum syllaba multo saepius longa, quam brevis esse soleat, de qua re dixi in praefat. ad Orphica p. 9. saepissime brevis syllaba in fine posita indicium est numeri nondum finiti, sed longius progredientis. Quare si quis versus aeque in stropha ut in antistropha brevi syllaba finitur, plerumque continuatum deprehendimus numerum, nec finem versus eo loco constitui posse intelligimus, idque tanto certius, quo plures sunt strophae, ut apud Pindarum.

7. Certissimum vero argumentum praebet syllaba continuationem numeri impediens. Apertum est enim, syllaba posita, quae interrumpat perpetuitatem numeri, alterum numerum finiri atque a sequente dirimi. Duplex est autem conditio syllabarum, quae continuationem numeri impediant. Nam aut in hiatu posita est, aut in mensura ancipite. Atque hiatum quidem nemo non videt hic eum intelligi, qui in quoque genere illicitus habetur. De qua re et in libro primo, et in singulorum metrorum explicatione dictum est. Similiter se res habet in mensura ancipite. Nam ea tantum,

quae in mediis versibus non est concessa, finiti numeri signum est, non ea, quae est concessa. Cavendum est enim sedulo ab errore, qui nimium diu restitutioni metrorum obfuit, quum crederetur syllaba versuum ultima, quae ex metri lege anceps est, ubique in mediam vocem posse incidere. Quod in arsi omnium numerorum, in thesi autem plures quam unam syllabam habente fieri vetitum est, quia sic et prosodiae ratio omnis, et iusta verborum pronunciatio tolleretur. Exemplis rem planam faciam. In Aeschyli Agamemnone v. 1457. legitur:

*φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει μὴ περιώδυνος,*
*μηδὲ δεμνιοτήρης.*

Prior versus, qui e duobus dochmiis constat, ultimam syllabam per se quidem brevem habere posset, nisi continuari poëta numerum voluisset. Quare nihil impediret, quin alter versus a vocali inciperet. At, quod in antistropha positum est, v. 1477.

*δαῖμον, ὃς ἐμπιτνεῖς δώμασι καὶ διφυ-*
*εῖσι Ταντα λίδαισιν,*

quis iam ferat producta syllaba ista, quae medium in vocabulum plane alienam atque inauditam mensuram inferat? At enim scripserat Aeschylus:

*δαῖμον, ὃς ἐμπιτνεῖς δώμασι καὶ διφυί-*
*οισι Ταντα λίδαισιν.*

In eadem fabula v. 134. quis hoc tolerandum putabit,

*οἷον μή τις ἄ-*
*τα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας,*

eo adductus, quod prior versiculus dactylicus dimeter sit, cuius ultima possit anceps esse? At scripserat poëta *ἄγα*. Eadem conditio est duarum quidem, sed sensu ita coniunctarum vocum, ut propemodum unius loco sint. Ita nemo non sentiet, pessime vulgo legi apud Aristophanem Nub. 1349.

*ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γε τὸ*
*λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου.*

Optimis codicibus si fidendum est, scripserat Aristophanes:

*ἀλλ ἔσθ᾽ ὅτῳ θρασύνεται· δῆλον τὸ λῆμ᾽*
*ἐστὶν τἀνθρώπου.*

Itaque sic tenendum est, mensuram ancipitem in fine vocabuli indicium finiti numeri esse in arsi cuiuscumque numeri, in thesi autem ea tantum, quae est ex pluribus syllabis vel temporibus:

*Inachia furere, – silvis honorem decutit:*
*levare diris pectora – sollicitudinibus*
*καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους, – οἷος ἦν ἐφ᾽ ἥβης.*

Nam in media voce servanda est iusta mensura:

*τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελί – γηρυν Ἱππόνικος.*

Temporum plurium theseos exempla sunt in epitritis Doriis, ut apud Pindarum Isthm. III. 7. (11)

*εὐκλέων δ᾽ ἔργων ἄποινα,*

et in Ionicis a minore, ut apud Aristophanem in Vespis v. 280.

*τάχα δ᾽ ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρω-*
*πον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ᾽.*

Excipienda est arsis quorumdam dactylicorum versuum, ut heroici, quam constat vi sua efficere, ut etiam in medio versu syllaba vocabuli ultima, quae natura brevis est, producatur. Atque ita quidem res est in versibus non nexis.

8. Alia ratio est versuum nexorum, qui quoniam una perpetuitate numeri cohaerent, non ubi numerus finiatur, (non finitur enim nisi cum ipso systemate) sed ubi partes eius disterminandae sunt, quaeritur. Atque hic quoque primo de usu videndum est, si is ex natura numeri vel apta verborum dispositione intelligi potest. Cuiusmodi est, quod in numeris Doriis diligens observatio docet, plerumque ita partes esse dispositas, ut, quae syllaba et thesis praecedentis et anacrusis sequen-

tis ordinis esse potest, ea potius thesis numeranda videatur, quam anacrusis.

9. Deinde autem etiam in versibus nexis multum confert ad membra recte distinguenda mensurae ancipitis observatio. Sed ea in hoc quidem versuum genere non nisi in thesi spondiaca indicium praebet finiti numeri. Nam in thesi plurium syllabarum atque in arsi interrumpit continuationem numeri, quod in his versibus fieri non potest; in thesi trochaica autem usitata est etiam in mediis membris, ut non possit pro indicio membri finiti esse. In thesi spondiaca vero non solum in fine vocis, quod per se intelligitur, sed etiam in media voce syllaba anceps finitum esse membrum indicat: de qua re dictum est in epitritis Doriis. Invenitur autem haec syllaba etiam in quibusdam asynartetis, qui fere antispastis sociari solent, quod genus nescio an epitritis his potius, quam trochaicis numeris adiungendum sit: ut in Persis v. 282. 288.

*ἔθεσαν, αἳ αἳ, - στρατοῦ φθαρέντος.*
*ἔκτισαν εὖνι - δας ἠδ' ἀνάνδρους.*

10. Non minus idoneum argumentum a divisione vocabulorum depromitur. Eius haec virtus est, ut numerum vocabuli salvum esse patiatur. Quum enim quodque vocabulum eo ipso una sit vox, quod in pronunciando una numeri perpetuitate cohaeret, consentaneum est, si dividendum sit inter duo membra, fieri id conservato vocabuli numero, quia sublato eo vel interrupto aut aliud, aut duo vocabula exstitura essent.

11. Nunc quum in omni vocabulo aut arsis et thesis alternent, aut duae arses coniungantur, anacrusis autem non nisi in initio vocis locum habeat: apertum est, in universum hanc principalem esse regulam, ne, si fieri possit, anacrusis in media voce aut in fine

eius constituatur. Potest autem anacrusis in media voce tribus modis constitui: aut post arsin:

⏑ – | ⏑ –  Ἄχαι - μένης

⏑ – | – –  Ἄρι - στείδης

– ⏑ | – –  Βελλερο - φόντης

aut post thesin:

– ⏑ | ⏑ –  Ἄλκι - μέδων

– – | ⏑ –  Ἄλκμα - νίδας

– ⏑ | – –  Ἄρχι - μήδης

– – | – –  Εὐη - ρείδης

aut post aliam anacrusin: nam initium vocabuli in thesi prioris versus collocatum, in ipso vocabulo anacrusis est:

⏑ | ⏑ –  Τε - λαμών

– | ⏑ –  Σω - κράτης

⏑ | – –  Ἀ - πόλλων

– | – –  Εὖ - κλείδης

⏑ | ⏑ –  Ξενο - φανής

⏑ | – –  Γαυ - μήδης

In fine vocis autem tribus modis, post arsin:

– | ⏑  Προῖ - τος

– | –  Πη - λεὺς

– | ⏑  Μύρ - τιλος

⏑ | ⏑  Φάλα - ρις

⏑ | — Ξενο - φῶν

⏑ | ⏑ Μέλε - αγρος

aut post thesin:

—⏑ | ⏑ Αἰα - κός

—⏑ | — Αἰνέ - ας

—⏑ | ⏑ Τηλέ - γονος

— — | ⏑ Ἀλκαῖ - ος

— — | — Πηλεΐ - δης

— — | ⏑ Ἀσκλή - πιος

—⏑ | ⏑ Ἀρχίλο - χος

—⏑ | — Ἀρκεσί - λας

—⏑ | ⏑ Ἀρχεπό - λεμος

aut post anacrusin:

⏑ | ⏑ Θέ - τις

— | ⏑ Ὕλ - λος

⏑ | — Ἄ - βας

— | — Νέ - στωρ

et sic porro, si alterutra aut utraque pars ex pluribus syllabis est. Nemo non sentit, numerum horum nominum, si sic, ut indicavi, dividantur, plane corrumpi; facilius tamen ferri anacrusin arsi subiectam, quia sic coniungi tamen duo numeri possunt; deteriorem esse theseos et anacruseos coniunctionem, quia sic pausam in media voce fieri necesse est; peiorem autem hanc esse, si anacrusis finiat vocem, quia sic pars vocis ultima omni numero caret; pessimam vero esse anacrusin alii anacrusi additam,

quia sic prior illa, ut quae nulla cum arsi cohaereat, prorsus omnis numeri expers destituitur.

12. Ex his consequitur, optimas vocabulorum divisiones has esse; primo, qua arses et theses in eadem voce alternant, ut,

*χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλω-*
*νος καὶ ἰοπλοκάμων.*

Deinde, quae arsin arsi additam habet:

*καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-*
*ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν.*

Denique quae anacrusin habet ante arsin:

*ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-*
*σαι βροτέαις ἀρεταῖς.*

13. Ex reliquis dividendorum vocabulorum modis, quos supra, ut res uno obtutu conspici posset, enucleatius enumeravi, illi meliores sunt, qui pronunciationem vocis minimum aut interpellant aut corrumpunt. Sed quoniam omnes afferre res plena taedii foret, revocabo hanc omnem varietatem ad capita quaedam.

14. Itaque primo si prior versus arsi finitur, posterior autem ab anacrusi incipit, duobus modis dividi vocabulum potest, primo, ut pars eius, quae in secundo versu est, anacrusin et arsin complectatur: eaque non plane incommoda divisio est, ut si in Pindari Ol. III. 17. (28) ita dividas:

*δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλ-*
*λωνος θεράποντα λόγῳ·*

deinde, ut illa pars nihil nisi anacrusis vel pars anacruseos sit, quae minime suavis est divisio: ut in Pyth. III. 97. olim dividebatur:

*ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-*
*σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς.*

Plane enim perire videtur pars illa vocabuli, quae quod arsin nullam habet, expers est omnis numeri.

15. Si autem in thesin exit prior versus, quattuor sunt divisionis modi. Primus, in quo utraque vocabuli pars arsin suam habet: ut vulgo Pyth. VIII. 129.

*ὑποπτέροις ἀνο-*
*ρέαις ἔχων κρέσσονα πλούτου.*

Quae quum satis prava divisio sit, tamen peior illa est, in qua longa anacrusis brevem thesin sequitur, ut vulgo Pyth. VI. 31.

*Μέμνονα· Νεστό-*
*ρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα,*

quae propterea tantam offensionem habet, quod ea syllaba, quam arsin esse numerus vocabuli postulabat, in anacrusin mutata est. Contra melior utraque divisione haec est, quae anacrusin ex una vel pluribus brevibus syllabis post longam thesin habet, ut Olymp. IV. 16.

*χρονιώτατον φάος εὑρυ-*
*σθενέων ἀρετᾶν.*

Non multum enim ab usitata vocabuli pronunciatione discedit.

16. Secundus dividendi modus is est, in quo prior quidem vocabuli pars arsin habet, secunda autem in anacrusi consistit: ut vulgo Pyth. X. 16.

*τέλος ἀρχά τε, δαίμο-*
*νος ὄρνυντος, αὔξεται.*

Peior haec divisio est, si anacrusis longa, thesis autem brevis est, ut in Sophoclis Antigona v. 152.

*θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς παννύ-*
*χοις πάντας ἐπέλθωμεν.*

Qualem divisionem quis credat cuiquam Graecorum in mentem venire potuisse? Melior vero haec est, in qua longam thesin anacrusis breuis excipit, ut Pyth. VIII. 20.

*Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-*
*νος οὔ μιν ἄλυξεν.*

Nam haec quoque non multum abhorret ab usitata pronunciatione vocabuli.

17. Tertius modus est, quum prior vocis pars arsi caret, non autem secunda. Haec satis prava divisio, ut Pyth. II. 84.

*ἐμίγνυτ' ἐν Πα-*
*λίου σφυροῖς, ἐκ δ' ἐγένοντο στρατός,*

peior tamen fit, quum longa est anacrusis, ut Nem. IV. 82.

*Νεοπτόλεμος δ' ἀ-*
*πείρῳ διαπρυσίᾳ.*

18. Quartus dividendi modus, isque omni ex parte pessimus est, quum utraque pars ictu caret, quod sic tota vox in duas numero destitutas partes diffluit. Vt Olymp. I. 3.

*ἅτε διαπρέπει νυ-*
*κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.*

et v. 161.

*ὕπατον ἔρχεται παν-*
*τι βροτῷ· ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι.*

Pyth. VIII. 63.

*ἐκ πατέρων παι-*
*σὶ λῆμα. θαέομαι σαφές.*

Isthm. ult. 23.

*ἀτόλματον· ἀλλ' ἔ-*
*μοι δεῖμα μὲν παροιχόμενον.*

19. His igitur modis quum dividi possint vocabula, videndum est, ut quoque in loco, si opus est diviso vocabulo, ea ratione utamur, quae omnium facillima est, minimamque offensionem habet. Qua in re multum refert, considerare, quam arcte nexa sint membra. Nam

si ita sunt coniuncta, ut singula recte unum versum constituant, i. e. ut, quamvis cohaereant cum alio membro, tamen per se absolutum quoddam ac totum praebeant, multo minor concessa est libertas, quam quum arctius nexa, non sola per se, sed coniunctione sua cum aliis totum aliquod constituunt. Exemplo sint hi, quos postremos attuli, loci. In Olymp. I. mala foret divisio, si verba illa duo potius, quam unum versum praeberent ex his membris:

⏑⏑⏑ˊ⏑—— | ⏑ˊ—⏑—⏑——

Eodemque modo in Pyth. VIII.

ˊ—⏑—— | ⏑ˊ—⏑ˊ—⏑—⏑—

Ita enim, non hoc modo describenda esse membra,

ˊ—⏑— | ˊ—⏑ˊ—⏑ˊ—⏑—

interpunctiones in caeteris strophis docent. Sed apparet simul, minime suavem esse divisionem, si, quod Boeckhius fecit, *παισὶν* scribas, quam si postremam litteram omittas. Multo enim lenior est brevis syllaba post longam in anacrusi elevata, quam longa. Nullo autem pacto ferri potest divisio in Isthmiorum carmine ultimo facta: quae sive unus, sive duo sint hi versus, pessima est. Atque hoc quidem vitium vereor ne nuper *ἀλλά μοι* scribendo etiam auctum sit. Nam pronomen ita collocatum, ut in pronunciando non possit non pausa ante fieri, quomodo potest encliticum esse? Vbi vero singula membra singulos versus constituunt, ac proinde minus arctus est nexus, illis divisionibus locus est, quae nihil offensionis habent, ut in illo, quod supra attuli,

*δαῖμον, ὃς ἐμπιτνεῖς δώμασι καὶ διφυί-*
*οισι Ταντα λίδαισιν.*

20. Ex eadem observatione intelligitur, qui fiat ut divisiones alibi improbatae, in quibusdam versibus tragi-

corum minime rarae sint. Dico autem hos maxime versus, qui antispastum et penthemimeres iambicum, vel duo penthemimere iambica, similesve formas continent: ut in Septem ad Thebas v. 121.

*ἄρηξον δα - ἴων ἄλωσιν.*

In Persis v. 288.

*ἔκτισαν εὔνι - δας ἠδ' ἀνάνδρος.*

In Agamemnone v. 217.

*μιαίνων παρ - θενοσφάγοισιν.*

In eadem fabula v. 200.

*πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυ - μόνος μολοῦσαι*
*κακόσχολοι νή - στιδες δύσορμοι.*

Idem dictum volo de versibus dochmiacis, in quibus saepissime dividuntur vocabula, maxime quum ultima syllaba in duas breves solvitur. Exempla apud Seidlerum prostant, quum aliis in locis, tum p. 61.

21. Ad haec omnia denique sensus accedat necesse est neque natura a venustate abhorrens, et exercitatione bene cultus, ut quis, qui quoque in loco apti et convenientes numeri sint, videat recteque percipiat. Ad eam rem autem opus est, ut quis poëtas non verborum grammaticarumque nugarum caussa, sed eo fine lectitet, ob quem illi carmina sua condiderunt, tantaque arte elaborarunt. Sed hoc in genere, si ullo in alio, criticum cognoscas, utrum humanitatis aliquem sensum habeat, an nihil nisi syllabas rimetur. Vt, quis credat, praeclaros vereque divinos numeros, quos Aeschylus, quo nemo in numerorum inventione perfectior est, in Persis v. 649. adhibuit, ita a quibusdam constitutos esse, ut experiri voluisse, quomodo illi numeri turpissime corrumpi possent, videantur? Quod contra neminem fore puto, qui quidem non prorsus ad sensum eorum, quae pulcra, decora, sublimia sunt, occalluerit, quin ita composuisse Aeschylum versus illos intelligat:

ἦ φίλος ἀνήρ, φίλος ὄχθος,
φίλα γὰρ κέκευθεν ἤθη.
Ἀϊδωνεὺς δ' ἀνάπομπος ἀνείης,
Ἀϊδωνεύς,
οἷον ἄνακτα Δαρειᾶνα.

In solo ultimo versu scriptura incerta est. Versuum horum primus choriambicus est, secundus Anacreonteus, tertius et quartus Ionici a minore, quintus ex choriambo et dochmio.

## CAP. XIX.

### *De usu antistropharum summatim.*

1. Antistropharum usus in Graeca poësi patet latissime. Illis enim temporibus, quibus natura excellentibus ingeniis artis leges dictabat, nec dum novandi cupiditas, rectis saturata, ad vitiosa confugerat, ultro poëtae ea consectati sunt, quae in quoque genere absolutissima esse maximeque rotunda viderentur. Hinc non modo tragoedia nulla aut comoedia, ut apud recentiores plurimae, etiam apud eos, qui imitari Graecos studuerunt, iusto exordio aptaque conclusione caret, sed ne in epica quidem poësi orationes eorum, qui verba facientes introducuntur, aliter quam integro versu et incipiunt, et finiuntur. Quae aequabilitas, egregie accommodata ad permulcendos audientium legentiumve animos, quum in primis etiam in numerorum eorumdem repetitione cernatur, non est mirum, si in plerisque generibus carminum hanc quoque venustatis partem, ubicumque apta videretur, adhibendam iudicarunt.

2. Sunt autem carminum, si repetitiones illas numerorum spectamus, genera quattuor: primum, quod continua repetitione eiusdem versus continetur: quae car-

mina a grammaticis *κατὰ στίχον* scripta vocantur. In eo genere nobilissimum est carmen epicum; levissimum forsitan illud, quod ex versibus Adoniis Sappho fecisse dicitur, ut his verbis testatur Terentianus Maurus p. 2431.

*continuasse pedes istos in carmine solos*
*dicitur haec eadem praeclara poëtria Sappho.*
*fingere nobis*
*tale licebit:*
*primus ab oris*
*Troïus heros,*
*perdita flammis*
*Pergama linquens,*
*exsul in altum*
*vela resolvit:*
*saepe repulsus*
*Ausone terra,*
*moenia fessis*
*sera locavit:*
*unde Latinum*
*post genus ortum,*
*altaque magnae*
*moenia Romae.*

Eademque tradit Marius Victorinus p. 2564.

5. Secundum genus est, quod grammatici *κατὰ σχέσιν* compositum vocant: in quo maxime simplices sunt epodi vel proodi, duorum versuum continuam repetitionem habentes. Ad quae proxime accedunt carmina monostrophica, in quibus eadem stropha saepius iteratur. Haec usitata fuerunt lyricis, qui breviores strophas fecerunt. Hephaestio p. 68. (122) *μονοστροφικὰ μὲν οὖν εἰσίν, ὅσα ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖται, καθάπερ τὰ Ἀλκαίου, καὶ τὰ Σαπφοῦς, καὶ ἔτι τὰ Ἀνακρέοντος.* Maior iam varietas est in epodicis, quae ex stropha, anti-

stropha, et epodo composita, easdem tres strophas deinceps saepius repetitas habent: cuiusmodi pleraque Pindari carmina sunt, qui perraro usus est monostrophicis. Magis adhuc variatur in choris tragicorum, qui quum bis tantum eamdem stropham poni patiantur, tamen plerumque ex pluribus diversarum stropharum paribus constant, epodum aut nullam, aut unam admittentes. Hephaestio p. 68. (123) ita de epodicis scribit: *ἔπ' ἔλαττον μέντοι τοῦ τῶν τριῶν ἀριθμοῦ οὐκ ἂν γένοιτό τι τοιοῦτον· ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐδὲν αὐτὸ κωλύει ἐκτείνεσθαι· γίνεται γὰρ, ὥσπερ τριὰς ἐπῳδική, οὕτω καὶ τετράς, καὶ πεντάς, καὶ ἐπὶ πλεῖον. ὡς τά γε πλεῖστα Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου πεποίηται.* Quae, praeter Pindari et Simonidis mentionem, repetit scholiastes metricus Euripidis ad Hec. 629. Pindarus et Simonides triade usi sunt. Tetras foret, quae tres pares, unam autem dissimilem stropham haberet: quod genus neque apud Pindarum, neque apud tragicos invenitur. Denique maxima varietas est in iis partibus tragoediarum, in quibus vel diversae chori personae, vel actores aliqui, vel chorus et actores simul inter se canunt. In quibus carminibus etiam ordo stropharum mirifice variat.

4. Tertium genus est eorum carminum, quae propter vehementiorem animi motum repetitionem numerorum adspernantur: eaque grammatici *ἀπολελυμένα* vocant. Eiusmodi erant, qui *νόμοι* dicebantur, et recentiores dithyrambi: suntque etiam in tragoediis et comoediis huiusmodi carmina. Operae pretium est afferre, quae de his scribit Aristoteles Problem. XIX. 15. *διὰ τί οἱ νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δὲ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί; ἢ ὅτι οἱ μὲν νόμοι ἀγωνιστῶν ἦσαν, ὧν ἤδη μιμεῖσθαι δυναμένων καὶ διατείνεσθαι, ἡ ᾠδὴ ἐγένετο μακρὰ καὶ πολυειδής. καθάπερ οὖν καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ μέλη τῇ μιμήσει ἠκολούθει, ἀεὶ ἕτερα γιγνόμενα. μᾶλλον γὰρ*

τῷ μέλει ἀνάγκη μιμεῖσθαι, ἢ τοῖς ῥήμασι. διὸ ὃ καὶ οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους· πρότερον δὲ εἶχον. αἴτιον δὲ, ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ ἐλεύθεροι ἐχόρευον αὐτοί. πολλοὺς οὖν ἀγωνιστικῶς ᾄδειν χαλεπὸν ἦν, ὥστε ἐναρμόνια μᾶλλον μέλη ἐνῆδον· μεταβάλλειν γὰρ πολλὰς μεταβολὰς τῷ ἑνὶ ῥᾴον, ἢ τοῖς πολλοῖς· καὶ τῷ ἀγωνιστῇ, ἢ τοῖς τὸ ἦθος φυλάττουσι. διὸ ὃ ἁπλούστερα ἐποιοῦντο αὐτοῖς τὰ μέλη· ἡ δὲ ἀντίστροφος ἁπλοῦν. ἀριθμὸς γάρ ἐστι, καὶ τῷ ἑνὶ (sic legendum) μετρεῖται. τὸ δ' αὐτὸ αἴτιον καὶ διότι τὰ μὲν ἀπὸ σκηνῆς, οὐκ ἀντίστροφα, τὰ δὲ τοῦ χοροῦ, ἀντίστροφα. ὁ μὲν γὰρ ὑποκριτὴς, ἀγωνιστής· ὁ δὲ χορὸς ἦττον μιμεῖται. Et 48. διὰ τί οἱ ἐν τραγῳδίᾳ χοροὶ οὔθ' ὑποδωριστὶ οὔθ' ὑποφρυγιστὶ ᾄδουσιν; ἢ ὅτι μέλος ἥκιστα ἔχουσιν αὗται αἱ ἁρμονίαι, οὗ δεῖ μάλιστα τῷ χορῷ· ἦθος δὲ ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν· διὸ καὶ ἔν τε τῷ Ἡρυσίνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται· ἡ δὲ ὑποδωριστὶ μεγαλοπρεπὲς καὶ στάσιμον· διὸ καὶ κιθαρῳδικωτάτη ἐστὶ τῶν ἁρμονιῶν· ταῦτα δ' ἄμφω χορῷ μὲν ἀνάρμοστα, τοῖς δὲ ἀπὸ σκηνῆς οἰκειότερα· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἡρώων μιμηταί· οἱ δὲ ἡγεμόνες τῶν ἀρχαίων μόνοι ἦσαν ἥρωες· οἱ δὲ λαοὶ, ἄνθρωποι· ὧν ἐστὶν ὁ χορός· διὸ καὶ ἁρμόζει αὐτῷ τὸ γοερὸν καὶ ἡσύχιον ἦθος καὶ μέλος· ἀνθρωπικὰ γάρ. ταῦτα δ' ἔχουσιν αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι· ἥκιστα δὲ αὐτῶν ἡ ὑποφρυγιστί· ἐνθουσιαστικὴ γὰρ καὶ βακχική· . . . . κατὰ μὲν οὖν ταύτην πάσχομέν τι· παθητικοὶ γὰρ οἱ ἀσθενεῖς μᾶλλον τῶν δυνατῶν εἰσί· διὸ ὃ καὶ αὕτη ἁρμόττει τοῖς χοροῖς· κατὰ δὲ τὴν ὑποδωριστὶ καὶ ὑποφρυγιστὶ πράττομεν· ὃ οὐκ οἰκεῖόν ἐστι χορῷ· ἔστι γὰρ ὁ χορὸς κηδευτὴς ἄπρακτος· εὔνοιαν γὰρ μόνον παρέχεται οἷς πάρεστι. Et probl. 30. διὰ τί οὔτε ὑποδωριστὶ οὔτε ὑποφρυγιστὶ οὐκ ἔστιν ἐν τραγῳδίᾳ χορικόν; ἢ ὅτι οὐκ ἔχει ἀντίστροφον, ἀλλ' ἀπὸ σκηνῆς. μιμητικὴ γάρ.

5. Quartum denique genus est, quod grammatici *μετρικὰ ἄτακτα* nominant. Continet id versus usitatos quidem, sed non certis repetitionibus dispositos. Eiusmodi dicunt Margiten fuisse, qui Homero adscribebatur, de quo videndus scholiastes Hephaestionis p. 72. (120)

6. Sed ut redeam ad repetitiones stropharum, varii illi ac multiplices modi, quibus antistrophae tum inter se ipsae disponuntur, tum partibus consociantur non antistrophicis, quo plus saepe difficultatis ad investigandum habent, tanto magis rationem eorum legesque cognovisse oportet, si quis vel recte iudicare de hac re, vel emendationem aggredi scenicorum poëtarum vult, in quibus quasi domicilium est huius artificii. Hanc latissime diffusam materiam, quam si semel aggressus sis, vix finem invenias, ita persequi animus est, ut hac omni varietate ad capita quaedam revocata, de singulis, quae maxime digna notatu videantur, afferam, eaque uno alterove exemplo confirmem.

---

## CAP. XX.

### *De responsionibus metrorum in diverbiis.*

1. Tantopere autem delectati sunt Graeci illa repetitionum aequabilitate, ut ea non solum in iis partibus fabularum, quae canebantur, sed saepe etiam in ipsis diverbiis usi sint. Nemo vero non videt, huic rei non ubique potuisse locum concedi, sed ibi tantum, ubi non vehementior aliquis, simulque inaequabilis et variis vicissitudinibus obnoxius animi motus exprimendus esset. Quare ubicumque constans sibi atque aequabilis affectio colloquentium conspicua est, ut in sciscitando narrando-

que per colloquium, ibi aequalibus vicibus versus inter personas, quae colloquuntur, distributas videmus.

2. Fit hoc autem plerumque ita, ut singulae personae singulos versus recitent. Vt in Agamemnone a v. 276. in colloquio chori et Clytaemnestrae, et a v. 547. in colloquio chori cum praecone. Ac plerumque, ut in his ipsis locis, quos indicavi, longior aliqua alterius personae oratio exordium, pariterque finem facit, quo ne nimia aequabilitas taedium creet. Alibi singulae personae duos versus recitant, ut in Eumenidibus a v. 714. et in Choëphoris a v. 1051. Interdum ita dispositae sunt vices, ut altera persona semper unum, altera autem duos versus habeat, ut in Prometheo a v. 39. Alibi variatur, ut nunc singuli duos, nunc unum quisque versum recitet, ut in Oedipo Rege a v. 543. Aliquando autem interrumpitur haec responsionum aequalitas, quum quid intervenit, aut augetur animi commotio, ut in eadem fabula v. 334. ubi mox rursus in ordinem redit colloquium. Saepe etiam, quum singuli singulos versus habuissent, ubi magis exardescunt, versus unus inter binos distribuitur, utroque nunc plura, nunc pauciora verba dicente, sed in eo tamen servata aequalitate, quod utriusque dicta uno integro versu continentur. Ita in Oreste a v. 764. ed. Pors. et a v. 1614. et in Phoenissis a v. 612. Interdum unus colloquentium pro integro versu nihil nisi brevem exclamationem profert, ut in Agamemnone v. 1316. Alibi per huiusmodi exclamationem convertuntur vices, ut in Prometheo v. 979. ubi quum Prometheus dixisset ὤμοι, explet versum Mercurius: quo fit, ut sequens versus, qui huius esse debebat, Promethei sit. Quin etiam epodica quaedam conformatio invenitur in Agamemnone v. 1352.

ΑΓ. ὤμοι πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.
Χ.ά. σῖγα· τίς πληγὴν αὐτεῖ καιρίως οὐτασμένος;

ΑΓ. ὤμοι μάλ' αὖθις δευτέραν πεπληγμένος.
Χ.β'. τοὔργον εἰργάσθαι δοκεῖ μοι βασιλέως οἰμώγματι.

Quibus versibus deinde ab alio choricorum senum alius trochaicus epodi loco additur, ac tum reliqui senes singuli binos recitant iambicos trimetros.

---

## CAP. XXI.

### *De parabasi.*

1. In comoedia vetere praecipue memorabilis est parabasis quae vocatur, cuius partes quaedam repetuntur, aliae autem non repetuntur. Hephaestio p. 71. (131) ἔστι δέ τις ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ ἡ καλουμένη παράβασις, ἐπειδὰν εἰσελθόντες εἰς τὸ θέατρον, καὶ ἀντιπρόσωπον ἀλλήλοις στάντες οἱ χορευταὶ παρέβαινον, καὶ εἰς τὸ θέατρον ἀποβλέποντες, ἔλεγόν τινα. τὰ δὲ εἴδη τῆς παραβάσεως εἰσὶ ταῦτα· κομμάτιον, ὃ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς ὠνομάσθη· φησὶ γὰρ Εὔπολις,

εἰωθὸς τὸ κομμάτιον τοῦτο.

δεύτερον δὲ εἶδός ἐστιν ἡ ὁμωνύμως τῷ γένει καλουμένη παράβασις· καὶ τρίτον, τὸ μακρὸν προσαγορευόμενον, ὃ καὶ φαμὲν εἶναι ἐπιμηκέστερον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀπνευστὶ λέγεσθαι, ἐδόκει εἶναι μακρότερον. ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶν ἀπολελυμμένα· ἕτερα δέ ἐστι τὰ κατὰ σχέσιν γεγραμμένα τό τε μέλος, καὶ τὸ ἐπίρρημα, ὅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐξ ἧν στίχων, καὶ τῷ μέλει ἀντίστροφον· καὶ τὸ καλούμενον ἀντεπίρρημα, ὅπερ ἦν τῶν ἴσων κώλων τῷ ἐπιρρήματι. Pollux IV. 111. τῶν δὲ χορικῶν ᾀσμάτων τῶν κωμικῶν ἔν τι καὶ ἡ παράβασις, ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούληται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγῃ ταῦτα. ἐπιεικῶς δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί, τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γὰρ ταῖς Δαναΐσι τοῦ χο-

ρου τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν, ἐκλαθόμενος, ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ. τῆς μέντοι παραβάσεως τῆς κωμικῆς ἑπτὰ ἂν εἴη μέρη, κομμάτιον, παράβασις, μακρόν, στροφή, ἐπίῤῥημα, ἀντίστροφος, ἀντεπίῤῥημα. ὧν τὸ μὲν κομμάτιον καταβολή τις ἐστὶ βραχέος μέλους· ἡ δὲ παράβασις ὡς τὸ πολὺ μὲν ἐν ἀναπαιστικῷ μέτρῳ· εἰ δ' οὖν καὶ ἐν ἄλλῳ, ἀνάπαιστα τὸ ἐπίκλην ἔχει. (Numquam enim ex trimetris constabat: v. Bentl. diss. Phalar. p. 111. sive ed. Lips. p. 262.) τὸ δὲ ὀνομαζόμενον μακρὸν, ἐπὶ τῇ παραβάσει βραχὺ μελύδριόν ἐστιν, ἀπνευστὶ ᾀδόμενον. τῇ δὲ στροφῇ ἐν κώλοις προαχθείσῃ τὸ ἐπίῤῥημα ἐν τετραμέτροις ἐπάγεται. καὶ τῆς ἀντιστρόφου τῇ στροφῇ ἀνταχθείσης, τὸ ἀντεπίῤῥημα τελευταῖον ὂν τῆς παραβάσεως, ἐστὶ τετράμετρα, οὐκ ἐλάττων τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἐπιῤῥήματος. Scholiastes Aristophanis in argum. I. Nubium: ὁ χορὸς δὲ ὁ κωμικὸς εἰσήρχετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, τῷ νῦν λεγομένῳ λογείῳ. καὶ ὅτε μὲν πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς διελέγετο, εἰς τὴν σκηνὴν ἑώρα· ὅτε δὲ ἀπελθόντων τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἀναπαίστους διεξῄει, πρὸς τὸν δῆμον ἀπεστρέφετο· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο στροφή. ἦν δὲ τὰ ἰαμβεῖα τετράμετρα. εἶτα τὴν ἀντίστροφον ἀποδόντες, πάλιν τετράμετρον ἐπέλεγον ἴσων στίχων· ἦν δὲ περὶ τὸ πλεῖστον ἰς· ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα ἐπιῤῥήματα. ἡ δὲ ὅλη πάροδος τοῦ χοροῦ ἐκαλεῖτο παράβασις. Et ad Nubium v. 518. παράβασις δέ ἐστιν, ὅταν ἐκ τῆς προτέρας στάσεως ὁ χορὸς μεταβάς, ἀπαγγέλλῃ πρὸς τὸν δῆμον ἀφορῶν. εἴδη δὲ παραβάσεως ἑπτά, ἁπλᾶ μὲν τρία, κατὰ δὲ σχέσιν τέσσαρα. τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ ἐστὶ ταῦτα· κομμάτιον· παράβασις ὁμωνύμως, ἣ καὶ ἀνάπαιστος καλεῖται, ἐπεὶ πολλάκις ἐν ταύτῃ τῷ ἀναπαίστῳ χρῆται· πνῖγος, ὃ καὶ μακρόν. τὰ δὲ κατὰ σχέσιν, στροφή, ἀντίστροφος, ἐπίῤῥημα, ἀντεπίῤῥημα. συνεμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις κατὰ τὸ μέτρον

καὶ τὰ κῶλα. ἡ γὰρ στροφὴ ἔχει ὁμοίαν ἑαυτῇ τὴν ἀντίστροφον, καὶ τὸ ἐπίῤῥημα ὡσαύτως τὸ ἀντεπίῤῥημα. τινὲς δὲ προστιθέασι καὶ ᾠδήν, καὶ ἀντῳδήν. ἔχουσι γὰρ καὶ ταῦτα σχέσιν πρὸς ἄλληλα. ἡ μὲν οὖν παράβασις ἡ ἐκ τούτων συγκειμένη τελεία ἐστίν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀτελεῖς παράβάσεις. In vita Aristophanis p. 14. ed. Kust. ἀναχωρούντων δὲ τῶν ὑποκριτῶν, ἑπτάκις ἐστρέφετο ὁ χορός, προσέχων ἐφ' ἑκάτερα μέρη τοῦ θεάτρου. ἐκαλεῖτο δὲ τῷ γένει τὸ τοιοῦτον ὄνομα τῆς ὀρχήσεως παράβασις ..... ὁμωνύμως τῷ γένει. τὸ τρίτον, μακρόν, τὸ καὶ πνῖγος· τὸ τέταρτον, στροφὴ, ἢ ᾠδή· τὸ πέμπτον, ἐπίῤῥημα· τὸ ἕκτον, ἀντίστροφος, ἢ ἀντῳδή· τὸ ἕβδομον, ἀντεπίῤῥημα. Ita constituendus hic locus. Porro ad Nub. v. 1113. κἀνταῦθα παράβασίς ἐστιν. ἔχει δὲ οὐ πάντα τὰ μέρη τῆς παραβάσεως, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐπίῤῥημα, ἐν ᾧ ἔθος ἦ χρηστὰ συμβουλεύειν τῇ πόλει, ἢ σκώπτειν τοὺς πονηρούς. τίθενται γὰρ οὐ μόνον τέλειαι παραβάσεις, ἀλλὰ καὶ μέρη τινὰ αὐτῶν. Et ad Pacem v. 733. παράβασιν δὲ τοῦτο ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν τὸν χορὸν ἀπὸ τῆς νενομισμένης στάσεως εἰς τὴν καταντικρὺ τοῦ θεάτρου ὄψιν, ὁπότε ἐβούλετο ὁ ποιητὴς διαλεχθῆναί τι ἔξω τῆς ὑποθέσεως ἄνευ τῶν ὑποκριτῶν πρὸς τὸ θέατρον διὰ τοῦ χοροῦ. ἐστρέφετο δὲ ὁ χορός, καὶ ἐγίνοντο στοῖχοι (ita scribendum) δ', εἶτα διελθόντες τὴν καλουμένην παράβασιν, ἐστρέφοντο πάλιν εἰς τὴν προτέραν στάσιν. δῆλον δὲ αὐτοὶ ποιοῦσιν οἱ ποιηταί, τὸ στρέφεσθαι σημαίνοντες καὶ τὸ παραβαίνειν. Πλάτων ἐν τῷ Παιδαρίῳ,

εἰ μὲν μή τι λιάν, ὦ ἄνδρες, ἠναγκαζόμην
στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐπῶν,

(v. Suid. in v. παράβασις) ἄμφω σημάνας, καὶ τὸ στρέφεσθαι, καὶ τὸ παραβαίνειν. Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ δηλοῖ, ὅτι ἔξ ἐστι ζυγὰ τοῦ χοροῦ. Praeterea κομμάτιον idem scholiastes attingit ad Nub. v. 510. et ἐπίῤῥημα ad v. 575. πνῖγος autem ad Acharn. 659. Vide etiam Etym.

M. p. 363, 46. emendatum a Sylburgio, et Bulengerum de theatro II. 13. in Graevii Thes. Ant. Rom. T. IX.

2. Imperfectae sunt illae duae in Nubibus parabases, quarum in priore deest, quod μακρὸν vel πνῖγος vocatur, posterior autem eam tantum partem habet, quae angustiore significatu parabasis dicitur. Omnes septem partes habet parabasis, quae est in Equit. a v. 498. et in Vespis a v. 1009. et aliae.

3. Non autem in sola parabasi hae repetitiones usurpatae fuerunt, sed multae etiam aliae partes comoediarum, eaeque interdum longissimae aequali metrorum comparatione sibi respondent. Vt in Avibus, ubi a v. 551. primo stropha, deinde tres et sexaginta tetrametri anapaestici sunt, quorum in fine systema positum est ex dimetris anapaesticis: eaque metra deinde omnia eadem lege repetuntur a v. 626.

4. Nemo haec credet temere esse a poëtis instituta, aut vanam eos laudem inutilis diligentiae affectasse: sed gravis quaedam caussa fuerit necesse est, quae eos adduceret, ut tantam huic rei operam curamque impenderent. Quod nisi egregie fallor, chori diversae stationes, locique, quos actores in scena occupabant vel aliquamdiu obtinebant, regulam huic rationi modumque praescribebant. Nam nisi his in rebus, quae oculis cernuntur, aequalitas quaedam observata fuisset, nemo ad illud attendisset, utrum totidem versus, an plures paucioresve, quam antea, recitarentur, praesertim ubi tot versus sunt, ut facilius universe diuturnitas temporis ad recitationem eorum necessaria, quam numerus ipse notetur. Sed de hac re viderint, qui rem scenicam veterum explicare aggrediuntur, meminerintque, metrorum pervestigationem, qua nondum quisquam ad hunc finem usus est, in hac quaestione maximi momenti esse. Inde conditionibus cognitis, quibus istae metrorum responsio-

nes usurpatae sunt, simul, ubi nullus earum usus sit, intelligetur.

## CAP. XXII.

### *De carminibus choricis.*

1. Praecipuus est antistrophicorum usus in carminibus choricis. Sed haec carmina quemadmodum inter se ipsa differunt, ita etiam, quod ad rationem antistrophicam attinet, aliquid diversitatis habent. Loquor autem nunc de iis tantum canticis, quae ab solo choro canuntur, non de iis, in quibus etiam actorum aliquae partes sunt. Et in tragoedia quidem longiorum chori carminum duo genera commemorantur, parodus, et stasimum. Aristoteles de arte poët. c. 12, 7. *χορικοῦ δέ, πάροδος μέν, ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ· στάσιμον δέ, μέλος χοροῦ τὸ ἄνευ ἀναπαίστου καὶ τροχαίου.* Scholiastes Euripidis metricus ad Phoen. 210. in ed. Valck. *τοῦτο τὸ μέλος στάσιμον λέγεται. ὅταν γὰρ ὁ χορὸς μετὰ τὴν πάροδον λέγῃ τι μέλος, ἀνῆκον τῇ ὑποθέσει, ἀκίνητος μένων, στάσιμον καλεῖται. πάροδος δέ ἐστιν ᾠδὴ χοροῦ βαδίζοντος, ᾀδομένη ἅμα τῇ ἐξόδῳ, ὡς τὸ,*

*σῖγα, σῖγα· λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης*
*τίθετε.*

2. Non ex omni parte consentiunt hae definitiones parodi. Nomen si consideramus, verior videbitur scholiastae illius sententia: sed quum non possit dubitari, quin interdum chorus, ubi primum canit, non totus canat, sed aut hemichoria, aut singuli etiam cantores, haud scio, an Aristoteles, qui non temere videtur totius chori hic mentionem fecisse, non quemcumque primum chori cantum, sed primum concentum universi chori intelligi voluerit. Qui etsi saepe a stasimo nihil differre

videtur, tamen non abhorret a verisimilitudine, coniunctum eum fuisse cum incessu quodam chori, stationem suam occupantis, et ordines explicantis: quam rem a stasimis alienam fuisse credibile est.

3. Ac, nisi fallor, etiam in stropharum ratione est aliquid, quod parodi proprium sit. Vtrumque genus, et parodus et stasima, hoc commune habent, quod antistrophica sunt, et quidem ita, ut stropham statim sequatur antistropha, et sic deinceps, si carmen non ex duabus, sed ex pluribus strophis constat. Eae strophae autem etsi interdum ex simili genere metri factae sunt, tamen singula stropharum paria inter se diversa sunt. Produs in neutro genere usurpatur; epodus non est necessaria.

4. Sed epodi usu, ut videtur, differt parodus a stasimo. Nam stasima epodum non nisi in fine totius carminis habent, ubi absoluta iam est antistropharum responsio. Idemque fieri potest etiam in parodo, ut in Hippolyto videmus. Sed aliquot exempla parodi inveniuntur, epodum in medio carmine habentia: quod quum nusquam factum videam in stasimis, proprium id parodi esse puto. Ita in Aeschyli Persis et Agamemnone, in Euripidis Oreste et Phoenissis. Simulque illud in Oreste exemplum confirmare videbitur parodi definitionem ab Aristotele positam. Nam quum chorus, ubi primum in scenam prodit, ea dicat, quae scholiastes Euripidis affert, v. 140.

σῖγα, σῖγα,

multo post demum, v. 805. ex Aristotelis definitione parodus est, in cuius medio epodum fecit poëta: vide, quae supra dixi cap. 3, 16. p. 540. seq. Parodum, Iphigeniae in Aulide, in qua duae vulgo epodi constitutae sunt, non recte quis nobis opponat. Nam ne repetam,

quod supra dixi p. 547. non videri hoc carmen Euripidis esse, ne sunt quidem in eo duae epodi, si quid video, quum postrema pars non obscura contineat antistrophicorum vestigia.

5. Confitendum est, multa in hoc genere testium penuria nobis latere. Tanto diligentiores esse debemus in iis rebus notandis et considerandis, unde de his, quae testimoniis destituta sunt, saltem coniectura probabilis capi possit. Nam etsi temerarium foret, statim, quae fieri potuerint, facta contendere: tamen, quo plura artis ac disciplinae cuiusdam vestigia in hac parte poëseos deprehendimus, eo verisimilius est, non temere nunc usurpatam esse epodum, nunc omissam; neque defuisse idoneam rationem, quum eam in medio carmine, et quum in fine positam videmus. Cavendum est autem magnopere, ne, quod uno in carmine vel duobus aptum videatur, statim pro regula vendas: maius enim hodie ab regulis, quam ante ab regularum ignorantia, periculum imminet. Nam exempla non faciunt regulam, sed sequuntur: naturamque rei cuiusque cognovisse, id vero est simul et regularum fontem, et exceptionum tenere.

6. De carminibus epodicis quidem quid mihi videatur, eo fine communicabo cum hominibus doctis, ut, si quid in his veri insit, id amplius pervestigari, et aliis fortasse argumentis vel confirmare, vel corrigi possit. In tanto aequalis distributionis studio, quod ubique in Graecorum poësi scenica conspicuum est, vix potest dubitari, quin stationes conversionesque chori cum ipsorum carminum conformatione coniunctissimi fuerint. Itaque quemadmodum, si stationes explicationesque chori quoque in loco cognitas haberemus, de carmine chorico eiusque partibus iudicare possemus, ita vicissim ex carmine de statione chori coniectura fieri potest, etiam si plerumque

in eo consistendum est, ut eam fuisse mutatam, non etiam, quomodo mutata fuerit, intelligamus. Quamobrem veri simile videtur, epodica ita acta esse, ut chorus, dum stropham atque antistropham caneret, duas oppositas partes orchestrae teneret, epodum autem caneret stans in medio orchestrae loco. Quam rationem apparet multis modis variari potuisse: sed illud tamen aequalitatis observatio ut necessarium postulare videtur, medium orchestrae locum epodo convenire. Non abhorret hoc ab iis, quae Marius Victorinus refert p. 2501.

7. Idem aequalitatis studium in personis, a quibus carmina ista canebantur, custoditum esse, certissimum puto. Harum autem quadruplex partitio cogitari potest. Nam aut omnia a toto choro, aut omnia a partibus canebantur, aut partes chori strophas, totus chorus epodum, aut totus chorus strophas, epodum autem pars chori canebat. Omnium usitatissima videtur divisio in duo hemichoria fuisse: de qua Pollux IV. 107. ita scribit: *καὶ ἡμιχόριον δὲ καὶ διχορία, καὶ ἀντιχορία. ἔοικε δὲ ταὐτὸν εἶναι τὰ τρία ὀνόματα. ὁπόταν γὰρ ὁ χορὸς εἰς δύο διαιρεθῇ, τὸ μὲν πρᾶγμα καλεῖται διχορία· ἑκατέρα δὲ μοῖρα, ἡμιχόριον· ἃ δὲ ἀντᾴδουσιν, ἀντιχορία.* Saepe autem etiam in plures partes divisum esse chorum, atque interdum singulos cantores cecinisse, certo constat. Sed hic quidem singulorum cantus non videtur ad ea chori carmina pertinere, quae stasima et parodus, ex Aristotelis quidem definitione, vocantur.

8. Ex his quattuor distribuendi chori modis fortasse nullus est, quo non sint usi tragici. Sed quis quoque in loco vel carmine adhibitus fuerit, plerumque incertum est. Aliquid tamen nunc ex argumento, nunc ex dispositione stropharum, nunc etiam ex numeris colligi potest. Ita qui carmen, quod in Agamemnone est a v.

375. attente consideraverit, facile, spero, adducetur, ut epodum, quae in fine addita est, non a toto choro cantatam sibi persuadeat. Nam in strophis atque antistrophis magna sunt omnia, et gravia, sententiisque egregiis plena: in epodo autem illa nihil nisi dubitatio aliqua iniicitur de fide nuncii, quem temere verum putari chorus veretur: quae res non modo mirum quantum diversa est ab iis, quae ante dicta erant, sed omnino ita comparata, ut ineptum videatur, huiusmodi suspicionem, quam ab uno alterove in medium afferri decebat, magnifice coniunctis universi chori vocibus decantari.

9. Dispositio stropharum ita videtur de distributione chori admonere, si quid contineat, quod aliam distributionem alii praeferendam esse indicet. Quod si recte dixi, epodum in stasimis non nisi in fine, in parodo autem etiam media inveniri, vel haec observatio cogitare de caussa huius rei indaganda iubet. In promptu est autem, aptissimam debere hanc rationem videri, ut chorum primo in partes aliquas divisum, strophas, antistrophas, epodum, deinde autem in unum congregatum, alias strophas, quae vere parodi nomen carmini comparent, canere credamus. Quamquam haec neutiquam unica fuisse ratio putanda est, qua distribui chorus potuerit.

10. Mirifice confirmari videtur coniectura nostra numerorum indicio. Nam uti saepius numeros modosque prorsus immutari in carminibus choricis videmus, cuius rei eximium exemplum est in carmine Oedipi Regis, quod est a v. 1186. ita etiam in parodo fere post epodum mutantur numeri: quamquam non esse hoc necessarium, Orestis parodus docet, quae tota ex genere Glyconeo composita est. In Phoenissarum autem parodo, et Aeschyli Persarum atque Agamemnonis manifesta est nu-

merorum modorumque post epodum mutatio. In primis vero Persarum parodus ad hanc omnem rationem declarandam idonea videtur. Etenim si recte observavi, systemata ἐξ ὁμοίων, quae vocantur, in tragoedia non esse solita ab universo choro cantari, hoc carmen eximia arte ita factum est, ut a solius coryphaei recitatione paullatim quasi per gradus ad concentum totius chori transeatur. Nam quum coryphaeus anapaestis de expeditione Xerxis exposuisset, partes chori, nisi mea me coniectura fallit, numeris Ionicis carmen epodicum canunt, idque eo ab aliis huiusmodi carminibus diversum, quod epodus duobus stropharum paribus subiecta non ultimum locum obtinet: additur enim post eam alia Ionica stropha cum sua antistropha: tum vero trochaicae strophae sequuntur, barbara exclamatione interpellatae, quas maxime consentaneum est a toto choro cani. Similis conformatio est parodi, quae in Agamemnone est, nisi quod in ea statim epodum universi chori concentus excipit, si quidem recte de hac re statuimus. Illud quidem non vereor ne quis nobis obiiciat, quod oratio Calchantis, quae in antistropha incepta est, in epodo demum finiatur. Nam non solum versus ille, quo et stropha utraque et epodus terminatur,

*αἴλινον, αἴλινον εἰπέ· τὸ δ' εὖ νικάτω,*

interpellat orationem illam Calchantis, sed ne ab rei natura quidem abhorret, orationis, quam plures audiverunt, relationem ab alio incipi, ab alio autem continuari atque ad finem perduci. Aliter crediderim Phoenissarum parodum conformatam esse, in qua quum prima antistrophae verba magis nexa sint cum praegressa stropha, quam ut mutari personas credibile sit, aut tota parodus ab universo choro cani, aut sola epodus parti alicui tributa videtur. Rursus aliam rationem parodi, quae in Oreste est, esse puto. Quae quum tota ex metris Glyconeis composita sit, strophasque contineat duas cum earum anti-

strophis, inter quas media epodus est, quae propter hanc ipsam rem potius mesodus dici debet, quo eam nomine supra p. 541. nominavi: tota videri posset ab universo choro cantata esse, nisi tam brevis esset epodus illa, ut, si ab iisdem personis caneretur, non iustam ad strophas comparationem habitura esset. Quare suspicor hos tres versiculos ab exigua chori parte inter strophas recitatos esse: cui coniecturae non repugnat sententia, versibus illis expressa, si quis eam cum stropharum argumento contulerit. Est autem haec:

*τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυ', ἢ*
*τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν,*
*ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι.*

11. Comoedia vetus, etsi chorica carmina multa habet, tamen ea multum a parodi tragicae et stasimorum gravitate aliena sunt. Quare interdum monostrophica sunt, ut in Equitibus v. 973. seqq. alibi autem, quod tamen rarum est, proodum et mesodum habent, ut in Thesmoph. 1136. quod carmen supra p. 541. emendatum dedimus. De distributione chori in his carminibus speramus aliquando accuratius quaesitum iri.

12. Sed ut ad tragicorum parodos et stasima redeam, miram saepe in his difficultatem habent epodi. Quarum etsi quaedam ita aperte epodi sint, ut nulla plane dubitatio relinquatur, tamen aliae tanta sunt metrorum similitudine factae, ut antistrophicorum speciem etiam obtrudere videantur. Quo in genere diligenter cavendum est, ne haec res fraudem faciat, quaeque epodi sunt, in antistrophica cogantur. Id quod et mihi et aliis accidisse memini. Tantoque proclivior via ad errorem est, quod ubique prius de antistrophicis, quam de epodo vel alio responsionis experti carmine cogitandum est. Exempla epodorum, quas facile quis pro antistrophicis habere possit, inveniuntur in Prometheo v. 425. v. 900.

in Persis v. 93. in Hecuba v. 943. et alibi. Contra, aliis in locis quae vulgo epodi putabantur, si non totas, at ex parte saltem antistrophicas esse non dubium videtur, ut in Oreste v. 832. de quo loco dixi supra cap. 5, 16. p. 541. et in Iphigenia in Aulide v. 574. de quo loco dictum ibidem p. 542. Neque aliter sentio de epodo in Phoenissis v. 681. quae, nisi egregie fallor, ex his constat antistrophicis:

*καὶ σέ, τὸν προμάτορός* στρ.
*ποτε γένεθλον, ὦ Διὸς*
*Ἰοῦς τ' ἔκγονον,*
*ἐκάλεσ', ἐκάλεσ', ἰώ, βαρβάρῳ βοᾷ,*
*ἰώ, βαρβάροισιν ἐν λιταῖς·*
*βᾶθι, βᾶθι τάνδε γᾶν·*
*σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν·*
*ᾇ διώνυμοι θεαί,* ἀντ.
*Περσέφασσα, καὶ φίλα*
*Δαμάτηρ θεά,*
*πάντων ἄνασσα, πάντων δὲ Γᾶ τροφός,*
*ἐκτήσαντο· πέμπε πυρφόρους*
*θεάς· ἄμυνε τᾷδε γᾷ·*
*πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς.*

Vitiatam enim esse vulgatam lectionem arguere videntur codd. Florentini, quorum unus *Ἰοῦς τ' ἔκγονον*, alius *ποτ' Ἔπαφον ἔκγονον* habet. Itaque de his, quae vere epodi sunt, ita tenendum est, saepe in iis eadem metra repetita, sed mixta etiam aliis metris, inveniri, ut ea re interdum partes earum sibi simillimae sint. Nam quod in Britannorum Diario classico, si bene memini, ab nescio quo proditum legi, binos semper aequales versus in epodis esse a tragicis coniunctos, id eiusmodi est, ut mirer in mentem cuiquam venire potuisse.

13. Praeter parodum et stasima commemoranda sunt etiam ea carmina, quibus interdum finiuntur tragoediae.

Haec parodo, quam stasimis similiora sunt. Constant autem ex antistrophicis. Eiusmodi est chorus eorum, qui in Aeschyli Eumenidibus Furias ad destinatas sedes deducunt, et in Supplicibus eiusdem poëtae carmen, quod Danaides cum ancillis suis alternantes canunt.

14. Non minus memorabile est aliud carminis genus, quo et tragici et comici utuntur: quod ita factum est, ut ex una tantum stropha constet, cuius antistropha non statim, sed post aliquot actorum versus, atque interdum post satis magnam fabulae partem sequatur. Huiusmodi strophae nunc longiores sunt, ut in Philocteta v. 391. et 507. Aeschylus autem in Eumenidibus, quae fabula plura continet huius generis exempla, etiam eadem verba omnia iteravit, quod ille etiam in stasimis nonnumquam et commis fecit, ut in Septem ad Thebas, in Agamemnone, in Supplicibus. Nunc breviores sunt strophae istae, compositae plerumque ex genere dochmiaco, ut in Aeschyli Septem ad Thebas, et in Supplicibus.

15. Perraro stropha chori invenitur solitaria, omnique antistropha carens: quod non videtur, nisi in magna quadam et insolita animorum commotione admissum esse. Huiusmodi exemplum est in Trachiniis v. 205. de quo scholiastes: *τὸ μελιδάριον οὐκ ἔστι στάσιμον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ὀρχοῦνται.* Videtur autem et hoc carmen a diversis chori partibus cani, et sic etiam separatae illae ab antistrophis suis strophae non esse universi chori.

16. Multo certius etiam illa chori carmina non ab universo choro, sed a diversis eius partibus cani in promptu est, in quibus non cuique strophae suae antistropha subiicitur, sed, ut in commis plerumque factum videmus, artificiosior aliquis ordo stropharum est. Perrarum hoc genus est in carminibus solius chori.

Exemplum exstat in Choëphoris a v. 781. in quo hic est stropharum ordo:

α'. β'. α'. γ'. μεσῳδός. γ'. δ'. β'. θ'.

## CAP. XXIII.

### *De systematis antistrophicorum.*

1. Monet autem ipse rerum ordo, ut iam de artificiosa illa copulatione stropharum dicamus, in qua dici vix potest, quantam poëtae Graecorum scenici operam collocaverint. Propria est haec ratio illorum canticorum, quae vel a solis actoribus sine choro, vel a choro cum actoribus verba conferente, vel a partibus aliquibus solius chori alternatim canuntur. Et plerumque quidem inter chorum et actores haec cantica divisa sunt: quae in tragoedia *κόμμοι* vocantur. Aristotèles de arte poëtica c. 12. *κόμμος δέ, θρῆνος κοινὸς χοροῦ καὶ ἀπὸ σκηνῆς.* Saepe tamen etiam soli actores haec carmina habent, eaque sunt, quae *ἀπὸ σκηνῆς* vocari videntur. Quae si Aristoteles in loco, quem supra cap. 19, 4. attuli, negat antistrophica esse, meminisse debemus, quoniam sibi problemata illa scribebat, negligentius eum loquutum esse, neque aliud voluisse indicare, quam actorum carmina saepe, et recte quidem, carere antistrophis. Raro solus chorus in partes divisus alternatim isto modo canit: cuius rei exemplum attuli in fine praegressi capitis.

2. Non est autem putandum, temere poëtas et sine certa ratione a simplici stropharum atque antistropharum consequutione discessisse, sed semper hac quoque in re aequalitatem illam, quae tot aliis in rebus cernitur, admirabili diligentia observarunt. Breviter, nec satis explicate indicata haec ratio est ab Hephaestione p. 68. (123) his verbis: *κατὰ περικοπὴν δέ ἐστιν ἀνομοιομερῆ, ὁπόταν*

*ἐκθέμενος ὁ ποιητὴς ὁπόσα δή ποτε συστήματα διάφορα, ἐπαγάγῃ ἐκ τῶν αὐτῶν συστημάτων συνεστῶσαν περικοπήν· ὥστε τὰ μὲν ἐν ἑκατέρᾳ ἢ ἑκάστῃ περικοπῇ συστήματα ἀνόμοια εἶναι ἀλλήλοις, τὰς δὲ περικοπὰς ἀμφοτέρας ἀλλήλαις ὁμοίας, ἢ πάσας.* Nam non modo admodum varia est haec stropharum dispositio, sed saepe etiam plura stropharum systemata, (ita enim vocabimus, quas *περικοπὰς* dicit Hephaestio) vel adnexa sibi, vel inter se coniuncta sunt.

3. Non est obscurum, hanc pene incredibilem diligentiam, qua istae responsiones elaboratae sunt, prorsus inutilem futuram fuisse, nisi loci, in quibus actores chorusve vel dispositi erant, vel deinceps consistebant, pari arte designati, statim oculis spectatorum ordinem illum, cuius rationem et virtutes in legendo vix ac ne vix quidem animadvertimus, aperuissent, et quid quoque tempore, atque a quo canendum esset, certo indicio significassent. Quamobrem minime dubium videtur, poëtas in componendis hisce carminibus designatione quadam et descriptione opus habuisse, ex qua ut loci discessionesque personarum, ita ordo, quo deinceps strophae canendae essent, eluceret. De qua descriptionum arte et ratione quum nihil nobis traditum sit ab antiquis, perdifficile est aliquam viam invenire, quae in tanta horum systematum varietate simul et locorum et successionis aequalitate indicanda satisfaciat. Non desperaverim tamen, fore, ut hoc quoque sollertium hominum sagacitate expediatur. Ego quidem eam semper rationem sequutus sum, ut strophas atque antistrophas iisdem litteris designatas eo ordine, quo deinceps in quoque carmine sese excipiunt, vel uno in versu, vel aliam sub alia adnotarem, ac deinde singula eiusdem litterae paria semicirculo vel superne, vel infra, vel in latere coniungerem. Ita hi semicirculi facile aequalitatem partium ostendunt, aut

si qua sint inaequalia, de errore admonent. Curandum est autem hac in re, ut si nimia sit semicirculorum copia, ii, qui sibi respondent, satis a caeteris distinguantur. Sequutus est rationem nostram Seidlerus, in cuius libro de versibus dochmiacis plures huiusmodi formae descriptae sunt.

4. Plerumque autem his systematis non solum cantica chori actorumque, sed etiam qui inter haec medii sunt anapaesti vel trimetri comprehenduntur. Eademque, quae in ipsis strophis observata est aequalitas, etiam in personarum vicibus custodiri solet, nunc in antistropha eodem modo, quo in stropha, nunc ordine inverso, et tanta quidem diligentia, ut, si in mediis versibus mutatur persona, utrobique id in eodem pede, cuiusque pedis eadem in syllaba fiat. Quae res saepe indicium facit personarum in codicibus aut male indicatarum, aut omissarum, quod plerumque factum est in iis, quae a diversis partibus chori, vel etiam a singulis cantoribus canuntur. Ac singulos cantores interdum loqui vel canere quum aliquot abhinc annis amicos quosdam monuissem, exemplo usus, quod supra commemoravi in fine cap. 20. iam pervulgatum esse video. Monitumque est ea de re, sed paucis in locis, a veteribns scholiastis, ut ad Aeschyli Septem ad Thebas et Eumenides. Exempla dedi in meis Herculis Furentis et Supplicum Euripidis editionibus: de quibus si non persuasi quibusdam, non id mirandum puto: nam qui nihil praeter verba et canones grammaticos in antiquis scriptoribus venantur, hi, quod ultra est, oderunt curare. Caeterum vehementer dubito, an semel instituta personarum aequali divisione non licere sibi putaverint tragici, aliquando ab ea discedere. Inveniuntur tamen, nisi fallor, antistrophica, in quibus non est omnino instituta aequalis personarum distributio: sed ea apud tragicos certe perrara sunt, frequentiora autem in comoediis.

5. Praeterea saepe etiam aliud genus responsionis invenitur, quod positum est in voce eodem loco antistrophae, maxime in fine versus, iterata. Qui usus, alienus ab lyrica poësi, proprius est antistrophicorum in scena. Atque etsi negari non potest, saepe hac in re aliquid venustatis inesse, tamen hoc actorum maxime causa institutum videtur, quia hae eiusdem vocabuli iterationes memoriam in verbis modisque ediscendis mirifice adiuvant. Quod in magna et stropharum multitudine, et modorum varietatate non leve esse putandum est.

6. Omnem illam rationem antistrophicorum apta comparatione disponendorum, personarumque in iis distribuendarum, tribus exemplis illustrare volo, ex quibus satis ars illa et diligentia, quam huic rei impenderunt tragici, intelligi poterit. Perlongum carmen est in Choëphoris Aeschyli a v. 312. cuius strophas quum ante hos duodeviginti annos in libello observationum criticarum in Aeschylum et Euripidem distinxissem, ordine tamen et lege systematis non indicato, fuerunt, qui stropharum ordinem nimis perturbatum esse rati, dum meliorem dare conabantur, eum perverterent. Carminis illius haec dispositio est:

α′. Orestes.
β′. Chorus.
α′. Electra.
γ′. Chorus: anapaesti.
δ′. Orestes.
β′. Chorus.
δ′. Electra.
μεσῳδός. Chorus: anapaesti.
ε′. Electra.
ϛ′. Chorus.
ε′. Orestes.
γ′. Chorus. anapaesti.

ϛ'. Electra.
ϛ'. Chorus.
ζ'. Orestes.

---

η'. Electra.
ϑ'. Orestes.
ϑ'. Electra.
η'. Electra.

---

ι'. Orestes. Electra. Chorus.
ι'. Orestes. Electra. Chorus.

---

ια'. Chorus.
ια'. Chorus.

Quattuor hic sunt stropharum systèmata, quorum in primo altera pars inversum habet personarum Electrae et Orestis ordinem; secundum systema hac lege compositum est, ut prima et ultima stropha ab eadem persona, duae mediae a diversis canantur; in tertio eodem ordine personae sibi in stropha atque antistropha succedunt; quartum totum chori est. Secundum exemplum ex Agamemnone depromam. In ea fabula v. 1457—1585. systema constituunt ex duobus systematis compositum, quod exemplo esse potest, quantum lucri ad rem criticam ex his descriptionibus accedat. Nam stropharum ordine et positu cognito, mendae, lacunae, interpretamenta, quae alioqui certo deprehendere saepe difficillimum foret, iam extra dubitationem poni apparet. Systema illud sic est comparatum:

α'. Chorus.
β'. Chorus: anapaesti.
γ'. Chorus.
δ'. Clytaemnestra: anapaesti.
α'. Chorus.
δ'. Clytaemnestra: anapaesti.

ε'. Chorus.
ϛ'. Chorus: anapaesti.
ζ'. Chorus.
η'. Clytaemnestra: anapaesti.
ε'. Chorus.
ϛ'. Chorus: anapaesti.
ζ'. Chorus.
η'. Clytaemnestra: anapaesti.
ϑ'. Chorus.
β'. Chorus: anapaesti.
γ'. Chorus.
ι'. Clytaemnestra: anapaesti.
ϑ'. Chorus.
ι'. Clytaemnestra: anapaesti.

Tertium denique adiiciam carmen anapaesticum, in quo aliqui dactylici et dochmiaci versus sunt, ex Hecuba a v. 156. ed. Pors. Eius haec est descriptio:

α'. προῳδ. β'. β'. γ'. γ'. ἐπῳδ. α'.

Personae sibi in strophis α', α', γ', γ', inverso ordine respondent; in strophis β', β, propter maiorem animorum perturbationem non est servata personarum responsio. Carmen illud ita restituendum puto.

*E.* οἵ᾽ ἐγὼ μελέα, τί ποτ᾽ ἀπύσω; στρ. α'.
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;
δειλαία δειλαίου γήρως,
δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
τᾶς οὐ φερτᾶς. ὤ μοί μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γενεά,
ποία δὲ πόλις; φροῦδος πρέσβυς,
φροῦδοι παῖδες.
ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
στείχω; ποῖ δ᾽ ἐσθῶ; ποῦ τις θεῶν
ἐπαρωγός; ἰὼ κάκ᾽ ἐνεγκοῦσαι
*Τρῳάδες*, ὦ κάκ᾽ ἐνεγκοῦσαι
πήματ᾽, ἀπωλέσατ᾽, ὠλέσατ᾽· οὐκέτι μοι βίος

ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι, πούς,
ἄγησαι τᾷ γηραίᾳ
πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ'
οἴκων· ἄϊε ματέρος αὐδάν,
ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς, πρ.
οἵαν, οἵαν αἴω φάμαν
περὶ σᾶς ψυχᾶς. Π. ἰὼ ἰώ,
μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον
καρύξασ', οἴκων μ', ὥς τ' ὄρνιν,
θάμβει τῷδ' ἐξέπταξας;
Ε. ὤ μοι τέκνον. Π. τί με δυσφημεῖς; στρ. β'.
φροίμιά μοι κακά. Ε. αἲ αἲ σᾶς ψυχᾶς.
Π. ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ, ἀντ. β'.
τί ποτ' ἀναστένεις. Ε. ὦ τέκνον, τέκνον
μελέας ματρός. Π. τί τόδ' ἀγγέλλεις;
Ε. σφάξαι σ' Ἀργείων κοιναὶ στρ. γ'.
συντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδα, γέννα.
Π. οἵ μοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει ἀντ. γ'.
ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
μάνυσον, μᾶτερ.
Ε. αὐδῶ, παῖ, δυσφήμους φάμας· ἐπ.
ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
ψήφῳ σᾶς περὶ μοι ψυχᾶς.
Π. ὦ δεινὰ παθοῦσ', ὦ παντλάμων, ἀντ. α'.
ὦ δυστάνου μᾶτερ βιοτᾶς,
οἵαν, οἵαν αὖ σοι λώβαν,
λώβαν ἐχθίσταν, οἴμοι,
ἀρήϊτάν τ' ὤρσεν δαίμων;
οὐκέτι σοι παῖς ἄδ'· οὐκέτι δὴ
γήρᾳ δειλαίᾳ δειλαίᾳ
ξυνδουλεύσω.

σκύμνον γάρ μ', ὥστ' οὐρειθρέπταν
μόσχον, δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἁναρπαστὰν
σᾶς ἄπο, λαιμότομόν θ' Ἅιδᾳ
γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνθα νεκρῶν μέτα
τάλαινα κείσομαι.
σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου,
κλαίω πανοδύρτοις θρήνοις·
τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ',
οὐ μετακλαίομαι, ἀλλὰ θανεῖν μοι
συννυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

---

## CAP. XXIV.

### *De interpellatione antistrophicorum.*

1. Philologiae, ut omnium artium ac doctrinarum, hic semper et fuit cursus, et erit, ut in quaque parte primo nullae sint regulae, deinde omnia plena fiant regularum, postremo etiam de exceptionibus cogitetur. Initia enim scientiae rudi materia constant, cuius naturam dum cognoscere studet mens humana, comparandis similibus, secernendis dissimilibus regulas condit, quibus varietatem illam materiae regat atque in partes quasdam describat. In qua re non mirum est, modum solere excedi. Nam successu alacriores facti, nihil esse putamus, quod non possit ad regulam conformari, usque dum exceptionum vel multitudine vel firmitate moniti, fontibus regularum investigandis eo pervenimus, ut, quousque vis earum et usus pertineat, intelligamus. Hic igitur cursus quum ab ipsa natura praefinitus sit, non est, quod quemquam poeniteat, nimium aliquando tribuisse regulis, modo se postea liberaverit ab isto servitio. Dixi haec propterea, quia nihil facilius est, quam, ubi omnia plena videas antistrophicorum summa arte elaboratorum, eam-

dem rationem transferre etiam ad eas fabularum partes, in quibus aut non est usurpata, aut alio, quam solito modo, tractata. Id quum et mihi, et aliis, in iisque praecipue Seidlero acciderit, tanto magis monendos arbitror, qui hoc in genere litterarum studium aliquod collocant, ut meminerint, esse etiam, quae, quantumvis speciem antistrophicorum prae se ferant, tamen aut non sint, aut non omni ex parte omnique modo antistrophica. Simulque, dum haec disputo, locos illos omnes, quos in dissertatione de usu antistrophicorum in Graecorum tragoediis attigi, praeter eos, de quibus iam supra dictum est, alia ac meliore, si possim, ratione tractabo, iisque alios quosdam adiiciam.

2. Ac primo commemorabo interpellationes antistrophicorum. Placuit enim poëtis interdum aut aliena persona, aut alieno cantico, aut propter aliam aliquam caussam interpellare ac perturbare antistrophica. Prima illa forma, quae fit aliena persona aliquid interloquente, usum esse Euripidem in Ione a v. 219. praeclare animadvertit Thomas Tyrwhittus, vir excellentis ingenii. Eo enim in loco dum choricae mulieres inter se carmen antistrophicum canunt, in secunda antistropha Ionem compellant, qui respondet versibus anapaesticis, nullos in stropha alios anapaestos oppositos habentibus, ita ut antistropha, cuius stropha uno tenore cantata fuerat, nunc particulatim, interloquente idemtidem Ione, canatur: in qua re observandum est, syllabas finales versuum et strophicorum et anapaesticorum non iis syllabis, quae in quoque genere succedere debebant, sed iis quae revera statim sequuntur, ab altero pronunciatae, accommodatas esse. Antistropha illa haec est: versus anapaesticos autem diductis litteris distinxi:

*X. σέ τοι, τὸν παρὰ ναὸν αὐ-*
*δῶ, θέμις γυάλων ὑπερ-*

βῆναί μοι ποδὶ λευκῷ;
*I.* οὐ θέμις, ὦ ξέναι.
*X.* οὐδ' ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμαν αὐδάν;
*I.* τίνα δῆτα θέλεις;
*X.* ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;
*I.* στέμμασί γ' ἐνδυτόν, ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.
*X.* οὕτω καὶ φάτις αὐδᾷ.
*I.* εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων,
καί τι πυθέσθαι χρήζετε Φοίβου,
πάριτ' εἰς θυμέλας· ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις
μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν.
*X.* ἔχω μαθοῦσα· θεοῦ δὲ νόμον οὐ παραβαίνομεν· ἃ δ' ἐκτός, ὄμμα τέρψει.
*I.* πάντα θεᾶσθ', ὅ τι καὶ θέμις, ὄμμασι.
*X.* μεθεῖσαν δεσπότας
θεοῦ με γύαλα τάδ' εἰσιδεῖν.
*I.* ὁμωαὶ δὲ τίνων κλήζεσθε δόμων;
*X.* Παλλάδος ἔνοικα τρόφιμα μέλαθρα
τῶν ἐμῶν τυράννων.
παρούσας δ' ἀμφὶ τάδ' ἑρωτᾷς.

3. Multo magis mira conformatio est carminis, quod est in Ranis Aristophanis a v. 208. Id sic restituendum videtur.

*ΧΑ.* ὠὸπ ὄπ, ὠὸπ ὄπ. πρ.
*ΗΜ.* βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. στρ. α'.
*ΗΜ.* βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. ἀντ. α'.
1 *ΚΟΡ.* λιμναῖα κρηνῶν τέκνα, στρ. β'.
2 ξύναυλον ὕμνων βοὰν
3 φθεγξώμεθ' εὔηρυν ἐμὰν ἀοιδάν,
*ΧΟ.* κοὰξ κοάξ,
4 *ΚΟΡ.* ἣν ἀμφὶ Νυσήϊον
5 Διὸς Διώνυσον ἐν
6 Λίμναισιν ἰαχήσαμεν.

ἡνίχ᾽ ὁ κραιπαλόκωμος
τοῖς ἱεροῖσι χύτροισιν
χωρεῖ κατ᾽ ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
Δ. ἐγὼ δέ γ᾽ ἀλγεῖν ἄρχομαι στρ. γ΄.
τὸν ὄρρον, ὦ κοὰξ κοάξ.
ὑμῖν δ᾽ ἴσως οὐδὲν μέλει.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
Δ. ἀλλ᾽ ἐξόλοισθ᾽ αὐτῷ κοάξ. μεσ.
οὐδὲν γὰρ ἔστ᾽ ἀλλ᾽ ἢ κοάξ.
ΚΟΡ. εἰκότως γ᾽, ὦ
πολλὰ πράττων. ἐμὲ γὰρ ἐστερ-
ξαν μὲν εὔλυροί τε Μοῦσαι,
καὶ κεροβάτας Πὰν ὁ καλαμό-
φθογγα παίζων, προσεπιτέρπε-
ται δ᾽ ὁ φορμικτὰς Ἀπόλλων,
ἕνεκα δόνακος, ὃν ὑπολύριον
ἔνυδρον ἐν λίμναις τρέφω.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
Δ. ἐγὼ δὲ φλυκταίνας γ᾽ ἔχω, ἀντ. γ΄.
χὠ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι,
κᾆτ᾽ αὖθις ἐγκύψας ἐρεῖ,
βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
ἀλλ᾽, ὦ φιλῳδὸν γένος, ἀντ. β΄.
παύσασθε. ΚΟΡ. μᾶλλον μὲν οὖν
φθεγξώμεθ᾽, εἰ δήπου᾽ εὐ-
ηλίοις ἐν ἀμέραισιν
ἡλάμεσθα διὰ κυπείρου
καὶ φλέω, χαίροντες ᾠδῆς
ἐν πολυκολύμβοισι μέλεσιν,
ἢ Διὸς φεύγοντες ὄμβρον
ἔνυδρον ἐν βυθῷ χορείαν
αἰόλαν ἐφθεγξάμεσθα
πομφολυγοπαφλάσμασιν.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Δ. τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω. στρ. δ'.
ΚΟΡ. δεινὰ τἄρα πεισόμεσθα.
Δ. δεινότερα δ' ἔγωγ' ἐλαύνων,
εἰ διαῤῥαγήσομαι.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
Δ. οἰμώζετ'· οὐ γάρ μοι μέλει. ἀντ. δ'.
ΚΟΡ. ἀλλὰ μὴν κεκραξόμεσθα γ'
ὁπόσον ἡ φάρυγξ ἂν ἡμῶν
χανδάνῃ δι' ἡμέρας,
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.
Δ. τούτῳ γὰρ οὐ νικήσετε. ἐπῳδ.
ΚΟΡ. οὐδὲ μὴν ἡμᾶς σὺ πάντως.
Δ. οὐδὲ μὴν ὑ-
μεῖς γ' ἔμ' οὐδεπώποτε.
κεκράξομαι γάρ, κἂν με δεῖ, δι' ἡμέρας,
ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοάξ.
ΧΟ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Versiculum, quem in tertia stropha omisi, non habet optimus codex Venetus. Idem in secundae antistrophae v. 13. πολυκολύμβοισι praebet, quod est etiam apud Suidam in φλέων. Addidi ἐν, et in strophae v. 12. μέν. Coryphaei personam distinxi a choro. Hoc in carmine stropharum haec esse debebat dispositio:

προῳδ. α'. α'. β'. β'. ε'. ε'. ἐπῳδ.

Sed turbat hoc systema Bacchus, qui facit ut ei aliud, ex strophis γ', γ', inter quas media est mesodus, interponatur. Id interponi debebat inter strophas β', β': sed temere ille interloquens perturbat ordinem. Ita fit, ut quum ipse antistropham β' exordiatur, chorus verba eius excipiens pergat: sed omittens aliquot versus statim ex tertio versu ad decimum transit, catalexi tertii versus in dipodiam trochaicam, quae decimo deerat, transformata.

4. Quaedam in comoedia antistrophicorum interruptiones tantum abest ut librariis imputari debeant, ut ipsi poëtae risus captandi caussa aliquid perturbasse videantur. Eximium huius rei exemplum, nisi magnopere fallor, in Aristophanis Ecclesiazusis est a v. 900. in quo non modo alii versus cantico mixti sunt, sed etiam tria verba inserta omni metro carentia. Neque enim quemquam ita puto a venustate et leporibus alienum inventum iri, qui non sentiat, pauca verba, si apta voce gestuque rei accommodato proferantur, prosa oratione in poësi adiecta ob id ipsum maxime ridicula esse. Neque orationem prosam ita a comoedia exclusam esse ut nusquam locum inveniat, satis testantur praeconum proclamationes, ut in Thesmophoriazusis v. 295. quales locos qui hodie metris scriptos putabit eum satius erit a prosa veterum pariter atque a poesi manum abstinere. Igitur carmen illud ita scribendum videtur: distinxi autem, quae antistrophica sunt, signis quibusdam et numeris versuum:

1 *NE.* „μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι·  στρ. α'.
2 „τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε
3 „τοῖς ἀπαλοῖσι μηροῖς.
4 „κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ·“
*σὺ δ', ὦ γραῦ,*
5 „παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι
6 „τῷ θανάτῳ μέλημα.“
1 *ΓΡ.* „ἐκπέσοι σοῦ τὸ τρῆμα,  ἀντ. α'.
2 „τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοιο,
3 „βουλομένη σποδεῖσθαι,
4 „κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὗ-
5 „ροις τε καὶ προσελκύσαις,
6 „βουλομένη φιλῆσαι.“
1 *NE.* „αἲ αἲ, τί ποτε πείσομαι;  στρ. β'.
2 „οὐχ ἥκει μοὐταῖρος,
3 „μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ', ἡ

„γάρ μοι μήτηρ ἄλλη“
βέβηκε· καί τοι τἄλλα γ' οὐ-
δεν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν.
„ἀλλ', ὦ μαῖ, ἱκετεύομεν, κά-
„λει τὸν ὀρθαγόραν, ὅπως
„σαυτῆς ἂν κατόναι', ἀντιβολῶ σε.“
ΓΡ. „ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας“ ἀντ. β'.
τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷς,
δοκεῖς δέ μοι
καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους.
„ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαιο
„τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν
„ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει.“

De posteriore stropha atque antistropha iam supra monui cap. 3.

5. Huiusmodi lusu etiam in Vespis videtur usus esse Aristophanes v. 317. ubi senex in domo sua inclusus, dolens, quod sibi non cum sodalibus suis in iudicium ire liceat, ita nunc loquitur, nunc canit:

φίλοι, τήκομαι
„μὲν πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς“ στρ.
ὑμῶν ὑπα-
„κούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ'
„εἰμ' ᾄδειν. τι ποιήσω;“
„τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ' ἐπεὶ ἀντ.
„βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-
„μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
„σκους, κακόν τι ποιῆσαι.“

Ita quum omnino librorum scripturam recte se habere apparet, tum etiam verbum ᾄδειν, quod Toupio aliisque sensu carere visum est, sensum praebet aptissimum. Nam senex, quum incipit canere, prae aegritudine numeris modisque excidit, quod ipsum verbis illis significat. Porsonus in additamento ad Hecubam p. 80. fecit,

quod in librariis alibi ipse vituperat; in trimetros coëgit, qui non sunt trimetri.

6. Aliud exemplum, in quo non solum antistrophica, sed etiam stropha solitaria interpellatur, ex Sophocle in capite sequente dabimus.

## CAP. XXV.

### *De canticis solutis.*

1. Reliquum est, ut de eo genere carminum dicatur, quod grammatici *ἀπολελυμένον* vocant. Quorum ratio etsi ad doctrinam non est valde impedita, tamen, ubi de singulis carminibus iudicandum est, nihil est in omni re metrica, quod pluribus sit et maioribus dubitationibus obnoxium. Nam quum illud primum sit critici in hoc genere officium, ut antistrophica investiget, quae saepissime erroribus librariorum, lacunisque et additamentis obscurata sunt, facillime fieri potest, ut quis, aut, quae sunt antistrophica, solutis metris scripta putet, aut, quae libera sunt responsionibus, mutando in antistrophica redigat. Et hunc quidem ad errorem tanto proclivior via est, quod saepe soluta carmina mixta sunt antistrophicis, ut animadversis aliquot responsionibus, spes alatur, omnia in antistrophas cogi posse. Ab utroque errore non aliter caveri licet, quam primo, omni adhibenda cura, ut, si quae sint antistrophica, ea ne nos fugiant, deinde autem, quod multo difficilius est, abstinendo a temeritate corrigendi: qua in re multum refert scire, primo, qui usitati et probabiles numeri sint; deinde quid in quoque numeri genere permissum sit; denique quae emendandi ratio non a verisimilitudine abhorreat. Sed haec quidem, quae ad critici artem atque officium pertinent, non sunt huius loci. Nostrum nunc est, de ra-

tione et constructione carminum, quae ἀπολελυμένα vocantur, explicare.

2. Atque Hephaestio quum p. 66. (119) hanc definitionem posuisset: ἀπολελυμένα δέ, ἃ εἰκῇ γέγραπται καὶ ἄνευ μέτρου ὡρισμένου· οἷόν εἰσιν οἱ νόμοι οἱ κιθαρῳδικοὶ Τιμοθέου· p. 69. (126) ita scribit: δεδειγμένου δ' ἡμῖν, τί ἐστι τὰ ἀπολελυμένα, φαμὲν εἶναι εἴδη τούτων τά τε ἄστροφα, καὶ τὰ ἀνομοιόστροφα, καὶ ἄτμητα. ἄστροφα μὲν οὖν ἐστὶ τὰ τηλικούτου μεγέθους ὄντα ἐπ' ἐλάχιστον, ὡς μηδὲ στροφῆς ὅλης εἶναι αὐτὰ ὑπονοητικά· ἀνομοιόστροφα δέ ἐστιν, ὅσα πάντως διαιρεῖται ἢ κατὰ πρόσωπον ἀμοιβαῖον, ἢ χοροῦ πρὸς ὑποκριτὴν ἀπόκρισιν, ἢ κατὰ ἐφύμνιον, ἢ κατὰ ἐπῳδόν, ἢ κατὰ ἄλλο τι ἐπιφώνημα. διαιρεῖται δὲ ἤτοι εἰς δύο, ἢ εἰς πλείω· ἐὰν μὲν οὖν εἰς δύο διαιρεθῇ, καλεῖται ἑτερόστροφον· ἐὰν δὲ εἰς πλείονα, ἀλλοιόστροφον. ἄτμητα δέ ἐστι τὰ τηλικαῦτα, ὥστε δύνασθαι μὲν τέμνεσθαι, μὴ μέντοι τι τεκμήριον ὑπάρχειν τοῦ τὸν ποιητὴν αὐτὰ τετμηκέναι, μήτε βραχυκαταληξίαν, μήτε τι ἕτερον τῶν διοριζόντων τὰ ποιήματα, οἷον ἐφύμνιον, ἢ ἀναφώνημα.

3. Hae partitiones rem non exhauriunt. Quare servatis quidem appellationibus istis, sed additis quibusdam aliis, ita potius dicemus: ἀπολελυμένα aut ex solis metris quibusdam, aut ex strophis constare. Quae ex solis metris constant, ἄστροφα sunt, quae ἐπιφωνήματα, ἐπιφθεγματικά, ἐφύμνια vocantur; sin longiora sunt, quam ut strophae nomen iis conveniat, ἄτμητα appellabuntur, qualia in νόμοις et fortasse in recentioribus dithyrambis, aliisque lyricae poëseos generibus usurpata esse verisimile est. Illa autem ἀπολελυμένα, quae ex strophis facta sunt, aut μονόστροφα sunt, si una stropha continentur, aut πολύστροφα, si pluribus. Πολύστροφα autem, si dissimiles strophas habent, ἀνομοιόστροφα; si similes,

παρομοιόστροφα vocabuntur. Accedunt ad haec tum variae mixtiones, quum vel ἀνομοιόστροφα ac παρομοιόστροφα inter se, vel alterutra aut utraque antistrophicis aut antitheticis miscentur, tum etiam interpellationes stropharum. Atque ἄστροφα, ἄτμητα, et μονόστροφα nihil habent difficultatis. Quare haec praeteribo, et statim me ad πολύστροφα convertam.

4. Ex his facillima sunt ἀνομοιόστροφα. Haec fere ex systematis quibusdam vel versibus nunc similibus, nunc dissimilibus composita sunt. Exemplo sit carmen in Oreste a v. 971. ed. Pors.

Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ στρ. α'.
μέσον χθονός τε τεταμέναν
αἰωρήμασι πέτραν,
ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν
δίναισιν βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,
ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
πατρὶ γέροντι Ταντάλῳ,
ὃς ἔτεκεν, ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων,
οἳ κατεῖδον ἄτας,
ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων στρ. β.
τεθριπποβάμονι στόλῳ
Πέλοψ ὁπότε πελάγεσι διε-
δίφρευσε Μυρτίλου φόνον
δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
λευκοκύμοσιν
πρὸς Γεραιστίαις
ποντίων σάλων
ᾐόσιν ἁρματεύσας·
ὅθεν δόμοισι τοῖς ἐμοῖ- στρ. γ'.
σιν ἦλθ' ἀρὰ πολύστονος,
λόχευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου,
τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὁπότ',
ἐγένετο τέρας ὁλοόν, ὁλοὸν

Ἀτρέος ἱπποβότα.
ὅθεν ἔρις τό τε πτερωτὸν ..... στρ. δ'.
ἁλίου προσέβαλεν ἅρμα,
τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον
οὐρανοῦ προσαρμόσασα
μονόπωλον ἐς ἀῶ·
ἑπταπόρου δὲ δρόμημα Πελειάδος στρ. ε'.
εἰς ὁδὸν ἄλλαν Ζεὺς μεταβάλλει,
τῶνδέ τ' ἀμείβει θανάτους θανάτων,
τά τ' ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου,
λέκτρά τε Κρήσσας Ἀερόπας δολί-
ας δολίοισι γάμοις, τὰ πανύστατα δ'
εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμὸν ἦλυθε δόμων
πολυπόνοις ἀνάγκαις.

In penultimo versu non debebat ἦλυθε in ἦλθε mutari. Vsitata haec est dactylorum in paeonicum ordinem transitio, sequente praesertim versu ithyphallico. Vide supra cap. 11, 3. p. 647.

5. Plus dubitationis faciunt παρομοιόστροφα, in quibus quoniam similes sunt strophae, facile quis adduci potest, ut, quae dissimilia sunt, librariis, quam poëtis tribuere malit. Itaque sedulo cavendum est in hoc genere, ne nimio antistrophicorum indagandorum studio peccetur, refinganturque et in responsionem cogantur, quae libera sunt responsionis necessitate. Est autem triplex stropharum inter ipsas similitudo; nam aut genere numeri fere eodem constant, aut initium habent idem, aut finiuntur eodem modo. Atque haec quidem similitudo, quae in fine eodem posita est, multo saepius, quam quae est in initio, invenitur. Illa infra in exemplis quibusdam cerni poterit. Nunc usitatioris formae exempla dabo. Et primum Euripidis in Phoenissis v. 103. quod carmen Seidlerus de verss. dochm. p. 240. numeris valde reluctantibus in antistrophica coëgit. Observandum est

autem, in huiusmodi carminibus paracatalogen videri adhibitam esse, quae, ut hodie quoque in cantu, quem recitativum vocant, fieri solitum est, certis et plenis numeris terminatur. Vnde similitudo illa clausularum est, quae plerumque dochmiacae sunt. Idem dictum volo de his carminibus, quorum strophae certo initio inceptae per paracatalogen deinde in alios numeros abeunt. Sunt autem παρομοιόστροφα in recentiori maxime tragoedia usurpata: etsi huius quoque rei initia apud Aeschylum inveniuntur in Septem ad Thebas: quem locum Seidlerus de verss. dochm. p. 181. seqq. non debebat totum in antistrophica redigere. Igitur sic Euripides.

*Α.* ὄρεγε νῦν, ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ — στρ. α'.
χεῖρ' ἀπὸ κλιμάκων ποδὸς
ἴχνος ἐπαντέλλων.
*Π.* ἰδοὺ ξύναψον, παρθέν'· εἰς καιρὸν δ' ἔβης·
κινούμενον γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν
στράτευμα, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.
*Α.* ἰὼ πότνια παῖ Λατοῦς — στρ. β'.
Ἑκάτα, κατάχαλκον ἅπαν
πεδίον ἀστράπτει.
*Π.* οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα,
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων.
*Α.* ἆρα πύλαι κλείθροις
χαλκόδετά τ' ἔμβολα — στρ. γ'.
λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις
τείχεος ἥρμοσται;
*Π.* θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις.
ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.
*Α.* τίς οὗτος ὁ λευκολόφας — στρ. δ'.
πρόπαρ ὃς ἀγείται στρατοῦ
πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βρα-
χίονα κουφίζων;
*Π.* λογαχός, ὦ δέσποινα. *Α.* τίς, πόθεν γεγώς;
αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται;

Π. οὗτος Μυκηναῖος μὲν αὐδᾶται γένος,
Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάμαθ', Ἱππομέδων ἄναξ.
Α. ἔ ἔ, στρ. ε'.
ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς εἰσιδεῖν
γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος, ἀστέρωπος
ἐν γραφαῖσιν, οὐχὶ πρόσφορος
ἀμερίῳ γέννᾳ.
Π. τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Λίρκης ὕδωρ
λοχαγόν; Α. ἄλλος, ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος.
τίς δ' ἔστιν οὗτος; Π. παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ,
Τυδεύς, Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.
Α. οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον, στρ. ϛ'.
αὐτοκασιγνήτας νύμφας
ὁμόγαμος κυρεῖ;
ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, μιξοβάρβαρος.
Π. σακεσφόροι γὰρ πάντες Αἰτωλοί, τέκνον,
λόγχαις τ' ἀκοντιστῆρες εὐστοχώτατοι.
Α. σὺ δ' ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνει σαφῶς τάδε;
Π. σημεῖ' ἰδὼν τότ' ἀσπίδων ἐγνώρισα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων,
ἃ προσδεδορκὼς, οἶδα τοὺς ὡπλισμένους.
Α. τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου περᾷ, στρ. ζ'.
καταβόστρυχος ὄμμασι γοργὸς εἰς-
ἰδεῖν νεανίας
λοχαγός; ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ
πάνοπλος ἀμφέπει.
Π. ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.
Α. ἀλλά νιν ἃ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος στρ. η'.
Ἄρτεμις ἰεμένα τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν,
ὃς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων.
Π. εἴη ταδ', ὦ παῖ· ξὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν·
ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.
Α. ποῦ δ', ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς στρ. θ'.
πολυπόνῳ μοίρᾳ,
ὦ φίλτατ', εἰπέ, ποῦ 'στὶ Πολυνείκης, γέρον;

*Π.* ἐκεῖνος· ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας
*Νιόβης, Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.*
*ὁρᾷς; Α.* ὁρῶ δῆτ', οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
*μορφῆς τύπωμα, στέρνα τ' ἐξηκασμένα.*
ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας στρ. ί.
ποσὶν ἐξανύσαιμι δ' αἰθέρος
πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα, πέρι δ' ὠλένας
δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι χρόνῳ
φυγάδα μέλεον. ὡς ὅπλοις χρυσείοι-
σιν ἐκπρεπής, γέρον,
ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἁλίου.
*Π.* ἥξει δόμους τούσδ', ὥστε σ' ἐμπλῆσαι χαρᾶς;
*ἔνσπονδος. Α.* οὗτος δ', ὦ γεραιέ, τίς κυρεῖ,
*ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς;*
*Π.* ὁ μάντις Ἀμφιάραος, ὦ δέσποιν', ὅδε·
σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι ῥοαί.
Α. ὦ λιπαρόζωνου θύγατερ Ἁλίου στρ. ια'.
Σελαναία, χρυσεόκυκλον φέγγος,
ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σώφρονα
πώλοις μεταφέρων ἰθύνει.
*ποῦ δ' ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πολεῖ;*
*Π.* ἐκεῖνος ἑπτὰ προσβάσεις τεκμαίρεται
*πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν.*
Α. ἰώ, στρ. ιβ'.
Νέμεσι καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταί,
κεραύνιόν τε πῦρ,
αἰθαλόεν, σύ τοι
μεγοληγαρίαν ὑπερ-
άνορα κοιμίζοις.
ὅδ' ἔστιν, αἰχμαλωτίδας στρ. ιγ'.
ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισι λερ-
ναίᾳ τε δώσει τριαίνᾳ,
Ποσειδωνίοις Ἀμυμωνείοις
ὕδασι δουλείαν περιβαλών.
μὴ ποτε, μή ποτε τάνδ', ὦ πότνια, στρ. ιδ'.

χρυσεοβόστρυχον ὦ Διὸς ἔρνος, Ἄρτεμι,
δουλοσύναν τλαίην.

Omnes hic strophae aut dochmio finiuntur, aut Cretico, quod in duabus factum, decima, et tertia decima. Vndecimae strophae duo ultimi versus vereor ne paullo aliter a poëta conditi fuerint, quem vix crediderim ultimas dochmiorum breves posuisse, non sequente alio numero. Neque in tertia decima stropha nihil ab librariis peccatum contenderim. Quum enim codd. *δώσειν* habeant, et scholiastes pro verbo, quod omissum est, *ἐπαγγέλλεται* posuerit, videndum ne, hi pleni fuerint dochmiaci, *Λεραίᾳ τ᾽ εὔχεται τριαίνᾳ δώσειν*. Caeterum si in hoc et iis, quae deinceps afferentur, carminibus versus nonnullos ita describimus, ut verbum non recte inter duos versus dividi videatur, reputandum est, quosdam versus, propter ambiguitatem, quam alioquin habiturus esset numerus, ita disponendos esse, ut non tam versuum aut ordinum, quam novi numeri initia indicentur, ut in iis versibus, qui ex aliis, maxime ex dactylicis numeris, in dochmios abeunt. Succedat huic aliud carmen ex Ione v. 1439. quod sic describendum videtur.

*ΚΡ. ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου,* στρ. α'.
*συγγνώσεται γὰρ ὁ θεός, ἐν χεροῖν σ᾽ ἔχω*
*ἄελπτον εὕρημ᾽,*
*ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων χθόνιον μετὰ Περσεφό-*
*νας τ᾽ ἐδόκουν ναίειν.*
*Ι. ἀλλ᾽, ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἐν χεροῖν σέθεν* στρ. β'.
*ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι.*
*ΚΡ. ἰὼ ἰὼ λαμπρᾶς αἰθέρος ἀμπτυχαί,*
*τίν᾽ αὐδὰν ἀΰσω,*
*βοάσω; πόθεν μοι*
*συνέκυρσ᾽ ἀδόκητος ἡδόνα; πόθεν*
*ἐλάβομεν χαράν;*
*Ι. ἐμοὶ γενέσθαι πάντα μᾶλλον ἄν ποτε* στρ. γ'.
*μῆτερ, παρέστη τῶνδ᾽, ὅπως σός εἰμ᾽ ἐγώ.*

ΚΡ. ἔτι φόβῳ τρέμω.
Ι. μῶν οὐκ ἔχειν μ᾽ ἔχουσα; ΚΡ. τὰς γὰρ ἐλπίδας στρ. δ'.
ἀπέβαλον πρόσω.
ἰὼ γύναι, πόθεν, πόθεν ἔλαβες ἐ-
μῶν βρέφος ἀγκαλῶν;
τίν᾽ ἀνὰ χέρα δόμους ἔβα Λοξίου;
Ι. θεῖον τόδ᾽· ἀλλὰ τἀπίλοιπα τῆς τύχης στρ. ε'.
εὐδαιμονοῖμεν, ὡς τὰ πρόσθε δυστυχῆ.
ΚΡ. τέκνον, οὐκ ἀδάκρυτος ἐκλοχεύῃ,
γόοις δὲ ματρὸς ἐκ χερῶν ὁρίζῃ·
νῦν δὲ γενειάσιν παρὰ σέθεν πνέω,
μακαριωτάτας τυχοῦσ᾽ ἡδόνας.
Ι. τοὐμὸν λέγουσα καὶ τὸ σὸν κοινῶς λέγεις. στρ. ς'.
ΚΡ. ἄπαιδες οὐκέτ᾽ ἐσμὲν, οὐδ ἄτεκνοι
δώματα δ᾽ ἑστιοῦται,
τάδε δ᾽ ἔχει τυράννους·
ἀνηβᾷ δ᾽ Ἐρεχθεύς,
ὅ τε γηγενέτας δόμος οὐκέτι νύκτα θέρκεται,
ἀελίου δ᾽ ἀναβλέπει λαμπάσιν.
Ι. μῆτερ, παρών μοι καὶ πατὴρ μετασχέτω στρ. ζ'.
τῆς ἡδονῆς τῆσδ᾽, ἧς ἔδωχ᾽ ὑμῖν ἐγώ.
ΚΡ. ὦ τέκνον,
τί φῄς; οἷον, οἷον ἀνελέγχομαι.
Ι. πῶς εἶπας; ἄλλοθεν γέγονα γάρ, ἄλλοθεν; στρ. η'.
ΚΡ. ὤ μοι. Ι. νόθον με παρθένευμ᾽ ἔτικτε σόν.
ΚΡ. οὐχ ὑπὸ λαμπάδων οὐδὲ χορευμάτων
ὑμέναιος ἐμὸς, τέκνον,
ἔτικτε σὸν κάρα.
Ι. αἴ αἴ, πέφυκα δυσγενὴς, μῆτερ, πόθεν; στρ. θ'.
ΚΡ. ἴστω Γοργοφόνα. Ι. τί τοῦτ᾽ ἔλεξας;
ΚΡ. ἃ σκοπέλοις ἐπ᾽ ἐμοῖς τὸν ἐ-
λαιοφυῆ πάγον
θάσσει· Ι. λέγεις μοι δόλια, κοὐ σαφῆ τάδε.
ΚΡ. παρ᾽ ἀηδόνιον πέτραν Φοίβῳ
Ι. τί Φοῖβον αὐδᾶς;

ΚΡ. κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην.
Ι. λέγ' · ὡς ἐρεῖς τι κεδνὸν εὐτύχές τέ μοι. στρ. ι.
ΚΡ. δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν
κύκλῳ κρύφιον ὠδῖν' ἔτεκον Φοίβῳ.
Ι. ὦ φίλτατ' εἰποῦσ', εἰ λέγεις ἐτήτυμα. στρ. ια.
ΚΡ. παρθένια δ' ἐμᾶς ματέρος
σπαργάνι' ἀμφίβολά σοι τάδ' ἐνῆψα, περ-
κίδος ἐμᾶς πλάνους.
γάλακτι δ' οὐκ ἐπέσχον, οὐδὲ μαστῷ
τροφεῖα ματρός, οὐδὲ λουτρὰ χειροῖν
ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν γαμφηλαῖς
φόνευμα θοίναμά τ' εἰς
Ἄιδαν ἐκβάλλῃ.
Ι. ὦ δεινά, δεινὰ τλᾶσα μῆτερ· ΚΡ. ἐν φόβῳ στρ. ιβ'.
καταδεθεῖσα σὰν
ψυχὰν ἀπέβαλον, τέκνον.
ἔκτεινα σ' ἄκουσ'. Ι. ἐξ ἐμοῦ τ'
οὐχ ὅσι' ἔθνη-
σκες. ΚΡ. ἰώ, δειναὶ μὲν αἱ τότε τύχαι,
δείλαια δὲ καὶ τάδ' · ἑλισσόμεσθ' ἐκεῖθεν
ἐνθάδε δυστυχίαισιν,
εὐτυχίας τε πάλιν·
μεθίσταται δὲ πνεύματα.
μενέτω· τὰ πάροιθεν ἄλις κακά· νῦν δ' ἐγένετό τις
οὖρος ἐκ κακῶν, παῖ.

In octava stropha *γέγονα* pro *γέγονας* scripsi. In undecima *σπαργάνια* scripsi: quod, sat scio, vituperabunt, qui talia auctore indigere existimant. In duodecima stropha *δεινὰ* geminavi. Neque enim verisimile videbatur, carere hanc stropham trimetro. In ultimae strophae fine *παῖ*, pro *ὦ παῖ* dedi. Videtur enim catalexis esse illa, cuius supra mentio facta est, quae ithyphallicum habet dactylis paeonico ordine terminatis additum. Atque hic quidem paeonici ordinis postrema arsis soluta est.

6. Propius ad mixta antistrophicis παρομοιόστροφα accedunt ea carmina, in quibus aliquae strophae vel magis similes, vel certo quodam ordine collocatae videntur. Eiusmodi carmen in Troadibus exstat, v. 239. in quo non magis Seidlero, antistrophas inferenti, quam in illo Phoenissarum carmine, assentior. Verba haec sunt,

*Ε.* τόδε, τόδ' ὦ φίλαι — α'
*Τρῳάδες*, ὃ φόβος ἦν μοι πάλαι.
*Τ.* ἤδη κεκλήρωσθ', εἰ τόδ' ἦν ὑμῖν φόβος.
*Ε.* αἴ αἴ, τίνα γ' ἢ — β' Α.
Θεσσαλίας πόλιν ἢ
Φθιάδος εἶπας, ἢ Καδμείας χθονός;
*Τ.* κατ' ἄνδρ' ἑκάστη, κοὐχ ὁμοῦ λελόγχατε.
*Ε.* τίν' ἄρατίς ἔλαχε; τίνα πότμος εὐτυχὴς γ'.
Ἰλιάδων μένει;
*Τ.* σὺ δ' ἀλλ' ἕκαστα πυνθανοῦ, μὴ πάνθ' ὁμοῦ.
*Ε.* τοὐμὸν δέ τις ἆρ' ἔλαχεν τέκος, ἔννεπε — δ'.
τλάμονα Κασσάνδραν;
*Τ.* ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
*Ε.* ἢ τᾷ Λακεδαιμονίᾳ νύμφᾳ — ε'.
δούλαν; ὤ μοι μοι.
*Τ.* οὔκ, ἀλλὰ λέκτρων σκότια νυμφευτήρια
*Ε.* ἢ τὰν Φοίβου — ϛ Α.
παρθένον, ᾇ γέρας ὁ
χρυσοκόμας ἔδωκ' ἄλεκτρον ζωάν;
*Τ.* ἔρως ἐτόξευσ' αὐτὸν ἐνθέου κόρης.
*Ε.* ῥῖπτε, τέκνον ζαθέους — ζ Β.
κλῆδας, καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυτῶν στεφέ-
ων ἱεροὺς στολμούς.
*Τ.* οὐ γὰρ μέγ' αὐτῇ βασιλικῶν λέκτρων τυχεῖν;
*Ε.* τί δ', ὃ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλά- — η'.
βετε τέκος, ποῦ μοι;
*Τ.* Πολυξένην ἔλεξας, ἢ τίν' ἱστορεῖς;
*Ε.* ταύταν τῷ πάλος ἔζευξεν; — θ'.
*Τ.* τύμβῳ τέτακται προσπολεῖν Ἀχιλλέως.

*Ε.* ὤ μοι ἐγώ, τάφῳ πρόσπολον ἐτεκόμαν. ιΒ.
ἀτὰρ τίς ὁδ' ἦν νόμος, ἢ τι θέσμιον,
ὦ φίλος, Ἑλλάνων;
*Τ.* εὐδαιμόνιζε παῖδα σήν· ἔχει καλῶς.
*Ε.* τί τόδ' ἔλακες; ἆρα μοι ἰα.
ἀέλιον λεύσσει;
*Τ.* ἔχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι πόνων.
*Ε.* τί δ'; ἡ δὲ τοῦ ιβ΄Γ.
χαλκεομίτορος Ἕκτορος δάμαρ
Ἀνδρομάχη τάλαινα, τίν' ἔχει τύχαν;
*Τ.* καὶ τήνδ' Ἀχιλλέως ἔλαβε παῖς ἐξαίρετον.
*Ε.* ἐγὼ δὲ τῷ ιγ΄Γ.
πρόσπολος ἁ τριβάμονος χερὶ
δευομένα βάκτρου γεραιῷ κάρᾳ;
*Τ.* Ἰθάκης Ὀδυσσεὺς ἔλαχ' ἄναξ δούλην σ' ἔχειν.
*Ε.* ἔ, ἔ, προῳδ.
ἄρασσε κρᾶτα κούριμον,
ἕλκ' ὀνύχεσσι δίπτυχον παρειάν.
ἰὼ ἰώ μοι μοι, στρ.
μυσαρῷ δολίῳ τε λέλογχα φωτὶ δουλεύειν,
πολεμίῳ δίκας, παρανόμῳ δάκει
ὃς πάντα τἀκεῖθεν ἀντ.
ἔθετ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτύχῳ γλώσσᾳ
φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος πάντων.
γοᾶσθ', ὦ Τρῳάδες, με, ἐπῳδ.
βέβακα δύσποτμος, οἴχομαι, ἁ τάλαιν', ἁ
δυστυχέστατῳ προσέπαισα κλήρῳ.

Non absurdum est suspicari, excidisse stropham cum trimetro suo post stropham, quae ordine septima est, ante verba *τί δ'*, *ὦ νεοχμόν*. Nam mirum est, imparem esse stropharum et trimetrorum numerum; mirum etiam, quum inter secundam stropham et eius antistropham tres mediae sint strophae, inter septimam, et quae huic simillima est, decimam duas tantum interpositas esse. Quod si excidisse stropham sumimus, omnia aequali proportione

disposita sunt:

*α. A. γ. δ. ε. A. ϛ. B. ζ. η. ϑ. B. ι.*

post quae novum systema incipit, ex stropha, antistropha, et epodo, in qua ipsa stropha atque antistropha mediae sunt. Non putarem dubitandum esse de huius descriptionis veritate, si strophae *B. B.* sibi plane responderent: sed quoniam hae similes tantum, non aequales sunt, non ausim certi quid pronunciare.

7. Sed quamvis magna in his paromoeostrophis varietas reperiatur, tamen suspicari licet, hic quoque certum quemdam responsionis ordinem plerumque servatum esse. Cuius rei indicia quaedam ex metris peti possunt: certiora haberemus, si de modis musicis constaret. Veri simile est enim, cantum liberius evagatum, certis locis in viam eosdemque modos rediisse: quos quum consentaneum sit etiam metro fuisse eodem, erit sane metri eiusdem repetitio signum aliquod responsionis, sed non tale, quod fallere nequeat: quoniam sic tantum vera est responsio, si etiam modi sunt iidem. Exempla afferam. In Hecuba a v. 1056. carmen est *ἑτεροόστροφον* ex duabus strophis, quas litteris *A* et *B* notavi, in quibus si non alia, certe fines, *ά*, *ά*, sibi respondent.

*ὤ μοι ἐγώ, πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω,* *A.*
*τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου*
*τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος; ποίαν,*
*ἢ ταύταν, ἢ κείναν, ἢ τάνδ'*
*ἐξαλλάξω,*
*τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρῄζων*
*Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν,*
*τάλαιναι κόραι, τάλαιναὶ Φρυγῶν·*
*ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ*
*πτώσσουσι μυχῶν;*
*εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον*
*ἀκέσαι', ἀκέσαιο, τυφλὸν, Ἄλιε,* *ά.*

φέγγος ἀπαλλάξας.
ἔ ἔ, σίγα, σίγα· κρυπτὰν B.
βάσιν αἰσθάνομαι τᾶνδε γυναικῶν.
πᾷ πόδ' ἐπάξας,
σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθεμένος,
ἀρνύμενος λώβαν, λύμας ἀντίποιν'
ἐμᾶς, ὦ τάλας;
ποῖ, πᾷ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν
Βάκχαις Ἄιδου διαμοιρᾶσαι,
σφακτὰν κύσι τε φοινίαν δαῖτ' ἀνή-
μερόν τ' οὐρείαν ἐκβολάν;
πᾷ στῶ; πᾷ κάμψω; πᾷ βῶ, ναῦς ὅπως ποντίοις
πείσμασι, λινόκροκόν τε φᾶρος στέλλων,
ἐπὶ τάνδε συθεὶς τέκνων ἐμῶν φύλαξ' ά.
ὀλέθριον κοίταν;

Si vera est unius codicis scriptura in quarto a fine versu, πᾷ βῶ; πᾷ κάμψω; alia adhuc responsio constituenda est duorum anapaesticorum:

πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω;
πᾷ στῶ; πᾷ βῶ; πᾷ κάμψω;

Tertium a fine versum addito τὲ dochmiacum feci, non solum, quia etiam in priore stropha eo loco dochmiacus est, sed etiam, quod sensus hanc particulam requirere videbatur. Septimus carminis versus ex Cretico et dochmio est. In fine φύλαξ in φύλαξ' mutavi: rectene an secus, alii iudicent.

8. Alia conformatio est, nisi fallor, carminis, quod in eadem fabula a v. 1088. legitur. In eo qui sibi respondent versus, ordinem legitimum habent, sed permixtum solutioribus numeris:

ά. β'. γ'. γ'. ά. β'.

Verba haec sunt.

αἴ αἴ, ἰὼ Θρῄκης α

λογχοφόρον, εὔοπλον, εὔιππον, Ἄ-
ρει κάτοχον γένος.
ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι. β
βοάν, βοὰν ἀϋτῶ, βοάν; γ
ὦ ἴτε, ὦ ἴτε, μόλετε, πρὸς θεῶν. γ
πλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
γυναῖκες ὤλεσάν με,
γυναῖκες αἰχμαλώτιδες,
δεινά, δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὦ μοι ἐμᾶς λώβας. α
ποῖ τραπῶμαι, ποῖ πορευθῶ; β
αἰθὲρ ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπετὲς
εἰς μέλαθρον, Ὡρίων
ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίη-
σιν ὄσσων αὐγάς; ἢ τὸν ἐς Ἅιδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ἄξω τάλας;

Secundus horum versuum ex Cretico et dochmio constat. Pro αἰθὲρ ἀμπτάμενος valde placeret scribi αἰθέριος ἀμπτάμενος. Ita hi tres versus systema paeonicum forent.

9. Similis ratio videtur esse carminis, quod in Phoenissis est a v. 1704.

Α. ἴθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν· ὄρεγε χέρα φίλαν, ά.
πάτερ γεραιέ, πομπίμαν
ἔχων ἔμ', ὥστε ναυσίπομπον αὔραν.
ΟΙ. ἰδού,
πορεύομαι, τέκνον· σὺ μοι
ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.
Α. γενόμεθα, γενόμεθ' ἄθλιοί
γε δῆτα Θηβαΐαν μάλιστα παρθένων·
ΟΙ. πόθι γεραιὸν ἴχνος τίθημι;
βάκτρα πρόσφερ', ὦ τέκνον.
Α. τᾷδε. τᾷδε βᾶθί μοι
τᾷδε, τᾷδε πόδα τίθει,

ὥςτ᾽ ὄνειρον ἰσχύν.
*OI.* ἰὼ ἰὼ δυστυχεστάτας φυγάς,
ἰώ, ἐλαύνων γέροντά μ᾽ ἐκ πάτρας.
ἰὼ ἰώ.
δεινά, δεἰν᾽ ἐγὼ τλάς.
*A.* τί τλάς, τί τλάς; οὐχ ὁρᾷ δίκα κακούς,
οὐδ᾽ ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.
*OI.* ὅδ᾽ εἰμί, μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλ- β΄.
λίνικον οὐράνιον ἔβαν,
παρθένου κόρας αἴ- γ΄.
νιγμ᾽ ἀσύνετον εὑρών. γ΄.
*A.* Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος; δ΄.
ἄπαγε τὰ πάρος
εὐτυχήματ᾽ αὐδῶν.
τάδε σ᾽ ἐπέμενε μέλεα πάθεα,
φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον,
ὦ πάτερ, θανεῖν που.
ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι παρθένοις ἀ.
λιποῦσ᾽ ἄπειμι πατρίδος ἀπόπροαγαίας,
ἀπαρθένευτ᾽ ἀλωμένα.
*OI.* φεῦ, τὸ χρήσιμον φρενῶν,
*A.* εἰς πατρός γε συμφορὰς
εὐκλεᾶ με θήσει.
τάλαιν᾽ ἐγὼ συγγόνου θ᾽ ὑβρισμάτων,
ὃς ἐκ δόμων νέκυς ἄθαπτος οἴχεται.
μέλεος, ὅν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεών,
σκότια γᾷ καλύψω.
*OI.* πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς. ε΄.
*A.* ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.
*OI.* σὺ δ᾽ ἀμφὶ βωμίους λιτάς, ε΄.
*A.* κόρον ἔχουσ᾽ ἐμῶν κακῶν.
*OI.* ἴθ᾽ ἀλλὰ βρόμιος ἵνα τε ση- β΄.
κος ἄβατος ὄρεσι Μαινάδων.
*A.* Καδμείαν ᾗ
νεβρίδα στολιδωσαμένα πότ᾽ ἐγὼ

θίασον Σεμέλας
ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα, δ'.
χάριν ἀχάριτον
εἰς θεοὺς διδοῦσα.

In hoc carmine haec invenitur responsio:

ά. β'. γ'. γ'. δ'. ά. ε'. ε'. β'. δ'.

vel, si versiculos statim repetitos, γ', γ', et ε', ε', omittas, habebis hanc formam,

ά. β'. δ'. ά. β'. δ'.

quam apparet nihil esse aliud, quam unam stropham atque antistropham, aliis metris permixtam. Dignum notatu est, in initio antistrophae alium ordinem versuum esse, quam in stropha, nisi quis versum,

ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα,

ante eum, qui nunc praecedit, collocari velit.

10. Magis etiam, quam in illo carmine, quod ex Troadibus attuli, aliis in locis paromoeostropha sibi respondent: eaque proinde vel antistrophica paromoeostropha, vel paromoeostropha antistrophica nominari poterunt. Exemplum simplicitate sua ad hanc rem demonstrandam aptissimum in Hecuba exstat a v. 59. Ibi quinque systematis anapaesticis mixta sunt paromoeostropha proodica, ita ut in medio primo systemate proodus collocata sit, dochmio terminata:

λάβετε, φέρετε, πέμπετ' ἀ-
εἰρατέ μου δέμας·

deinde autem utraque stropha media sit inter duo anapaestorum systemata, hoc modo:

ά. β'. Α. γ'. δ'. Α. ε'.

Constant autem strophae illae ex duobus versibus heroicis, sed prior duos iis dochmios subiectos habet,

εἶδον φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην·

posterior spondeum cum dochmio,

οἰκτρῶς· καὶ τόδε δεῖμά μοι.

Et hoc quidem genus fere in initiis stropharum sibi respondet.

11. Aliud huiusmodi exemplum est in Phoenissis v. 298. quod violentius in antistrophica redegit Seidlerus de verss. dochm. p. 253. Carmen illud hoc modo, nisi fallor, disponendum est.

Χ. ὦ συγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων,
ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεστάλην ὕπο,
γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σ',
ἄναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα.
ἔβας, ἔβας, ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν.
ἰώ,
πότνια, μόλε πρόδρομος, ἀμπέτασον πύλας.
κλύεις, ὦ τεκοῦσα τόνδε μᾶτερ;
τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα
περᾶν, θιγεῖν τ' ὠλέναισι τέκνου;
ΙΟ. Φοίνισσαν, ὦ νεάνιδες,
βοὰν ἔσω δόμων κλύουσα τῶνδε γή-
ρᾳ τρομερὰν ἕλκω ποδὶ ποδὸς βάσιν.
ἰὼ ἰὼ τέκνον, τέκνον α'.
χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἀμέραις
προσεῖδον· ἀμφίβαλλε μα-
στὸν ὠλέναισι ματέρος,
παρηΐδων τ' ὄρεγμα, βο-
στρύχων τε κυανοχρῶτα χαί-
τας πλόκαμον σκιά-
ζων δέραν ἐμάν.
ἰὼ ἰὼ μόλις φανεὶς α'.
ἄελπτα κἀδόκητα ματρὸς ὠλέναις.
τί φῶ σε; πῶς ἅπαντα
καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι
πολυέλικτον ἀδόναν
ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο

περιχορεύουσα τερ-
ψιν παλαιᾶν λάβω
χαρμονᾶν;
ἰώ,
τέκος, ἐμὸν τέκος,
ἔρημον πατρῷον ἔλιπες δόμον,
φυγὰς ἀποσταλεὶς ὁμαίμου λώβᾳ.
ἦ ποθεινὸς φίλοις, β'.
ἦ ποθεινὸς Θήβαις. β'.
ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι
θακρυόεσσ' ἀνεῖσα πένθήρη κόμαν,
ἄπεπλος φαρέων λευκῶν τέκνον,
δυσορφναῖα δ' ἀμφὶ τρύχη τάδε γ'.
σκότῳ ἀμείβομαι.
ὁ δ' ἐν δόμοις πρέσβυς ὀμματοστερής,
ἀπήνας ὁμοπτέρου τᾶς ἀπο-
ζυγείσας δόμων
πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων,
ἀνῆξε μὲν ξίφους
ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγάν,
ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας
στενάζων ἀρὰς τέκνοις·
σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων γ'.
σκότια κρύπτεται.
σὲ δ', ὦ τέκνον, καὶ γάμοισι δὴ κλύω
ζυγέντα παιδοποιὸν ἀδονὰν
ξένοισιν ἔν δόμοις ἔχειν,
ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν·
ἄλαστα μητρὶ τᾷδε Λα-
ΐῳ τε τῷ παλαιγενεῖ,
γάμων ἐπακτὰν ἄταν.
ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει
μητέρι μακαρίᾳ·
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη

λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν
πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔξοδος νύμφας.
ὅλοιτο τάδ', εἴτε σίδαρος
εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδιπόδα·
πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.

Verba τέκος, ἐμὸν τέκος, pro quibus vulgo τέκος tantum legitur, uni debentur ex codd. Florentinis.

12. Haec, quae postrema attuli exempla, etsi iure παρομοιόστροφα dici possunt, tamen iam propius ad mixtum illud genus accedunt, in quo soluti numeri antistrophicis iuncti sunt. Antistrophica enim videri possunt, numeris stropharum idemtidem a iusto cursu deflectentibus. Venio nunc ad ea, quae non dubie mixta sunt. Horum maxime simplices formae epodica sunt et periodica. Epodici generis unum exemplum afferam, quod est in Oreste v. 1302. ubi antistrophicis subiicitur carmen liberum responsione ex dactylicis et dochmiacis, quod sic scribendum videtur:

καίνετε, καίνετε, θείνετε, ὄλλυτε,
δίπτυχα, δίστομα φάσγανα πέμπετε
ἐκ χερὸς ἱέμενοι,
τὰν λιποπάτορα, λιπόγαμόν θ' ἃ πλείστους
ἔκτανεν Ἑλλάνων,
δόρει παρὰ ποταμὸν ὀλομένους,
ὅθι δάκρυα δάκρυσι συνέπεσεν, ἔπεσε σιδαρέοις
βέλεσιν ἀμφὶ τὰς Σκαμάνδρου δίνας,

Duo, qui ante ultimum sunt versus, Cretico terminantur.

13. Periodica fefellerunt nonnumquam criticos. Vt in Hecuba v. 684. cuius carminis prior pars periodica, posterior mesodica est. Sic autem constituendum videtur. Neque enim Seidlero assentior, qui haec attigit

p. 233.

*Ε.* ὦ τέκνον, ὦ τέκνον. προ.
αἲ αἲ, κατάρχομαι νόμον
Βακχεῖον, ἐξ ἀλάστορος
ἀρτιμαθὴς κακῶν.
*Θ.* ἔγνως γὰρ ἄτην παιδός, ὦ δύστηνε σύ;
*Ε.* ἄπιστ', ἄπιστα, καινά, καινὰ δέρκομαι.
ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ· στρ. α'.
οὐδέ ποτ' ἀστένακτος ἀδάκρυτος ἁ-
μέρα ἐπισχήσει.
*Χ.* δεινά, ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.
*Ε.* ὦ τέκνον, ὦ τέκνον ταλαίνας ματρός, ἀντ. α'.
τίνι μόρῳ θνήσκεις; τίνι πότμῳ κεῖσαι;
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;
*Θ.* οὐκ οἶδ'· ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.
*Ε.* ἔκβλητον, ἢ πέσημα φοινίου δορός,
ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ; ἐπ.
*Θ.* πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.
*Ε.* ὤμοι, αἲ αἲ, ἔμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων στρ. β'.
ἐμῶν ὄψιν, οὔ με παρέβα φάντα-
σμα μελανόπτερον, τὰν εἴσιδον ἀμφὶ σοί,
ὦ τέκνον οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει.
*Χ.* τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ', ὀνειρόφρον, φράσαι;
*Ε.* ἐμός, ἐμὸς ξένος Θρῃκίος ἱππότας, μεσ.
ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.
*Χ.* ὤ μοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών;
*Ε.* ἄρρητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκτά· ποῦ δίκα ξένων; ἀντ. β'.
ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
μέλεα τοῦδε παιδός, οὐδ' ὤκτισας.

In epodo verba ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ Hecubae tribuenda putavi. Ancillam enim, quae nuncii officio fungitur, non nisi trimetris uti decet. Caeterum trimetri hoc in carmine non sunt responsionibus comprehensi. In secunda

stropha, cuius primus versus satis certam reddit responsionem ultimae strophae, vulgata lectio, *φάσμα μελανόπτερον, ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σ'*, quae vel per se propter insolentiam numerorum suspecta erat, corrigi debebat.

14. Aliud periodici carminis exemplum diu latuit in Aeschyli Prometheo v. 568. seqq. V. 576. a verbis *ὕπο δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ* stropham incipere, cuius antistropham interpositis quattuor trimetris sequi v. 595—609. in commentario ad Aristotelis librum de arte poëtica p. 143. indicavi. Postea etiam Elmsleius ea de re monuit, ac Monkius in Museo critico T. I. P. V. p. 58. seqq. dispositum dedit hoc carmen, plerisque versibus eodem modo correctis, ut a me quoque emendati fuerant: sed in aliis neque dispositionem eius, neque correctiones veras puto. Periodicum autem hoc carmen appellavi, quia stropha, quam canit chorus v. 688. ut argumento, ita metrorum similitudine epodus videtur huius carminis esse, sed ea longius remota ab suis antistrophicis.

15. Haec quidem carmina, in quibus antistrophica certo ordine et servata aequalitate descriptionis cum solutioribus strophis coniuncta sunt, non permagno labore expediri possunt. Illa autem plurimis sunt et maximis dubitationibus obnoxia, in quibus antistrophica vel paromoeostropha ita sunt solutis strophis permixta, ut neque de ipsis strophis satis constet, neque descriptio ad aequalitatis legem facta videatur. Nam in hoc genere carminum, quod non est ex legitimis antistrophicis compositum, ne descriptio quidem totius systematis ubique aequalitatem servat. Id luculento exemplo ostendam, quod exstat apud Sophoclem in Oed. Col. a v. 117.

X. *ὅρα·* *στρ. α'.*

*τίς ἆρ' ἦν; ποῦ ναίει;*
*ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων,*

ὁ πάντων ἀκορέστατος;
λεῦσσ᾽ αὐτόν, προσδέρκου,
προσφθέγγου πανταχῆ.
πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ᾽
ἔγχωρος· προσέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ᾽ ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ᾽ ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν,
καὶ παραμειβόμεσθ᾽ ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως, τὸ τᾶς
εὐφήμου στόμα φροντίδος
ἔντες· τὰ δὲ νῦν τίν᾽ ἥκειν
λόγος οὐχ ἅζονθ᾽, ὃν ἐγὼ λεύσσων
περὶ πᾶν οὔπω δύναμαι τέμενος
γνῶναι, ποῦ μοί ποτε ναίει.
ΟΙ. ὅδ᾽ ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ στρ. β'. 1
τὸ φατιζόμενον. Χ. ἰὼ ἰώ, 2
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν. 3
ΟΙ. μή μ᾽, ἱκετεύω, προσίδητ᾽ ἄνομον. 4
Χ. Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ᾽ ὁ πρέσβυς; 5
ΟΙ. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι 6
πρώτης, ὦ τῆσδ᾽ 7
ἔφοροι χώρας· δηλῶ δ᾽· οὐ γὰρ ἂν 8
ὧδ᾽ ἀλλοτρίοις ὄμμασιν εἶρπον, 9
καπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν. 10
Χ. ἔ ἔ, ἀντ. α'.
ἀλαῶν ὀμμάτων
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος, δυσαίων
μακραίων τ᾽ ἔτ᾽, ἐπεικάσαι.
ἀλλ᾽ οὐ μὰν ἔν γ᾽ ἐμοὶ
προσθήσεις τάσδ᾽ ἀράς.
περᾷς γάρ, περᾷς· ἀλλ᾽ ἵνα τῷδ᾽ ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὖ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν

ῥεύματι συντρέχει.
τῷ, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι·
μετάσταθ', ἀπόβαθι· πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει.
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
λόγον εἴ τιν' ἔχεις πρὸς ἐμὰν λέσχαν,
ἀβάτων ἀπόβας, ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.
*OI.* θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ; ἀντ. β. 1
*A.* ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν, 2
εἴκοντας ἃ δεῖ, κοὐκ ἄκοντας. 3
*OI.* πρόσθιγέ νυν μοῦ. *A.* ψαύω καὶ δή. 4
*OI.* ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ, 5
σοὶ πιστεύσας, καὶ μεταναστάς. 6
1 *X.* οὔ τοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ ἑδράνων, στρ. γ'.
2 ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.
3 *OI.* προβῶ; *X.* ἔτι βαῖνε πόρσω.
4 *OI.* ἔτι; *X.* προβίβαζε, κούρα
5 πρόσω· σὺ γὰρ αἴ̈εις.
6 *A.* ἔπεο μάν, ἔπε' ὦδ' ἀμαυρῷ
7 κώλῳ, πάτερ, ᾗ σ' ἄγω.
8 *X.* τόλμα, ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
9 ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
10 τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν,
11 καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.
*OI.* ἄγε νῦν σύ με, παῖ, β'. 7
ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, 8
τὸ μὲν εἴπωμεν, τὸ δ' ἀκούσωμεν, 9
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν. 10
1 *X.* αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου ἀντ. γ'.
2 βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.
3 *OI.* οὕτως; *X.* ἅλις, ὡς ἀκούεις.
4 *OI.* ἐσθῶ. *X.* λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου
5 λάου βραχὺς ὀκλάσας.
6 *A.* πάτερ, ἐμὸν τόδ', ἐν ἀσυχαίᾳ,

7 ἰὼ μοί μοι, βάσει βάσιν ἁρμόσαι.
γεραιὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν
προκλίνας φιλίαν ἐμάν.
ΟΙ. ὤ μοι δύσφρονος ἄτας.
8 Χ. ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
9 αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν,
10 τίς ὁ πολύπονος ἄγῃ, τίν' ἂν
11 σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν;
ΟΙ. ὦ ξένοι, Δ.
ἀπόπτολις. ἀλλὰ μή,
Χ. τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον;
ΟΙ. μή, μή, μή μ' ἀνέρῃ, τίς, μηδὲ πέρα μ'
ἐξετάσῃς ματεύων·
Χ. τί τόδ' οὖν; ΟΙ. δεινὰ φύσις. Χ. αὔδα. ε'
ΟΙ. τέκνον, ὤ μοί μοι, τί γεγώνω; ε'
Χ. τίνος εἶ σπέρματος, ὦ ς'
ξένε, φώνει πατρόθεν. ς'
ΟΙ. ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν; στρ. ζ'.
Δ. λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.
ΟΙ. ἀλλ' ἐρῶ, οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν. ἀντ. ζ'.
Χ. μακρὰ μέλλετον· ἀλλὰ τάχυνον.
ΟΙ. Λαΐου ἴστε τίν' Χ. ὤ. ΟΙ. ἀπόγονον; στρ. η'.
τό τε Λαβδακιδᾶν γένος; Χ. ὦ Ζεῦ.
ΟΙ. ἄθλιον Οἰδιπόδαν; Χ. σὺ γὰρ ὅδ' εἶ; ἀντ. η'.
ΟΙ. δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.
Χ. ἰώ, ὤ, ὤ. ΟΙ. δύσμορος. Χ. ὤ, ὤ. στρ. θ'.
ΟΙ. θυγάτερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει;
Χ. ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας. ἀντ. θ'.
ΟΙ. ἃ δ' ὑπέσχευ, ποῖ καταθήσεις;
Χ. οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται, Ι
ὧν προπάθῃ, τὸ τίνειν.
ἀπάτα δ' ἀπάταις ἑτέραις ἑτέρα
παραβαλλομένα
πόνον, οὐ χάριν, ἀντιδίδωσιν ἔχειν.
σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων

πάλιν ἔκπος αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς
χθονὸς ἔκθορε, μή τι πέρα χρέος ἐμᾷ
ἐν πόλει προσάψῃς.
*A.* ὦ ξένοι, *A*
αἰδόφρονες, ἀλλ' ἐπεὶ
γεραιὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν
οὐκ ἀνέτλατ' ἔργων ἀεκόν-
των αἴοντες αὐδάν,
ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν, *I*
ὦ ξένοι, οἰκτείραθ', ἃ ιά.
πατρὸς ὕπερ τοῦ ἐμοῦ μόνου ἄντομαι,
ἄντομαι, οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ' αἵματος
ὑμετέρου προφανεῖσα, τὸν ἄθλιον
αἰδοῦς κύρσαι· ἐν ὑμῖν, ὡς θεῷ,
κείμεθα τλάμονες· ἀλλ' ἴτε, νεύσατε,
τὰν ἀδόκητον χάριν. ιά.
πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν, ἄντομαι,
ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός·
οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτὸν οὔτιν' ἄν,
ὅστις ἂν, εἰ θεὸς ἄγοι,
ἐκφυγεῖν δύναιτο.

Hic strophae *ά*, *ά*, quae ex Glyconeo numero in anapaesticum abeunt, plane sibi respondent. Harum utramque excipere debebat stropha atque antistropha *β'*, *β'*, quae totae ex anapaestis sunt: sed stropha *β'* integra posita est post stropham *ά*, antistrophae *β'* autem sex tantum versus post antistropham *ά* collocati: reliqui quattuor sequuntur demum stropham *γ'*, cuius antistropha in septimo versu interiectione *ἰώ μοι μοι*, et post eum versum tribus aliis versibus, quibus nihil usquam respondet, interpellatur. Nisi quis in antistropha, quae his responderint, excidisse putabit: quod aliis deficientibus indiciis, metrorum caussa, ubi semel perturbata est responsionum aequalitas, non ausim facere. Caeterum

duo primi stropharum $\gamma'$, $\gamma'$ versus non anapaestici, sed choriambici sunt. Post antistropham $\gamma'$ sunt paromoeostropha $\Delta I \Delta I$, sed ita, ut inter strophas $\Delta$ et $I$, quarum antistrophae statim sese excipiunt, mediae sint breves strophae $\epsilon'$, $\epsilon'$, $\varsigma'$, $\varsigma'$, $\zeta'$, $\zeta'$, $\eta'$, $\eta'$, $\vartheta'$, $\vartheta'$: quarum priores potius versus antithetici sunt, quales in huiusmodi carminibus saepe inveniuntur. Vnde ὦ μοί μοι pro ὤ μοι, et pro σπέρματος, ξεῖνε, scribendum putavi σπέρματος, ὦ ξένε. In antistropha $\gamma'$, et in strophis $\Delta$, $\Delta$, quae sibi non respondent, in strophis $I$, $I$ autem, quae respondent, diductis litteris indicavi. Nam antistrophae $I$ inserta est responsio versus ex choriambo et Cretico compositi. Ambae autem strophae $I$, $I$, quae dactylico metro sunt, sed prior in anapaesticos ordines discedens, exitum habent eumdem: quamobrem in stropha ἐν πόλει pro πόλει scribendum videbatur. In antistropha viderint alii, an recte restituerim οὔτιν' ἄν, quo versus integer esset. Est igitur carminis huius descriptio talis:

$$\overset{(\iota\acute{\alpha},\ \iota\acute{\alpha})}{\acute{\alpha}.\beta'.\acute{\alpha}.\beta'.\gamma'.(\beta)\,\gamma'.\Delta.\epsilon'.\epsilon'.\varsigma'.\varsigma'.\zeta'.\zeta'.\eta'.\eta'.\vartheta'.\vartheta'.I.\Delta.\quad I.}$$

16. Augentur dubitationes, quo maior similitudo est paromoeostrophorum: quae quum tanta est, ut levi mutatione hic illic iustae antistrophae videantur restitui posse, non est mirum, de emendatione facilius, quam de servanda dissimilitudine cogitari. Verum ubi tota carminis conformatio magis ad paromoeostropha inclinat, abstinere potius, nisi fallor, ab revocandis antistrophis debebimus. Quamquam vereor, ut haec res umquam in singulis locis ad liquidum perduci queat. Duo promam illustria huius generis exempla. Horum unum in Phoenissis est, v. 1493. seqq. de quo non assentior Seidlero, antistrophica restituenti in libro de versibus dochmiacis p. 335. seqq. Carmen illud hoc modo scribendum videtur.

*Α.* οὐ προκαλυπτομένα βοτρυώδεος Α
ἄβρὰ παρηΐδος,
οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφά-
ροις φοινικ', ἐρύθημα προσώπου,
αἰδομένα φέρομαι βάκχα νεκύων,
κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς
στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς,
ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον· αἰ αἰ, ἰώ μοι.
ὦ Πολύνεικες ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος. ὤ μοι Θῆβαι·
σὰ δ' ἔρις οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος
Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε, κρανθεὶς
αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ.
τίνα δὲ προσῳδόν, Β. ά.
ἢ τινα μουσοπόλον στοναχὰν ἐπὶ
δάκρυσι, δάκρυσιν, ὦ δόμος, ὦ δόμος,
ἀνακαλέσωμαι, ά.
τρισσὰ φέρουσα τάδ' αἵματα σύγγονα,
ματέρα καὶ τέκνα, χάρματ' Ἐριννύος;
ἃ δόμον Οἰδιπόδα πρόπαν ὤλεσε,
τᾶς ἀγρίας ὅτε
δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω,
Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας.
ἰώ μοι, πάτερ· προῳδ.
τίς Ἑλλάς, ἢ βάρβαρος, ἢ
τῶν προπάροιθ' εὐγενετᾶν
ἕτερος ἔτλα πόνων τόσωνδ'
αἵματος ἀμερίου β'.
τοιάδ' ἄχεα φανερά; τάλαιν',
ὡς ἐλελίζω· τίς ἄρ' ὄρ-
νις δρυὸς ἢ ἐλάτας β'.
ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις
ἔζομένα μονομάτορος ἐμοῖς
ἄχεσι συνῳδός;
αἴλινον αἰάγμασιν ἅ Γ
τοῖσδε προκλαίω, μονάδ' αἰ-

ὦνα διάξουσα, τὸν αἰ-
ὲὶ χρόνον ἐν λειβομένοι-
σιν δακρύοισιν.
τίν' ἰαχήσω; μεσῳδ.
τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας
σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βάλω;
ματρὸς ἐμᾶς διδύμοισι γαλά- γ'.
κτος παρὰ μαστοῖς,
ἢ πρὸς ἀδελφῶν οὐλόμεν' αἰ- γ'.
κίσματα δισσῶν;
ὀτοτοί, ὀτοτοί,
ἀλαὸν ὄμμα φέρων,
πάτερ γεραιέ, δείξον,
Οἰδιπόδα, σὸν αἰῶνα μέλεον· ὃς ἐπὶ
δώμασιν ἀέριον σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών, ἔλ-
κεις μακρόπνουν ζωάν.
κλύεις, ὦ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γερα-
ὸν πόδα δύστανον
δεμνίοις ἰαύων;
ΟΙ. τί δ', ὦ Γ
παρθένε, βακτρεύμασι τυ-
φλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες εἰς
φῶς με λεχήρη σκοτίων
ἐκ θαλάμων, οἰκτροτάτοι-
σιν δακρύοισιν,
πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον, ἢ ἐπ.
νέκυν ἔνερθεν, ἢ
πτανὸν ὄνειρον;
Α. δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει, Β
πάτερ· οὐκέτι σοι τέκνα λεύσσει δ'.
φάος, οὐδ' ἄλοχος, παραβάκτροις δ'.
ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν αἰὲν ἐμόχθει ε'.
ὦ πάτερ, ὦ μοι.
ΟΙ. ὤ μοι ἐμῶν παθέων· πάρα γὰρ στενάχειν τάδ',
αὐτεῖν· ς'.

τρισσαὶ ψυχαὶ πῶς ἔλιπον φάος, ὦ τέκνον, αὔδα. ς'.
*A.* οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν,
ἀλλ' ὀδύναισι λέγω· σὸς ἀλάστωρ,
ξίφεσιν βρίθων,
καὶ πυρί, καὶ σχετλίαισι μάχαις, ἐπὶ παῖδας ἔβα
σούς. ε'.
ὦ πάτερ, ὤ μοι.
*OI.* αἲ αἲ. *A.* τί τάδε καταστένεις; ζ'.
*OI.* ὦ τέκνα. *A.* δι' ὀδύνας ἔβας, ζ'.
εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων
ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπενώμας.
*OI.* τῶν μὲν ἐμῶν τεκέων φανερὸν κακόν· ἐπ.
ἃ δὲ τάλαιν' ἄλοχος, τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοιρᾷ;
*A.* δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τιθεμένα. ή
τέκεσι μαστὸν
ἔφερεν, ἔφερεν ἱκέτις ἱκέταν ὀρομένα. ή.
εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα, Α
λωτοτρόφον κατὰ λείμακα, λόγχαις
κοινὸν ἐνυάλιον
μάτηρ, ὥστε λέοντας ἐναύλους,
μαρναμένους ἐπὶ τραύμασιν αἵματος
ἤδη ψυχρὰν λοιβάν, φονίαν,
ἣν ἔλαχ' Ἅιδας, ὤπασε δ' Ἄρης.
χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον, εἴσω
σαρκὸς ἔβαψεν, ἄχει δὲ τέκνων ἔπεσ' ἀμφὶ τέκνοισιν.
πάντα δ' ἐν ἅματι τῷδε συνάγαγεν
ἀμετέροισι δόμοισιν ἄχη θεός,
ὦ πάτερ, ὅστις τᾷδε τελευτᾷ.

Antistrophica hic paromoeostropha sunt *A*, *A*, *B*, *B*, *Γ*, *Γ*, ex quibus *A*, *A* nullam aliam partem, *B*, *B* autem epodum, *Γ*, *Γ* proodum, mesodum, et epodum habent. Variae his insertae sunt singulorum versuum responsiones, et quidem strophae *B*, versuum *ά*, *ά*; proodo stropharum *Γ*, *Γ*, versuum *β'*, *β'*; mesodo earum, versuum *γ'*, *γ'*; antistrophae *B*, versuum *δ'*, *δ'*, *ε'*, *ς'*, *ς'*,

ε', ζ', ζ'; epodo stropharum *B*, *B*, versuum η, η, hoc modo:

(ά.ά) (β'.β') (γ'.γ') (δ'.δ'.ε'.ς'.ς'.έ.ζ'.ζ') (ή.ή)
*A. B.* προ. *Γ.* μεσ. *Γ.* ἐπ. *B.* ἐπ. *A.*

Verba in v. ς', πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀϋτεῖν, etsi defendi possunt, tamen ita scribi malim, πάρα γὰρ στονάχαν τάδ' ἀϋτεῖν. Similiter Aeschylus in Sept. ad Theb. 149. στόνων ἀϋτᾶς.

17. Accedat huic alterum, idque nescio an omnium impeditissimum exemplum, carmen ἀπὸ σκηνῆς, quod Phryx in Oreste canit a v. 1369. In eo carmine quum plures forsitan responsiones paromoeostrophae sint, aliquae certe earum ita sunt apertae, ut latere attentum lectorem nequeant. De caeteris propter similitudinem numerorum iudicare difficillimum est, et vereor ne temerarium, ubi non certo scias, quomodo singula ab Euripide scripta fuerint. Quare ea tantum, quae certa sunt, indicabo. Igitur carmen illud hoc modo comparatum est.

Ἀργεῖον ξίφος ἐκ θανάτου πέφευγα
βαρβάροις εὐμαρίσιν,
κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα,
Δωρικάς τε τριγλύφους,
φροῦδα, φροῦδα, γᾶ, γᾶ,
βαρβάροισι δρασμοῖς.
αἴ αἴ, πᾷ φύγω, ξέναι,
πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος, ἢ πόντον, ὃν
ὠκεανὸς ὁ ταυρόκρανος
ἀγκάλαις ἑλίσ-
σων κυκλοῖ χθόνα;
Χ. τί δ' ἐστιν, Ἑλένης πρόσπολ', Ἰδαῖον κάρα;
Φ. Ἴλιον, Ἴλιον, ὤ μοι, Φρύγιον ἀ.
ἄστυ καλλίβωλον, Ἴ-
δας ὄρος ἱερόν, ὥς σ' ὀλόμενον στένω
ἁρμάτειον, ἁρμάτειον μέλος
βαρβάρῳ βοᾷ,

δι' ὀρνιθόγονον ὄμμα κυκνόπτερον
καλλοσύνας Λήδας σκύμνου δυσελένας
ξεστῶν περγάμων
Ἀπολλωνίων ἐριννύν.
ὀτοτοί,
ἰαλέμων, ἰαλέμων,
Ἀρδανία τλάμων Γανυμήδεος ἱπποσύ-
νας, Διὸς εὐνέτα.
Χ. σαφῶς λέγ' ἡμῖν αὖθ' ἕκαστα τἀν δόμοις·
τὰ γὰρ πρὶν οὐκ εὔγνωστα συμβαλοῦσ' ἔχω.
Φ. αἴλινον, αἴλινον ἀρχὰν θανάτου ἀ.
βάρβαροι λέγουσιν, αἰ
αἰ, Ἀσιάδι φωνᾷ,
βασιλέων ὅταν αἷμα χυθῇ κατὰ γᾶν
ξίφεσι σιδαρέοισιν Ἄιδα.
ἦλθον εἰς δόμους, ἵν' αὖθ' ἕ-
καστά σοι λέγω λέοντες Ἕλλα-
νες δύο διδύμω·
τῷ μὲν ὁ στρατηλάτας πα-
τὴρ ἐκλήζετο·
ὁ δὲ παῖς Στροφίου, κακόμητις ἀνήρ,
οἷος Ὀδυσσεύς, σιγᾷ δόλιος,
πιστὸς δὲ φίλοις, θρασὺς εἰς ἀλκάν,
ξυνετὸς πολέμου, φόνιός τε δράκων.
ἔρρῳοι τᾶς ἡσύχου προνοί-
ας, κακοῦργος ὤν.
οἱ δὲ πρὸς θρόνους ἔσω μο-
λόντες ἃς ἔγημ' ὁ τοξό-
τας Πάρις γυναικός, ὄμμα
δακρύοις πεφυρμένοι, ταπεινοῖ
ἔζονθ', ὁ μὲν τὸ κεῖθεν, ὁ δὲ
τὸ κεῖθεν ἄλλος ἄλλοθεν πεφραγμένοι.
περὶ δὲ γοῦνυ χέρας ἱκεσίους ἔβαλον ἔβαλον
Ἑλένας ἄμφω,
ἄνα δὲ δρομάδες ἔθορον, ἔθορον

ἀμφίπολοι Φρύγες.
προσεῖπε δ' ἄλλος ἄλ- β'.
λον πεσὼν ἐν φόβῳ,
μή τις εἴη δόλος·
κἀδόκει τοῖς μὲν οὔ,
τοῖς δ' ἐς ἀρκυστάταν
μηχανὰν ἐμπλέκειν
παῖδα τὴν Τυνδαρίδ' ὁ
μητροφόντας δράκων.
X. σὺ δ' ἦσθα ποῦ τότ', ἢ πάλαι φεύγεις φόβῳ;
Φ. Φρυγίοις ἔτυχον, Φρυγίοισι νό-
μοις γ'.
παρὰ βόστρυχον αὔραν, αὔραν,
Ἑλένας, Ἑλένας εὐπᾶγι κύκλῳ
πτερίνῳ πρὸ παρηΐδος ἄσσων
βαρβάροις νόμοισιν·
ἃ δὲ λίνον ἠλακάτᾳ
δακτύλοις ἔλισσε,
νήματα δ' ἵετο πέδῳ,
σκύλων Φρυγίων ἐπὶ τύμβον ἀγάλ-
ματα συστολίσαι χρήζουσα λίνῳ
φάρεα πορφύρεα, δῶρα Κλυταιμνήστρᾳ.
προσεῖπε δ' ὧδ' Ὀρέ- β'.
στας Ἀκαιναν κόραν·
ὦ Διὸς παῖ, θὲς ἴ-
χνος πέδῳ, δεῦρ' ἀπο-
στᾶσα κλισμοῦ, Πέλοπος
ἐπὶ προπάτορος παλαι-
ᾶς ἕδραν ἑστίας, ἵν' εἰ-
δῇς λόγους ἐμούς.
ἄγει δ' ἄγει νιν, ἃ δ' ἐφεί-
πετ', οὐ πρόμαντις ὢν ἔμελ-
λεν· ὁ δὲ συνεργὸς ἄλλ' ἔπρασσ'
ἰὼν κακὸς Φωκεύς·
„οὐκ ἐκποδὼν ἴτ', ἀλλ' ἀεὶ κακοὶ Φρύγες;"

ἐκλῆσε δ' ἄλλον ἄλλοσε στέγης,
τοὺς μὲν ἐν σταθμοῖσιν ἱππικοῖς,
τοὺς δ' ἐν ἑξέδραισι, τοὺς δ' ἐ-
κεῖσ' ἐκεῖθεν ἄλλον ἄλ-
λοσε διαρμόσας ἀπόπρο δεσποίνας.
Χ. τί τοὐπὶ τῷδε συμφορᾶς ἐγίγνετο;
Φ. Ἰδαία μάτηρ, Ἰδαία ὀβρίμα, ὀβρίμα, αἲ αἲ, γ'.
φονίων παθέων, ἀνόμων τε κακῶν,
ἄπιρ ἔδρακον, ἔδρακον
ἐν δόμοις τυράννων.
ἀμφὶ πορφυρέων πέπλων ὑ-
πὸ σκύτου ξίφη σπάσαντες ἐν χεροῖν
ἄλλος ἄλλοσε
δίνασεν ὄμμα, μή
τις παρὼν τύχοι.
ὡς κάπροι δ' ὀρέστεροι γυ-
ναικὸς ἀντίοι σταθέντες
ἐννέπουσι· κατθανεῖ,
κατθανεῖ· κακός σ' ἀποκτείνει πόσις,
τὸν κασιγνήτου προδοὺς ἐν Ἄρ-
γει θανεῖν γόνον.
ἁ δ' ἴαχεν, ἴαχεν, ὤ μοι μοι, δ'.
λευκὸν δ' ἐμβαλοῦσα πῆχυν στέρνοις
κτύπησε κρᾶτα μέλεον πλαγάν,
φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον
ἴχνος ἔφερεν, ἔφερεν·
ἐς κόμας δὲ δακτύλους δικὼν Ὀρέστας,
Μυκηνίδ' ἀρβύλαν προβάς,
ὤμοις ἀριστέροισιν ἀνακλάσας δέρην,
παίειν λαιμῶν ἔμελλεν εἴ-
σω μέλαν ξίφος·
Χ. ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες;
Φ. ἰακχᾷ δόμων θύρετρα καὶ σταθμοὺς
μόχλοισιν ἐμβαλόντες, ἔνθ' ἐμίμνομεν,

βοηδρομοῦμεν ἄλλος ἄλλοθεν στέγης,
ὁ μὲν πέτρους, ὁ δ' ἀγκύλας,
ὁ δὲ ξίφος πρόκωπον ἐν χεροῖν ἔχων·
ἔναντα δ' ἦλθεν
Πυλάδης ἀλίαστος, οἷος, οἷος
Ἕκτωρ ὁ Φρύγιος, ἢ τρικόρυθος Αἴας,
ὃν εἶδον, εἶδον ἐν πύλαισι Πριαμίσιν.
φασγάνων δ' ἀκμὰς ξυνήψαμεν.
τότε δέ, τότε διαπρεπεῖς ἐγένοντο Φρύγες,
ὅσον Ἄρεος ἀλκὰν
ἥσσονες Ἑλλάδος ἐγενόμεθ' αἰχμᾶς,
ὁ μὲν οἰχόμενος φυγάς, ὁ δὲ νέκυς ὤν,
ὁ δὲ τραῦμα φέρων, ὁ δὲ λισσόμενος
θανάτου προβόλαν·
ὑπὸ σκότον δ' ἐφεύγομεν·
νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντ'·
ἔμολε δ' ἁ τάλαιν' Ἑρμιόνα δόμους
ἐπὶ φόνῳ χαμαιπετεῖ ματρός, ἅ
νιν ἔτεκεν τλάμων.
ἄθυρσοι δ' οἷά νιν δραμόντε βάκχαι
σκύμνον ἐν χεροῖν ὀρεί-
αν ξυνήρπασαν.
πάλιν δὲ τὰν Διὸς κόραν
ἐπὶ σφαγὰν ἔτεινον, ἁ δ'
ἐκ θαλάμων ἐγένε-
το διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος,
ὦ Ζεῦ, καὶ γᾶ, καὶ φῶς, καὶ νύξ, δ'.
ἤτοι φαρμάκοισιν ἢ μάγων
τέχναισιν, ἢ θεῶν κλοπαῖς·
τὰ δ' ὕστερ' οὐκ ἔτ' οἶδα· δρα-
πέτην γὰρ ἐξέκλεπτον ἐκ δόμων πόδα.
πολύπονα δέ, πολύπονα πάθεα
Μενέλαος ἀνασχόμε-
νος ἀνόνητον ἀπὸ Τροίας ἔλαβ', ἔλαβε
τὸν Ἑλένας γάμον.

Quas hic responsiones in margine adnotavi, hae sunt:

ά. ά. β'. γ'. β'. γ'. δ'. δ'.

quae iustam atque aequalem dispositionem habent. Observandum est autem, qui strophis ά, ά, γ', γ' praemissi sunt trimetri, ad has ipsas strophas pertinere: sed ante primam stropham quum duos trimetros chorus recitare deberet, alter eodem modo, ut supra in Sophoclis carmine factum vidimus, infra alio loco insertus est. Quod si ubique satis de scriptura constaret, fortasse omnium, quae in hoc carmine sunt, responsionum ratio inveniri posset. Ego quidem his solis, quae lege aliqua contineri viderentur, indicatis mutare perpauca ausus sum. Non longe a principio pro *ὠκεανὸς ὃν ταυρόκρανος* metra requirere videbantur, ut *ὃν ὠκεανὸς ὁ ταυρόκρανος* scriberetur. Et *ὁ* addit cod. Aug. D. In strophis ά, ά, non est quare quis offendat in divisis vocibus *Ἴδας* et *αἲ αἲ*: divisae sunt enim non, quo versus finiri indicaretur, sed quo numeri internosci possent, qui e trochaeis in dochmios mutantur. Strophae β', β' ita similes sunt, ut facile haec iusta antistrophica videri possint: unde supra lib. II. c. 19, 7. p. 199. coniecturam, qua plane exaequari possent, proposui. Coepi tamen dubitare rursus ea de re, atque etsi in principio antistrophae recte me *ὧδε*, quod non est in libris, restituisse puto, tamen de fine ita nunc sentio, ut eum mutare non audeam, praesertim quum saepius catalexis, qualis haec est, *ἵν' εἰδῇς λόγους ἐμούς*, in hoc carmine recurrat. Eam, qui plures responsiones indagare volent, non debebunt negligere. Simul autem aliae huiusmodi similitudines hic illic sese offerunt, veluti, qui aliquoties iuncti inveniuntur, dimeter et trimeter iambici, ut v. 48. 123. 136. 151. dubitarique potest, an eadem consociatio restituenda sit v. 128.

*ὃν εἶδον, εἶδον ἐν πύλαις*
*Πριαμίοι· φασγάνων δ' ἀκμὰς ξυνήψαμεν.*

et v. 145. si ibi θαλάμων ab interprete est:

πάλιν δὲ τὰν Διὸς κόραν
ἐπὶ σφαγὰν ἔτεινον· ἃ δ' ἐκ παστάδων
ἐγένετο διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος.

Sed viderint de his alii. Ego mihi satis praemii ducam, si hanc paromoeostrophorum doctrinam non vanam esse diuturnior pervestigatio docuerit. Quo facto sperari licebit, multa, quae hucusque omnium coniecturis vexabantur, posthac a temeritate et libidine criticorum tutiora fore.

18. Quamquam video, si quid veri est in hac ratione paromoeostrophorum, simul ex altera parte non modo coniectandi audaciae eamdem libertatem, ut in carminibus omni responsione vacuis, concedi, sed etiam, quod pene magis metuo, perfugium paratum esse, ad quod illi se recipiant, qui seu levitate quadam, seu laboris molestiam fugientes, in paromoeostrophis acquiescere, quam de antistrophicis quaerere maleut. Nam ut ante nimio antistrophicorum studio peccabatur, quod mihi quoque accidisse, supra fassus sum, ut in Euripidis Hercule furente a v. 1178 (1169. meae ed.) ita diligenter cavendum erit, ne quis citius de paromoeostrophis cogitet, quam quum intellexerit, antistrophica aut certo nulla inveniri, aut, si videantur inferri posse, eiusmodi opus esse mutationibus, quae deterrere ab ea re cautum exercitatumque criticum debeant. Quo in genere multum proderit quaerere, qui loci tales sint, ut admittant paromoeostropha. Videtur autem in tragoedia quidem ibi tantum usus eorum permissus fuisse, ubi cum vehementi commotione animorum magna coniuncta est rerum perturbatio ac trepidatio. Quod contra, ubi abest trepidatio ista, etiam in summa doloris exsuperantia aequabilem illam antistrophicorum rationem praelatam videmus. Ad quam tanto magis convenit mentem intendere, quo facilius, quum in eiusmodi versibus est, qui non sunt ad canendum facti,

latere lectorem solet. Vnde nonnumquam vix credibile est, quantum operae perditum sit in rebus, quae tribus verbis profligari poterant, detecto per antistrophas vel mendo, vel glossemate, vel hiatu. Latent autem talia ibi maxime, ubi ad sensum verborum nihil aut vitiatum esse, aut abundare, aut desiderari videtur. Ita permirum foret, ni in extremo systemate anapaestico Prometheï hemistichium excidisset. Haec enim illorum systematum ratio esse videtur:

ΠΡ. ἘΡ. ΧΟ. ἘΡ. ΠΡ.
ά. β'. μεσ. β'. ά.

19. Caeterum, quod supra attigi antistrophica cum certis videri chori personarumque stationibus consociata fuisse, id non minus quadrare in paromoeostropha puto, sed ita, ut in his, quemadmodum metra responsionum aequali comparatione excidunt, idem factum existimetur in personarum discursationibus. Ac potest, ut opinor, saepius ex stropharum consociationibus, iustaque distinctione personarum colligi, quando chorus *κατὰ ζυγά*, et quando *κατὰ στοίχους* dispositus fuerit, quoque ordine singuli cecinisse videantur. De qua re dixi nonnulla in praefationibus ad Euripidis Herculem furentem et Supplices. Sed hanc quaestioem, quoniam non est necessario cum metris coniuncta, ab hoc loco excludendam iudicavi.

20. Deberem his addere aliquid de usu antistrophicorum apud Romanorum poëtas scenicos: ex quibus Plautum antistrophicis usum esse, saepius in libro secundo indicatum est. Sed monuisse de hac re satis est. Neque enim ante de ratione illa plenius explicari poterit, quam quum congestis undique idoneis praesidiis, praegressaque diuturna spinosissimarum quaestionum explanatione, quod utrumque immensi operis est, melior, quam ad hunc usque diem factum est, Plauto lux affulserit.

# INDEX LATINVS.


A.

*Abiit* disyllabum 153.
Accentus 65 seqq. quomodo in Graeca poësi observetur 72.
—— Latinorum 63 seq.
*Ad hoc exemplum* 188.
Aeolenses lyrici 471.
Aeoliae strophae 698.
Alcaica stropha 686 seqq.
Alloquutionis vis in prosodia 248. 372.
Anaclasis 465 seqq.
Anacrusis 11. eius tempora 15.
Anapaesti cyclii 318. 369. 416. seqq.
Anapaestus pro iambo 21.
Anceps mensura vel syllaba 20. ubi locum habeat 38. seqq. ancipiti respondens soluta finalis 251.
Antispasticus numerus 76.
——— monometer et dimeter 229.
Antistrophica apud Plautum 212. usque ad 221. 306. 393.
Arsis 11. eius tempora 15. arsis nuda 68.
Asynarteti versus 25. 519. 666.
*Atque eccam* tribrachus 177.
Augmentum quando in trimetris omittant tragici 52. 121. omissum in initio trimetri ap. trag. 120.

B.

Bacchii dochmiis consociati 264 seqq.
Basis 68. quid apud metricos 20.
*Bene* monosyllabum 133.
*Beneficium* tetrasyllabum 133.
*Boni* monosyllabum 65. 133. 181.
Brevium syllabarum cum dochmiis consociatio 278 seqq.

C.

Caesura 32. eius genera 33.
Carminum genera 26. carmina monostrophica 715.
Choriambici cum anacrusi
Chori divisiones 727.
— *κατὰ ζυγὰ* et *κατὰ στοίχους* dispositio 784.
— carmina non ubique a toto choro cantata 727 seqq. 732. sed personis interdum singulis seorsim canentibus 735.
— carminum numeri et modi mutati 728.
— carmina artificioso ordine stropharum 732.
— carmina minora 732.
— strophae solitariae 732.
— comici carmina 730.
— com. carminum epodi 732.
— v. parodus. stasimum
*Circare* 619.
Clausulae 95. 180. Creticorum 208 seqq.
Comicorum correptiones 45.
Compositi numeri 518.
Concreti numeri 518.
*Concede huc* 206.
Connexio 29.
Constructio Graeca apud Latinos 180. 307.
*Continuo* prima correpta 206.

Contractionum ratio 22.
*Convasare* 173.
Conversio in systematis tragicorum 102. 659.
Correptiones propter metrum 44 seqq.
—— apud epicos et comicos ibid.
—— ante duplicem consonantem apud Latinos 63. 64.
Crasis 51. 542. 678. 679. addend. ad p. 404.
Creticus numerus 75. 300. seqq.
—— dochmiis iunctus 267. seq. 270. seq.
Creticorum clausulae 208. seqq.
Cyclii anapaesti 369. 416. seqq.
Cypria Ilias Laevii 333.

D.

Dactylicus numerus dochmiis iunctus 274. seqq.
—— in paeonicum finiens 750. 756. 772. seq. 774.
Dactylus pro trochaeo 21.
*Davum* monosyllabum 65.
Dialectus in singulis vocabulis mutata 372.
Digamma 48.
Diphthongus in media voce ante vocalem correpta 50.
——— an elisa a tragicis 51.
Dipodia 19.
Dithyrambi veteres et recentiores 716.
Divisio vocabuli inter duos versus 33. 668. sqq. 704. sqq.
Dochmiacorum duo genera apud musicos 240. 525.
Dochmiacus hypercatalectus 254.
—— cum disyllaba anacrusi 253.
—— anapaesto terminatus 253. is hypercatalectus 265.
*Domi* monosyllabum 65.
Doriae strophae 698.
Dorii epitriti 647. seqq.

E.

*Egere* cum accusativo 176.
*Eheu* non monosyllabum 173.
Elisio non officit caesurae 33.
— in fine strophae 33.
— in fine trimetri 36.
— Latinorum ut pronunciandа 62.
— — eius neglectio 62. 65.
— — eius elegantia 685. 691. 692. seq.
Epicorum aetates 533. seq.
—— correptiones 44.
Epitriti Dorii 647. seqq.
Epodi 670.
— quae feminino genere dicuntur 673. seq.
— in carminibus choricis 725. seqq. in comoedia 730.
— earum in tragoedia difficultas 730.
Epodica carmina 715. s. 726. seqq. 766.
*Est qui volunt* 307.
Exclamationum vis in prosodia 248. 372.
Extremum chori carmen in tragoediis 731. seq.

F.

*Fidem* additum ab librariis 168.
Figurae punctum medium 9.
Finis sententiae qua vi in prosodia 372.
— versuum accuratior 68. 655.

G.

Grammaticorum praecepta 78.
Gyrinno 432.

H.

Hegio 88.
Heroici versus prima syllaba 60.
— — quarti pedis thesis anceps 40. seq.
Hiatus 48. seqq.
— in versibus dochmiacis et iamb. ischiorrh. 252.

Hiatus in versibus Sotadeis 451.
— legitimus ubi apud Latinos 691.
— magis minusve usitatus 692.
Histriones epiphonemata addebant 28.
—— eorum stationes. v. statio.
Hypermetri versus 170.

I.

Iambicus numerus 74.
Iambici dimetri apud Plautum 391. 397.
Iambicus ischiorrhogicus 143. 234. 255. 257. 259. 274. seq. 281. seq. 440. 569.
Iambographi 45 bis.
Iambus debilis 244.
Ictus 9.
Incisio 32.
Intensio vocis mutat quantitatem 60.
Interpunctionis vis 35. 60. 250.
*Intro eo* trisyllabum 152.
Ionici a maiore habiti, qui sunt choriambici cum anacrusi 432.
Ionici lyrici 471.
Irrationalis mensura vel syllaba 20.
Ischiorrhogicus versus. v. iambicus.

L.

Laevii Cypria Ilias 333.
*Locus loquendi nos* 212.
*Lutatium* trisyllabum 635.
Lydiae strophae 698.
Lyrici 45. Aeolenses et Ionici 471.
— numeri 655.

M.

*M*, ante *m* non elisa vocalis 61.
*Male* monosyllabum 133.
*Maleficium* tetrasyllabum 133.
*Mali, malum* monosyllaba 65. 133. 185.
Medium punctum figurae 9.
Mensura quid: alia apud metricos, quam apud musicos 18.
— anceps 20
— irrationalis 20.
Metra simplicia quae 67.
Metrum apud metricos quid 20.
— rhythmicum 193.
*Miserum* disyllabum 206. addend. ad p. 142.
Modi mutati in carm. chor. 728.
Molossi cum dochmiis consociati 271. seqq.
Monostrophica carmina 715.
Monosyllaba heroici versus caussa facta 351.
——— non bene collocata in stropha Alcaica 692.
Mora 18.
*Multipotens* prima correpta 206. 220.
Musicorum veterum dochmii 192. 240.

N.

Naevius non fecit Cypriam Iliadem 333.
*Navem* monosyllabum 65.
*Negligere* primam solet producere 189.
*Nemine, nemini* disyllaba 65. 410.
*Nempe* prima correpta 189.
*Nimium* disyllabum 208.
Ninnius 333.
*Nisi quia* quomodo collocetur in versu 181.
Nominis proprii vis in quantitate 248. 250.
—— licentia apud Latinos 190.
Numerus quid 1. 6.
Numeri lex 2. seqq.
Numerus sermonis 31.
Numerorum permutatio 21.
Numeri mutati in carm. chor. 728.
Numeri compositi 518.
—— concreti 518.

Numeri lyrici 655.
—— mixti 518.
—— paeonici 192. seqq.
—— palimbacchiaci 292.
—— polyschematisti 518.
—— proceleusmatici 71.
—— pyrrhichiaci 71.
—— spondiaci 73.
—— tragici 655.
—— trochaici genera 73. seq.

O.

Orationes apud vett. epicos 714.
Ordo quid 12.
— periodicus 13.
Ordinum genera 12. seq. 17.
—— similitudo vitatur 37.
Orthius 18. 76. 660. seqq.
*Ostium* non prima correpta 177.

P.

Paeones cum dochmiis consociati 268.
Paeonicus numerus 192. seqq.
Palimbacchiacus numerus 292.
Paracataloge 751.
Parodus 724. seq. 727. seq. 730.
Paromoeostropha 750. seqq.
——— ubi locum habeant 783.
Periodica carmina 766. seqq.
Permutatio numerorum 21.
Personae mutationis vis in prosodia 249. 372.
Pes: pedum nomina et formae 18. seq.
Poëtarum disciplina 48.
Polyschematisti numeri 518.
Praeconum proclamationes in comoedia 745.
*Pro deum atque hominum* 168.
Proceleusmaticus in versibus dactylicis 319.
——— numerus 71.
Productiones propter metrum 43. seqq.
——— in alloquutione 248. 372.
——— in exclamatione 248. 372.
Productiones in fine sententiae 372.
——— in repetitione 348. 372.
——— propter interpunctionem 250.
——— propter nomen proprium 250.
——— propter mutationem personae 249. 372.
Proodi 671. in carm. chor. 725. in comoed. 730.
Prosa oratio in comoedia 745.
Prosodia 42.
—— Romanorum 61.
Punctum medium figurae 9.
Pyrrhichiaci numeri 71.
*Pythius* disyllabum 631.

Q.

*Quia* monosyllabum 156.
*Quies, quietis* adiectivum 636.

R.

*Rediit* disyllabum 153.
Regulae ubi non adhibendae 48.
—— earum iustus usus 740.
*Rei* non iambus 176.
Repetitio vocis quando habeat licentiam prosodicam 248.
—— vocabuli in eodem loco antistrophicorum 736.
—— verborum et integrarum stropharum 732.
—— eiusdem metri non temere inferenda 426. 493. 701.
Rhythmicum metrum 193.

S.

*S* finale abiicitur ab Latinis 61.
—— ubi non abiiciatur 141. (et addend.) 156. 179.
*Sanguis, sanguis, sangui, sanguem* 615.
Satyricorum versuum licentia 120.
*Sc*, correptio ante has litteras 63.
*Sécede huc* 206.
Similitudo ordinum vitata 37.

Solutio syllabae finalis respondens ancipiti 251.
Solutiones in versibus tragicorum 83.
Solutionum ratio 22. seq.
Sotadea carmina non cantabantur 444.
*Sp*, correptio ante has litteras 63.
Spondei cum dochmiis consociatio 277.
Spondeus maior seu duplex 18.
Spondiaci numeri 73.
*St*, correptio ante has litteras 63.
Stasima 724 seq. 727. seq. 730.
Stationes chori et histrionum 723. 726. seq. 734. 784.
Strophae definitio 660. seqq. 672.
Stropha Alcaica 686. seqq.
—— Sapphica 677. seqq.
—— in scoliis et apud Aristoph. usurpata 694.
Strophae Aeoliae 698.
—— Doriae 698. et addend.
—— Lydiae 698.
—— *δισσόστροφοι* addend. ad p. 696.
Stropharum systemata 733 sqq.
*Stultitia est* prima correpta 206. 215.
Syllaba anceps 20.
—— ei respondens solutio 251.
Symmetria quid 1. 6.
——— eius lex 2. seqq.
Synecphonesis 123. 128. 678.
Synizesis 52. 253. 602.
—— in nom. propr. 54.
—— in littera *v* 147.
—— apud Latinos in litteris *u* et *i* 65. 631. 635.
Systematis definitio 666. seqq.
Systematum genera 26.
Systematum tragicorum conversio 102. 659.
Systemata *ἐξ ὁμοίων* non a toto choro cantata 492. 729.
Systemata stropharum 733. sqq.
Syzygia 19.

T.

Tactus apud hodiernos musicos 23.
*Tegus* pro *tergus* 189.
Tempus quid 18.
—— apud metricos duplex, apud musicos multiplex 16. seq.
Tempora anacruseos 15.
—— arseos 15.
—— theseos 14.
Thesis 11.
—— eius tempora 14.
Tragici 45.
—— semel apud eos carmen elegiacum invenitur 358.
—— eorum numeri 655.
Tragoedia antiquior et recentior 71. 83. 115. 119. 120. 122. 123. 124. 125. 384. 498. 523. 540. 657. 751.
—— recentissima 124. seq.
Transpositio 123.
Trimetri tragici quaedam caesura, cum eaque coniuncta mensura 35.
Trochaeus semantus 18. 76. 237. 327. 660. seqq.
Trochaici numeri genera 73. seq.
Trochaici tetrametri catal. caesura quando negligi a tragicis possit 37.
Trochaicus pentameter catalect. 181.

V.

Versus definitio 25. 664.
Versuum differentiae 666.
Versus Adonius 715.
—— Alcaicus logaoedicus 365. seq.
—— —— hendecasyllabus 641.
—— —— dodecasyllabus 642.
—— Alcmanius 262. 329. bis.
—— asynarteti 25. 666. seq.
—— Boiscius 158.
—— Cleomacheus 444.

Versus comicus quadratus 149.
—— encomiologicus 651.
—— epichoriambicus hendecas. 641.
—— epionicus tetram. catal. 642.
—— epionicus a mai. hendecas. 641.
—— —— — — dodecas. 642.
—— —— a minore 642.
—— —— — — alius 643.
—— Euripideus τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβος 598.
—— —— troch. ἑφθημιμερὴς 598.
—— hypermeter 93. 170. seq.
—— iambelegus 651.
—— Ibycius 330.
—— longus ab Ennio dictus 333.
—— octonarius 91.
—— paroemiacus 378.
—— Phalaeceus hendecasyllabus 368. 562.
—— Pherecrateus 434.
—— Pindaricus 651.
—— —— hendecasyllabus 641.
—— Platonicus 651.
Versus politici 487.
—— polyschematisti 25. 518. 520. seqq.
—— Praxilleus logaoedicus 365.
—— prosodiacus 577. 590. seq. 593.
—— pyrrhichiacus 382.
—— quadratus 86. comicus 149.
—— Sapphicus epichor. hendecas. 641.
—— —— τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβος 363.
—— senarius 104.
—— septenarius 87. 149.
—— Simmieus 320.
—— Sotadei non canebantur 444.
—— Stesichorius 329.
—— trochaicus trimeter apud Ennium 453.
—— —— pentameter catal. 181.
*Viro* monosyllabum 458.
Vocabuli divisio inter duos versus 33. 668.
Vocis intensio quantitatem mutat 60.
*Vt*, ὥστε, cum indicativo 180.

---

# INDEX GRAECVS.

## *A.*

Ἀγαμέμνων an penultima brevi 47.
ἀγγελικαὶ ῥήσεις 52. 121.
ἀδιάφορος συλλαβή 20.
ἀθάνατος prima longa 43.
ἀθελήτως 533.
Ἀθέναθεν 44.
αἳ terminatio sec. pers. passiv. 605.
αἰεί, non αἰέν in fine heroici 350.
αἴστος 53.
αἰστοῦν 53.
ἀκάμαντος 533.
ἀκατάληκτος versus 30.
ἀκέφαλος — 346.
ἀλεκτρυῶ an dictum fuerit 137.
Ἄλκμὰν pro Ἄλκμαίων 476.
ἀλλοιόστροφα 748.

*ἄλογος συλλαβὴ* 20.
*ἀλώπηκος* 90.
*ἀνάκλασις* 465. seqq.
*Ἀνακρέοντες* 489.
*ἀνάπαιστα, ἀνάπαιστος* 721.
*ἀνάπαιστοι σύμπτυκτοι* 603.
*ἀνέψιος* 56. sed vide etiam 649.
*ἀνομοιόστροφα* 27. 748. 749.
*ἀντεπίῤῥημα* 26. 720. seqq.
*ἀντιθετικὰ* 27.
*ἀντιπάθεια* 26.
*ἀντιστροφικὰ* 26.
*ἀντίστροφος* 720. seqq.
*ἀντιχορία* 727.
*ἀντῳδὴ* 722.
*ἄνων* 533.
*ao* genitivus non admittit apostrophum 51.
*ἀπάλαμνος* 45.
*ἀπεμφαίνοντα μέτρα* 517.
*ἀπεριόριστα* 28.
*ἀπόθεσις* 30.
*ἀπολελυμένα* 27. 716. 747 seq.
*ἀπὸ σκηνῆς* 733. 777.
*ἀπροφανὲς* 522.
*ἀρᾶϊ* 605.
*ασι* term. tert. plur. perf. an *α* brevi 58.
*Ἀσκλήπιος* 56. sed vide etiam 649.
*ἄστροφα* 27. 748.
*ἄτακτα μετρικὰ* 27.
*ἄτμητα* 27. 748.
*άων* genitivus in aliena declin. 57.

*B.*

*Βάσις* 20.
*βλ* corripi patitur praeced. voc. 46.
*βραχυκατάληκτος* versus 31.

*Γ.*

*Γὰρ* insolentius collocatum 136.
*γενύων* disyllabum 53.
*γλ* corripi patitur praeced. voc. 46.
*γμ* — — — — — — 504.

*Δ.*

*Δαίδαλος* non inusitatum tragicis 569.
*Δεύνυσος* 484.
*διὰ* monosyllabum 86.
*διανεκές, διανεκῶς* trisyllaba 65.
*δίδυμος* 45.
*διχορία* 727.
*δολιχόουρος* versus 346.
*δυοῖν* monosyllabum 53.

*E.*

*Εἴ γε* 479.
*εἴθε* cum coniunctivo 534.
*εἶναι*, non *ἔμμεν* in fine heroici 350.
*εἶος* pro *εἴως* 58.
*ἑλεδεμνὰς* 45.
*Ἐλευσινίδης* tertia brevi 44.
*Ἐλευσίνιος*, de mensura h. v. 44.
*ἔμμεν* non in fine heroici 350.
*ἐνόπλιος ῥυθμὸς* 351.
*ἐξ ὁμοίων* 27. non a toto choro canebantur 492. 729.
*eo* una brevis syllaba 53 seqq.
*ἐπιπλοκὴ* 29 seq. 426. 438 seq. 469. 495.
*ἐπίῤῥημα* 26. 720 seqq.
*ἐπισύνθετον μέτρον* 597.
*ἐπιφθεγματικὰ* 29.
*ἐπιφωνηματικὰ* 28.
*ἐπῳδικὰ* 26.
*ἐπῳδοὶ* 28.
*Ἐριννύων* trisyllabum 53.
*ἑτερόστροφα* 27. 748.
*ἔτ' οὐκ, ἔτ' οὐδὲν* 476.
*εὐρώδης* 557.
*ἐφύμνια* 28.
*ἕως* trochaeus 58.

*Z.*

*Z* plerumque producit praeced. voc. 46.

*H.*

*Ἡδύοσμος* trisyllabum 53.
*ἡμιχόριον* 727.

*Θ.*

*Θελητὸς* 533.
*θεὸς* una brevis syllaba 53.
*Θουκυδίδης* secunda brevi 44.

*I.*

*I* dativi sing. non elidítur 51. 55.
— *συνεκφώνησιν* facit 53 seq. 55. 86.
— in *περὶ* elidítur apud solos Aeolenses 51.
*ἰσχιορρῳγικὸς* versus 143. v. Ind. Lat. in v. iambicus isch.

*K.*

*Καὶ* non cum *ἀεί*, neque in compositis cum *εὖ* crasin facit 52.
*καματήριος* 383.
*κατ᾽ ἀντιπάθειαν μικτὰ* 26.
*κατ᾽ ἐνόπλιον* 351.
*κατὰ περικοπὴν ἀνομοιμερῆ* 27.
*κατὰ περιορισμοὺς ἀνίσους* 28.
*κατὰ στίχον* 26.
*κατὰ σύστημα* 26.
*κατὰ σχέσιν* 26.
*καταληκτικὸς* 31.
— *εἰς δισύλλαβον* 31.
— *εἰς συλλαβὴν* 31.
*κατάληξις* 31.
*κατωμυχαῖος* 143.
*κοινὰ γενικὰ* 26.
*κοινὰ κατὰ σχέσιν* 27.
*κόμμα* 25.
*κομμάτιον* 720 seqq.
*κόμμοι* 733.
*κονκούλιον* 487. 489.
*κυάνεος* an trisyllabum 53.
*κυανῶπις* trisyllabum 53.
*κῶλον* 25.

*Λ.*

*Λαγαρὸς* versus 346.
*Λαμπρακίας* 598.
*λογοειδὴς* versus 352.

*M.*

*Μάκαρ* fem. 501.
*μακρὸν* 720. seqq.
*μακροσκελὴς* versus 346.
*μάντις, μάντηος* 347. sed v. p. 649.
*μάρτυσσιν* 45.
*μειλιχόμειδος* 642. et v. addenda.
*μείουρος* versus 346.
*μέλομαι* c. infinitivo 486.
*μέλος* 720 seqq.
*μεσόμνια* 28.
*μεσῳδικὰ* 27.
*μέτρα κατ᾽ ἀντιπάθειαν μικτὰ* 26.
*μετρικὰ ἄτακτα* 27.
*μέτρον* 193.
*μικτὰ γενικὰ* 26.
— *κατὰ σύστημα* 28.
— *κατὰ σχέσιν* 27.
*μισθοῦν* 135.
*μονοστροφικὰ* 26.
*μονόστροφα* 748.

*N.*

*Ν ἐφελκυστικὸν* in fine heroici 350.
*νεκύεσσιν* trisyllabum 53.
*νόμοι* 716.
*νώνυμνος* 45.

*Ξ.*

*Ξ* producit praeced. voc. 46.

*O.*

*O* in genitiv. *οιο* et *αο* non elidítur 51.
*οἶκοι* in vers. Anacreont. 487. 489.
*οἶμοι* quando crasin faciat 51.
*οιο* genitivi non patitur elidi o 51.
*οἰωνὸς* non prima correpta 494.
*ὀκτάσημος ῥυθμὸς* 240.
*ὀτιὴ* disyllabum 86.
*οὐ* et *οὐχί* permutata 128. 134. 135.
*οὐδ᾽ εἷς* et *οὐδεὶς* differunt 116.
*οὖμοι* 51.
*οὐρίθρεπτος*: v. addenda ad p. 740.

οὐχὶ et οὐ perm. 128. 134.135.
ὄφις prima producta 57.

*Π.*

Πά, πά, πᾷ 497.
παλινῳδικὰ 27.
παράβασις 720 seqq.
παρακαταλογὴ 285. 440. et addend. ad p. 286.
παριαμβὶς 352.
παρομοιόστροφα 749. 750 seqq.
πατρῴϊος 537.
πεντὰς ἐπῳδικὴ 716.
πὲρ Aeolice pro περὶ 688.
περὶ non nisi Aeolice apostrophum admittit 51.
— ne in compos. quidem hiatum faciens apud tragicos 50.
περίαχε 51.
περικοπὴ 734.
περιῳδικὰ 27.
πνῖγος 721.
πολιτικὸς versus 352.
πολύστροφα 748.
προκέφαλος versus 346.
προκοίλιος — 346
προπίπτειν 544.
προσοδιακὸς versus 577. 590 seq. 593.
προῳδικὰ 26.
προῳδοὶ 28.

*P.*

*P* non ubique eamdem vim habet in producenda vocali 46.
ῥήσεις ἀγγελικαὶ 52. 121.
Ῥουφίνιος secunda correpta 44.
ῥυθμὸς 1. 192 seq.
— ὀκτάσημος 240.

*Σ.*

Σήμειον 18.
σθλ vocalem corripi patitur in v. ἐσθλὸς 47.
σίειν 484.
σκ ubi vocalem corripi patiatur 47.
σλ — — — — 47.
Σοφοκλέα non trisyllabum 128.
σπαργάνιος 756.
στ ubi vocalem corripi patiatur 47.
στροφὴ 721.
συγκεχυμένα μέτρα 517.
σύμπτυκτοι ἀνάπαιστοι 603.
συνάριθμος 651.
συνεκφώνησις 52. 123. 128.
συνήριθμος 651.
συνίζησις 52.

*T.*

Τεῖος 58.
τεὸν una brevis syllaba 53.
τετρὰς ἐπῳδικὴ 716.
τέως trochaeus 58.
τί an hiatum faciat ap. trag. 50.
τομὴ 32.
τριὰς ἐπῳδικὴ 716.
τύπανον 47.
Τυῤῥακῆος 597.

*Y.*

Ὑμνεῖν prima brevi 47. 498.
ὑπεμνήμυκε 45.
ὑπερκαταληκτικὸς 31.
— εἰς δισύλλαβον 31.
— εἰς συλλαβὴν 31.
ὑπέρμετρος versus 93.
ὑπόῤῥυθμος — 343

*Φ.*

Φλεγμαίνειν prima correpta 504.
φν praeced. voc. corripi patitur 47.

*X.*

Χθιζινὸς 504.
χρόνος 18.
χρύσεος prima correpta 44.

*Ψ.*

Ψ producit praeced. voc. 46.
Ψάπφε 678. et addend.

*Ω.*

Ὠιδὴ 722.

# INDEX SCRIPTORVM.


Aeschylus. eius Glyconei p. 524
— Prometheo ed. Stanl. v.
115 295
117 269
128 seqq. 492
165 566
172 374
184 366
397 seqq. 426. 493 seq.
429 seqq. 730
568 seqq. 768
576 267
578 273
579 269
582 262
590 268
598 269
601 262
688 seqq. 269. 768
900 seqq. 289. 730
903 seq. 289
in fine 784
— Septem ad Theb. v.
78 277
78 seqq. 751
83 45. 269
87 249
90 256
95 267
105 266
122 230
124 53
125 230
134. 139. 141 —
155 229
158 260
161 268
164 229
167 260
171 268
209 seqq. et antistr. 246
227 274. 567
234 274
241 261
247 261
294 54
334 567
352 232. 274
362 251
364 232. 274
427 254
490 seq. 238
494 44. 60
553 44. 60
571 279
634 —
735 seqq. 425
741 431
743 257
749 431
751 257
775 256
779 —
852 378
894 257
903 seq. 255
906 257
915 255
924 425
985 122
990 122
1003 249
— Persis. parodus 725. 728 sq.
v. 32 378
66 seqq. 497
81 53
93 seqq. 730
97 seqq. 498
164 82
269 261. 283
275 261. 283

Aeschylus. Persis. v.
288 p. 231
321 116
376 121
416 —
458 —
490 52. 121
501 113
506 121
532 375
559 53. 122
576 256
585 —
593 46
649 713 seq.
666 255. 268
674 255. 268
689 121
852 55
854 330
860 —
866 seqq. 330. 363
870 330
873 —
877 —
934 seqq. 383
954 417
982 236
1013 233
1022 —
1023 232
1033 233
1043 54. 122
1059 122
— Agamemnone. parodus 725. 728. seq.
v. 63 seqq. 379
134 704
168 661
205 233
218 —
233 254
234 232
242 254
244 232
246 262
253 256
255 362
264 256
374 378
375 seqq. 727 seq.
379 262
382 236
386 262
396 —
404 —
412 256
416 230
430 256
729 326
739 —
748 256
749 368
761 256
803 373
999 46
1090 265
1095 265
1112 254
1132 263
1143 —
1145 254
1152 250
1166. 1167 260
1174 279
1185 279
1261 112 seq.
1352 seqq. 719
1416 280
1435 280
1457 — 1585 737
1461 256
1477 704
1501 379
1564 376
— Choephoris v.
24. 34. p. 257. 263
42. 54 258
312 seqq. 736
338 seqq. 379
379 236
383 230
398 seqq. 379
583 seqq. 198
638. 645 236
736 121
781 seqq. 268. 733
784 260
786 536
795 260. 536
804 seqq. 513
905 115

Aeschylus. Choepho-
ris v. 930 121
935 seqq. 250
961 264
967 254
— Eumenidibus v. 156 p. 257
170 seq. 254
238 119
307 379
315 373
322 237. 661
324 199
329 seqq. 513
342 seqq. 513
348 527
356 seqq. 513
386 235
390 —
391 258
394 235
398 235
399 258
568 53
786 251
791 254. 265
816 251
821 265
840 254
841 370
844 —
846 370
873 254
928 236
930 seqq. 379
1038 435
finis fabulae 732
— Supplicibus v. 5. 8 378
59 429
61 seqq. 435
75 54
101 236
103 256
105 427
111 256
143 seq. 235
153 seq. —
169. 170 236
252 113
267 124
364 253
366 —
377 seqq. 231
388 seq. 253
390 231. 234
423 seqq. 198
435 seq. 268
438 47
525 124
537 232
544 232
550 s. 329
561 —
642 54
790 232
800 54. 122
843 275
845 236
847 253
849 275
851 seq. 329
855. 867. 267
897 236
910 seq. 253
942. 956 253
983 378
1025 seqq. 491
— Prometheo soluto 374
— Xantriis 46
Alcaeus 437. 597. 688 seq.
Alcman 201. 472
Alexis ap. Athen. p. 128.
129. 134. 135. 140
— Trophonio 580
Ammiani epigr. 20. 53
Amphis ap. Athen. 140
Anacreon 423. 429
eius multa carmina mo-
nostrophica 479
carm. 5 484 bis. 485
6 484
13 482
15 476
18 487
22 484
23 478 seq.
24 487
25 480
26 475. 482
27 477
31. 32 476
34 478 seq. 481
35 480

Anacreon. carm. 36 p. 483. 484
37 484. 485
38 476. 481
39 480. 485
41 485
42 486
43 483
45 —
50 —
51 486
52 477
53 486
56 485
57. 58 486
60. 61 479
62 487. 489
66 479 seq.
— fragm. 20. 493. 575
— 1 483
3 487
17 486
Ananius 89
Anaxandrides apud Stob. 136. ap. Athen. p. 136. 140
Antiphanes ap. Athen. p. 135. 140 bis
Apollophanes ap. Athen. p. 140
Archestratus 353
Archilochus 49. 86 bis. 105
Aristides Quintilianus p. 18. 82. 193. 318. 330. 361. 442.
Aristophanes. eius versus heroici 353
— Pluto ed. Brunck. v. 178. p. 134
179 129
204 133
701 128
1011 128
— Nubibus v. 275 seqq. 327
326 402 seq.
371 398
663 137
916 376
977 404
1063 146
1349 704
1359 147
1427 147
— Ranis v. 76 128
208 seqq. 742
323 seqq. 501
372 seqq. 385
551 133
930. 932. 937 147
942 146
1022 seqq. 549
1028 399
1058 398
1316 548
1322 seq. 539
1358 seqq. 198
— Equitibus v. 7 128
31 129
134 129
301 81
303 seqq. 202
342 146
421 147
508 400 seq.
525 401
676 129
784 401
— Acharnensibus v. 18 133
47 137
78 129
190 129
208 et antistr. 203
294 seqq. 342 seqq. 201
437 129
615 133
645 398. 400
655 402
670 seq. 697 seq. 509
733 134
735 293
850 136
928 137
929 seqq. 101
971 seqq. 986. 998 509
1038 101
1150 seqq. 427
1156. 1168 136
— Vespis v. 247 504
273 seqq. 502
282 51
290 29
317 seqq. 745

Aristophanes. Vespis v. p. 402
350. 397 200
428 seq. 85
458 200
486 seq. 427
526 seqq. 533 427
631 seqq. 637 402. 404
673 402
682 401
684. 687 375. 398
750 129
961 128 v. addenda
1170 85
1267 329
— Pace v. 114 377
168 137
246 129
380 370
512 401
732 418
943 seqq. 375
1002 418
1027 seqq. 370
1104 204
1127 seqq. 1159 seqq. 375
1320 137
— Avibus v. 108 510
311. 315. 510
333 et antistr. 384
344 seqq. 377
404 204
410 seqq. 101
418 seqq. 134
444 401
479 402
480 375
523. 536 723
551 seqq. 401
569 398
600 401
607 404 v. addenda
611 723
626 seqq. 568
680 593
738 85
758 204
851. 895 202
1063 seqq. etc. 419
1313 seq. 417
1316 seqq. 419
1325 seq. 382
1398 80
1470 seqq. 31
1506 80
1553 seqq. 129
1693 131
— Ecclesiazusis v. 162 137
315 401
516 400 seq.
518 401
630 745
900 seqq. 568
911 seqq. 695
938 seqq. 202
958 et strophic. 86
1156 — Thesmophoriazusis v.
52. p. 374
285 131
295 seqq. 745
560 147
567 146
706 86
1140 seqq. 541
1143 seq. 568
— Lysistrata v. 20 134
319. 320 430
321 seqq. 428
327 430
335 seqq. 428
341 430
476 seqq. 383
481 seqq. 512
489 401
545 seqq. 383
781 661
1016 seq. 606
1045 204
— et seqq. 205
1060 204
1091 seqq. 204. 205
1205 seqq. 204
— Anagyro 579
— Daedalo 130. 158.
— Georgis 200
— Gerytade 134
— Ὧραις 148
— Thesmoph. sec. 134. 200
— ap. Athen. 419

Aristoteles Rhet. III. 8. p. 193 seq.

Aristoteles Problem. p. 285 seqq. 290. 717
Astydamas tragicus 579
Athenaeus 345 seq. 580
Atilius Fortunatianus 611
Attius 387
— Alphesiboea 337
— Antigona 328
— Astyanacte 159
— Bacchis 159. 388
— carmine Priami 639
— Epigonis 388
— Eurysace 386
— Medea 159
— Philocteta 386
— Telepho 90

B.

Babrius 145
Bacchylides 29. 201

C.

Caecilius 181
Callimachus 419
Calpurnius 339
Calpurnii Pisonis Continentia poëtarum 628. 632
Carmen in Demetrium ap. Athen. 105
— apud Athen. 461
— antiquum apud Festum 638
— fratrum arvalium 613
— Nelei 639
— Priami apud Attium 639
— Saliare 612
Castorion Solensis 106
Catullus p. 348. 368. 437. 505 s. 575. 577. 680
— eius Glyconei 524
Christodorus 334
Coluthus 334
Comici Romanorum epiphonematis usi 23
Corinna 54. 520 seqq.
— eius *Κατάπλους* p. 520. 522 seq.
Cratinus ap. Athen. 593 sq.
— ap. Hephaest. 594
— *Μαλθάκοις* 580
— Seriphiis 595
— — ap. Phrynich. p. 644
— Trophonio 199

D.

Damoxenus ap. Athen. p. 131. 134. 135
Diogenes Laërtius 383. 505
Diomedes 83
Dionysius Halicarnassensis 292. 317. 444. 577
Dionysius Periegetes 57
Diphilus ap. Athen. 140
— ap. Stob. 135

E.

Elias monachus 489
Ennius 61. 141. 347. 389
— Alcmaeone 386
— Andromacha 205
— Ascto 453 seq.
— Hectoris Lustris 295
— in satiris 453
— Thyeste 90
Ephippus ap. Ath. 129. 377
Epicharmus 82. 85 bis
— ap. Athen. 139. 579
Epigramma ap. Pausan. 56
Etymologus M. 41. 535
Eubulus ap. Athen. p. 130. 134. 136. 140 bis.
Eupolis p. 96. 130. 145. 430. 576
— *Ἀστραπεύτοις* 584
— *Βάπταις* 47 seq.
— *Κόλαξι* 581. 584 seq.
— *Χρυσῷ γένει* 586
Euripides. eius tragoediarum diversitas 84
— Hecubae parodus p. 725. 728 seqq.
— ed. Barnes. (nisi ubi Musgravianae vel Porsonianae numeros significari littera M vel P monstrat) v. 59 seqq. p. 765
59—99 P. 381
82 373

Euripides: Hecuba v. 156 sqq. P. p. 738
193. 196 P. 385
445 563
449 569
453. 456 563
460 569
463 563
470. 479 569
684 totum carmen 766
689 261
943 seqq. 730
1056 totum carmen 759
1057 276
1088 totum carmen 760
1093. 1097 261. 283
1102 277
1160 121
— Oreste v. 140 261
144 265. 273
146 249
149 seqq. 246
153 261
157 265. 273
168 272
173 M. 293
177 P. 279
180 276
182 261
189 272
195 P. 279
205 261
726 83
808 562
812 et praeced. 548
820 562
824 et praeced. 548
829 seqq. 541
832 seqq. 730
971 totum carmen 749
988 seqq. P. 102
1250. 1267 P. 280
1286 M. 293
1302 seqq. 766
1369 totum carmen 777
1415 seqq. P. 198 seq. 779. 782
— Phoenissarum parodus 725. 728 seq.
103 totum carmen 750
105 278 v. corrigenda
107. 137 277
154 P. 269
166 276
183 275
189 54 sed v. corrigenda
214. 217 seq. 226 530
228 540
229 seq. 530
298 totum carmen 764
330 seq. P. 275
681 seqq. 730
754 116
796 seqq. 323
800. 802 324
811 P. 322
820 324
829 P. 322
1267 264
1301. 1316 P. 279
1327 P. 53
1493 totum carmen 773
1591 P. 320
1704 totum carmen 761
— Medea v. 154 seqq. 532
159 565
180 seqq. 532
183 565
411 seqq. P. 655
627 seqq. P. —
651 seqq. 660 seqq. 572
820 seqq. P. 655
851. 861 556
972 seqq. P. 655
1255. 1265 257
— Hippolyto v. 66 568
141 70
144 565
147 565
150 529
154 565
157 565
160 529
339 251
572 249
735 seqq. 572
741 525. 528
751 528
1143 seqq. 1147 seqq. 536
1360. 1365 376
— Alcestide v. 82 375
181 seq. 121

Eurip. Alc. v. 268 sqq. p. 231
598 662
674 116
972 seq. 983 seq 531
— Andromacha v. 86 250
483. 491 320
842 238. 250
862 277
1185. 1196 647
1210 seqq. 1224 seqq. 536
— Supplicibus v. 42 seqq. 498
271 524
277 seq. 525
614 231
696 121
829. 835 259
836 229
956. 964 565
990 568
995 540
998 549
1000 537
1004 565
1008 529
1012. 1018 568
1021 549
1023 537
1024 seqq. 535
1026 565
1030 529
— Iphigenia in Aulide p. 539
eius parodus non Euripidis 547. 725
v. 165. 183. 186. 204 547
206 558
547. 562 541
571 542
574 seqq. 542. 730
754 541
760 547
761 561
765 541
771 547
777 561
781 546
1036 seqq. 428 seq.
1038 547
1041 548
1054 seqq. 546
1060 547
1063 548
1076 seqq. 546
1212 115
1475 283
1488 260
1510 283
— Iphigenia in Tauris v. 54 121
123 seqq. 385
197 49
422 530
435 tota stropha et ant. 551
439 530
452 tota stropha 551
461 375
827 250. 276
1089 552
1092 549
1096 seq. 530
1097 528
1103 538
1109 549
1113 seq. 530
1114 528
1123 529
1127 556
1129 540
1130 538
1132 seqq. 539
1138 529
1152 556
— Rhesi scriptor 124
v. 694 264
697 M. 293
706. 724 265
— Troadibus v. 101 382
239 totum carmen 757
260 280
263 277
271 276
320. 336 264
513 seqq. 533 seqq. 555
559 seqq. 256
603 M. 374
821. 841 319
1235 seqq. et praecedd. 262
— Bacchis v. 64 seqq. 498
72 47
78 seqq. 498
105 seqq. 424
113 498
370 seqq. 499

Euripides. Bacchis v.
575 seqq. 425
402 70
410 et antistr. 547
526 seqq. 500
530 seqq. 496
545 seqq. 500
669 251
728 121
863 559
865 565
874 561
875 543
883 559
885 565
894 561
895 543
991 293
996 54. 253
999 253
1036 239. 274
1039 249
1066. 1084 121
1134 121
1153 122
1161 279
1175. 1189 264
1293 121
— Cyclope v. 41. 55 565
493 seqq. 496
497 477
— Heraclidis v. 33 121
640 116
770. 777 561
— Helena v. 269 seqq. 535
522 seqq. 549
527 558
533 539
635 282
636 280
645 268
650 263. 293
651 275
678 277
697 279
1119 115
1317 560
1322 556
1330 558
1341 556
1348. 1365 seqq. 558
1369 seq. 538
1381 seqq. 558
1497 564
1502 546
1505 547
1513 546
1514 564
1525 542
1587 121
1644 84
— Ione v. 1 56. 116
122. 138 546
187 540
190. 201 293. 568
205 seqq. 552
209 seq. 530
219 seqq. 552. 741
223 seq. 530
466. 486 528
677 272
688. 707 250 seq. 280. 282
764 seq. 267
1231 547
1236 567
1343 120
1439 totum carmen 754
1448 275
1466 seq. 276
1475. 1482. 1486. 1494 281
1498 277
1508 275. 756
— Hercule furente v. 107 263
458 121
742. 757 267. 270
781 547
784 564
791 567
798 547
784 564
801 564
808 567
875 248
878 253
885 249
893 seq. 267
919 229
1049 275
1052 250
1051 275
1178 seqq. 783
1295 54

Euripides. Hercule furente v. 1338 116
— Electra 116 529
122 528
131 529
137 528
144 543. 550
145 547
146. 148 530
153 568
161 550
163. 165 530
184 seqq. 530
434 566
435 547
443 566
736. 741 562
— Pirithoo 116
— apud Aristoph. Ran. 1316 548

F.

Festus 625 carmen antiq. apud eum 638

G.

Grammaticus MS. Augustanus 488
——— MS. Bernensis 142. 369. 472. 488
Gregorius Nazianzenus 477. 491
Gracchi tabula apud T. Liv. 616

H.

Heliodorus metricus 144
Hephaestio 369. 520. 590 sqq. 599
Hesychius 285. 533. 550
Hipponax 57. 143 seqq.
Homerus in multis accentum sequitur 56 seqq.
— Iliad. ε. 487 41. 649
ϑ. 206 350
ι. 5 347
μ. 208 354
ν. 69 347
ξ. 265 350
ο. 29 44
π. 321 53
τ. 189 59
ψ. 195 347
ω. 221 347
331 350
— Odyss. γ. 293 41
ι. 283 347
κ. 169 43
493 347. 649
λ. 568 53
μ. 267 347. 649
ο. 83 347
σ. 246 347
φ. 178. 183 347
— hymn. Apoll. 373 p. 347. 649
Horatius 433 436 seq. 675 seq. 681 sqq. 684 sq. 690 sqq.
eius versus heroici 353
Hybriae Scolion 465

I.

Incertus ap. Hephaest. p. 240. 444
— ap. schol. Hom. 145
— ap. schol. Theocr. 576
Ioannes Gazaeus 334

L.

Laevius scripsit Cypriam Iliadem 333
in Sirene 619
Leonidas Tarentinus p. 47 v. addend.
Leontius 334
Livius Andronicus, Equo Troi. 205
— Inone 354
— Odysseae fragmenta 618 seqq.
T. Livius v. Gracchi, Regilli tab. Marcius vates. Oraculum.
Lucianus Tragodopodagra 355. 418. 420. 448
Lucilius 347 seq. 423
Lucretius 61
Lycophronides 448. 451

M.

Macedonius 334

Macho 140 ter. vide addenda
Marcius vates. eius carmina 616. 638
Marius Victorinus 193
Martianus Capella 11
Metrici veteres 11. 20
Mnesimachus ap. Athen. p. 377
Moschus. eius epitaph. Bionis 337
Musaeus 334
Musici veteres 11

N.

Naevius 638
— Belli Punici fragmenta p. 629 seqq.
— epigramma 638
— Hector proficiscens 633
Nelei carmen 639
Nicostratus apud Athen. p. 129
Nonnus 334

O.

Oraculum apud T. Livium 617

P.

Pacuvius Atalanta 205
Parmeno ap. Athen. 143
Paullus Silentiarius p. 334. 477
Pherecrates 419. 579
— Ἵππῳ s. Παννυχίδι 580
— Μεταλλεῦσιν 575
— Persis 575. 581
Philetaerus ap. Athen. 136
Phillis apud Athen. addend. ad p. 286
Phoenix Colophonius ap. Athen. 144 seq.
Phrynichus tragicus 473
Pindarus Olymp. I. 712
V. 362
IX. 661
X. 514
XIV. 703
— Pyth. I. 53. 661
II. 515
IV. 53
VI. 259
VIII. 712
XI. XII 55
— Nem. X. 55
— Isthm. II. 651
III. (IV) 650. 651
IV. (V) 650
ultimo 712
Plato comicus ap. Athen. p. 148
— ap. schol. Aristoph. 130
— ap. schol. Eurip. 128
— Παιδαρίῳ 722
Plautus Amphitruone I. 1. p. 88. 103. 190. 206. 209 seq. 393. 458
II. 1 294
II. 2 297
III. 4 160. 161
V. 1 169. 171. 172. 190. 191. 413
— Asinaria I. 1 132. 141
II. 2 142
II. 3 153
II. 4 155. 156. 157
III. 1 88
III. 2 152. 154
III. 3 149. 150. 153. 155
IV. 1 190. 191
— Aulularia II. 1 294. 307. 454
III. 1 91
III. 2 455
IV. 9 411
V. 87
— Captivis prolog. 190
I. 1 190
2 190
II. 1 164. 205. 210
2 88
3 88
III. 2 314
IV. 1 166
2 88
— Curculione I. 2 208
II. 3 190
IV. 2 154
V. 2 164
— Casina II. 2 206. 208. 390
3 413

Plautus Casina III. 6 390
V. 2 411
— Cistellaria II. 1 396
— Epidico I. 1 161
II. 1 315
— Bacchidibus III. 3. 303
IV. 3 91. 219
4 220
9 160. 164
10 415
V. 1 213. 414.
2 390. 414
— Mostellaria I. 2 206. 207. 215. 299.
4 207. 213
II. 1 87
III. 2 216
IV. 1 310
— Menaechmis I. 2 208. 221
II. 3 394
IV. 2 304
V. 2 88
6 291. 294. 309
— Milite II. 6 132. 141
III. 2 191
3 155
IV. 2 405
6 153. 155. 156
— Pseudolo I. 2 184. 415
3 306
IV. 1 207. 393
2 164
V. 1 304
2 218
finis fabulae 303
— Poenulo prolog. 190. 191
I. 2 295
V. 2 190
3 190
4 154. 155
— Persa II. 4 155. 157
5 154
IV. 3 164
V. 1 215. 415
2 215. 291. 415
— Rudente prol. 132
I. 4 415
5 190. 206
II. 1 152
2 153. 154
3 154
6 addend. ad p. 142
III. 3 154. 209 seq.
IV. 3 207. 221. 393
V. 2 155
— Sticho I. 1 191. 391. 457
II. 1 164. 175. 184. 395
— Trinummo II. 1 212
V. 1 393
— Truculento I. 1 132
2 154. 156
II. 1 154
IV. 1 191
Plotius 326. 587. 609
Plutarchus de musica p. 285. 663
Priscianus 11. 354. 627

Q.

Quintilianus 241

R.

Regilli tabula apud T. Liv. 616
Rhythmici veteres 11

S.

Sappho p. 28. 432. 436. 442. 471. 600 seqq. 604. 642. 677 seqq. 689
Scholiastes Aeschyli 363. 493
— Aristophanis in vita poëtae 722
— —— ad Pacem 722
— Hephaestionis p. 581. 593. 599 seq.
— Platonis 352
Scolia 463. 672. 694 seq.
Seneca tragicus 387. 431. 685
eius Glyconei 524
Simmias 199. 200. 370
Simonides 605
Sophocles Aiace v. 194 p. 50
205 377
210 44
224. 248 329
308 121
571 120
697 seqq. 562

Sophocles Aiace v.
702 p. 258
704 122
710 seqq. 562
715 258
1101 115
1187 seqq. 556
1191 558
1194 556
1198 558
1208. 1217 566
1303 121
— Electra v. 123 436
129 435
134 325
139 436
145 435
150 325
472. 483 435
504 seqq. 234
715 121
736. 741 562
818 49
1058 477
— et seqq. 493
1066 seqq. 425
1069. 1080 366
1239 seq. 235
1242 262. 265
1247 270
— et seqq. 268
1260 seq. 235
1263 262. 265
1268 270
1384. 1391 269
— Oedipo Rege v. 236. 119
253
467 seqq. et antistr. 556
483 seqq. 426. 494
640 53
649 seqq. 204
661 269. 274. 247
— et seqq. 284
665 268
690 247. 269. 274
— et seqq. 284
694 268
1186 seqq. 728
1190 528
1244. 1249 121
1313 72
1316 255,
1321 72
1324 255
— Antigona v. 100 seqq. 570
103 550
104 562
120 550
121 562
156 375
539 327
409 119
606 433
607 532 seq.
614 433
618 532 seq.
814. 831 564
929 seqq. 381
1263 seqq. 268
1319. 1323 248
— Oedipo Coloneo v. 117
totum carmen 768
121 seq. 569
123 294. 566
130 294
139. 143 373
252 544
253 seq. 569
255 566
257 544
170. 173. 180 373
186 546
205 546 v. addenda
216 seqq. 646
235. 252 647
512. 523 et praecedd. p. 532 seq.
668 563
670 71
671 542
672 560
678 528. 563
681. 691 563
704 seqq. 540
1022 116
1054. 1069 550 seq.
1081. 1092 81
1360 120
1447 280
1456 255
1462 280
1466 54. 122

Sophocles Oedipo Coloneo
v. 1463 p. 284
1471 255
1543 116
1559. 1571 273
1602. 1604 121
1605 seqq. 52
1605. 1608. 1624 121
— Trachiniis v. 205 249
205 et seqq. 732
581 121
655. 663 273
769. 774 121
828. 838 258
844 261
847 263
848 seqq. 235. 252. 282
850 282
855 261
856 252
858 263
859 seqq. 235
861 282
904. 907. 915 121
1016 260
— Philoctetes: de tragoediae aetate 539
v. 156 544
176. 186 251
360. 371 121
394 293
510 293
544 121
687 seqq. 425
785. 787. 796 294
804 294
827 seqq. 271
832 50. 282
1082 529
1091 274
1094 534
1098 538
1102 529
1112 274
1115 534
1124 529
1128 527
1138 seqq. 428
1147 529
1151 527
1161 seqq. 428
1402 37. 82
— Alphesiboea 44. 60
— Acrisio 50
— Inacho 375
— Lemniis 320
Sotades 444 seqq. 451 seq.
Synesius 370. 385. 420. 490. 491

T.

Telesilla 442
Terentianus Maurus p. 354. 609
Terentius Andria I. 3 161
4 —
5 167. 183
II. 1 164
III. 2 165. 184. 299
5 102. 161
IV. 1 167
2 156
V. 2 167
5 176
— Eunucho I. 2 132. 133
II. 1 175. 182 seq.
2 151
3 141. 169. 181. 183
III. 5 152
IV. 1 170
3 176. 183
6 156. 165
V. 8 168
— Heauton timorumeno
II. 4 164
III. 3 173
IV. 4 157
V. 2 157. 164. 167
— Adelphis II. 1 p. 164. 170
175
3 102
III. 1 168
2 167. 183
IV. 1 98. 132. 182
4 95. 181. 431 seq.
5 156. 164
V. 8 165
— Hecyra II. 1 165. 168
2 150. 153
III. 1 141. 150
2 152
IV. 1 164. 177

Terentius Hecyra IV. 3 p. 168
V. 1 142. 151. 157. 178
2 150. 151. 152. 153. 156
3 151. 153
— Phormione I. 3 165
4 93. 173
II. 1 164
III. 2 93. 166. 182
V. 1 165. 170
3 150. 153
Theocritus 361. 475 seq.
Timotheus 382
Tragici Latini ap. Cic. p. 159
— epiphonematis usi 28
Tryphiodorus 334

V.

Varro 149. 411. 432
— apud Gellium 336
— apud Nonium 347
— Cosmotoryne 388
— Cyclo 506
— Dolio 388
— Eumenidibus p. 388. 506. 640
— *Γνῶθι σαυτὸν* 388
— *περὶ ἐξαγωγῆς* 303
Virgilius p. 63. 337. 343. 561.

## Addenda et corrigenda.

P. 4. §. 11. *v.* 1. *pro* tertia *lege* tertio
— 21. §. 1. *v.* 19. — similen — similem
— 47. *v.* 5. *a fine.* Blomfieldius ad Callimachi h. Dian. 10. „In Leonidae Tar. Epigr. Br. Anal. T. 1. p. 226. versus „huiusmodi legitur: *εὐκαμπὲς ἄγκιστρον καὶ δούναια δουλι-„χόεντα.* Vocalem ante *μπ* corripi posse contendit Iacobsius „post Toupium et Musgravium, quibus, qui vult, fidem „habeat. Versum Leonidae difficilem emendatu vocat Seid-„lerus de Vers. Dochm. p. 25. n. Itane vero? Vtinam nihil „inter poëtarum Graecorum reliquias difficilius sanatu esset. „Quid enim? unumne tantum hamum, quem consecraret, „possidebat *ὁ γριπεὺς Διόφαντος*? Non hoc isti putabunt, „qui mecum rei piscatoriae operam navarint. Lege *Ἄγκιστρ' „εὐκαμπῆ καὶ δ. δ.*" Et mox, quum quinque exempla, in quibus pluralis est, attulisset, ita pergit: „ceterum Seidlerus „iste, qui tam facilem correctionem praetervidit, de Porso-„ni, si diis placet, erroribus, a se castigatis, magnifice lo-„quitur. Nempe leoni mortuo vel asinus calcibus frontem „exterit." Qui sciunt, quae leges sint artis criticae, etiam laudabunt Seidlerum, quod se praetervidenda hac correctione criticum, quam facienda piscatorem praebere voluerit. Rationes afferre in re plana supervacaneum puto. Sed ii, quibus exempla pro ratione sunt, viderint, quid faciant Archiae epigrammate X. Illum vero ego non ineptum dixerim, qui ex isto epigrammate Archiae apud Leonidam scribendum coniiciat, *γαμψόν τ' ἄγκιστρον.* Caeterum aliquanto verecundius loquuturum spero virum optimum, ubi reputaverit, quo quisque doctior sit, i. e. quo magis didicerit, quantum sit, quod nesciat, eo solere modestiorem esse. Profuerit autem inspexisse censuram Aeschyli Persarum in diariis Ienensibus m. Iunio h. a. fol. 105. 106. a tali viro scriptam, cui non facile quis superbius respondeat.
— 54. *v.* 16. Eurip. Phoen. 189. non debebat afferri: versus iste iambicus est, ut plures in eo carmine, quod totum allatum est p. 751 seqq.

P. 65. §. 30. *v.* 3. *nimini l. nemini*
— 88. *a fine v.* 3 est *l.* et
— — *a fine v.* 2 v. I. *l.* v. 1.
— 103. *v.* 18 Non sunt haec ex omni parte vera. Nam quibusdam in locis vix est, quod quis dubitet de dimetris: v. p. 391. 397.
— 117. §. 10. *v.* 3 parumque *l.* parvique
— 128. *v.* 11 In hoc versu aliae lectiones a scholiasta commemorantur. Vide Gaisfordii adnotationem ad Hephaest. p. 69 seq.
— 134. *v.* 10 *ἴγωγε l. ''γωγε*
— 140. *v.* 18 Immo medius horum trium versuum ita scribendus est:

*ἔπειτ', ἐπειδὴ τῶν ὑείων ἐγένετο.*

Ita *κἄπειτ' ἐπειδὴ* Sophocles in Aiace v. 61.
— 142. *v.* 5 In Plauti Rudente II. 6, 28. legitur:

*eheu, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc?*

Cod. Lips. *ehu;* multae edd. vett. *heu:* quaedam in fine versus addunt *miserae*, quod non est ex codd. enotatum, nec videtur hoc nomen in fine versus disyllabum esse posse. Deletum crediderim a correctoribus. Continet enim, nisi fallor, verae lectionis vestigia, resecta interiectione, quae extra versum est:

*Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc mihi?*

— 148. *v.* 19 *ἄνδρες l. ᾽ἄνδρες*
— 149. *v.* 7 confimare *l.* confirmare
— 176. *in tit. columnae* XIV. *l.* XVIII
— 179. *a fine v.* 7 protuerunt *l.* potuerunt
— 186. *a fine v.* 4 *cuntis l. cunctis*
— 199. *v.* 17—20 vide quae dicta sunt de h. l. p. 782.
— 205. *v.* 8 Lysystratae *l.* Lysistratae
— 224. *v.* 1 disyllabas *l.* disyllabos
— 232. *a fine v.* 7 duos *l.* duas
— 234. *v.* 6 Addi poterit versus Euripidis in Alcest. 469.

*ὃν ἔτεκον δ' οὐκ ἔτλαν ῥύσασθαι,*

si recte se habet strophicus,

*ποταμίᾳ νερτέρα τε κώπᾳ.*

Sed in hoc si *νερτέρᾳ τ' ἐν κώπᾳ* scribatur, ex antispasto et dochmio compositum esse hunc versum credam.
— 236. *v.* 8 Et v. 845. *l.* Et Suppl. v. 845.
— 256. *in tit. column.* XX. *l.* XXI.

P. 266. *in tit column.* XX. *l.* XXI.
— 273. *v.* 14 prior Aeschyli versus ita scribendus;
πῇ μ' ἄγουσιν, πῶ, πῶ.
— 274. *v.* 15 *post* Sept. ad Theb. *adde* v. 227. 234
— 275. *a fine v.* 7 De Ionis versu 1508. v. infra p. 756.
— 278. *v. ult.* Euripidis versus dubitari potest an hoc potius numero sit:

⏑⏑–⏑–⏑– | ⏑⏑–⏑––

— 286. §. 13 in fine. Ad paracatalogen referendus est usus instrumenti musici, quod *κλεψίαμβος* vocabatur, commemorati a Polluce IV. 59. et Athenaeo IV. p. 182. F. XIV. p. 636. B. F. Translatum est hoc nomen ad carminis genus, si fides est Hesychio, ita scribenti: *κλεψίαμβοι. Ἀριστόξενος. μέλη τινὰ παρ' Ἀλκμᾶνι.* Vsum instrumenti declarat Phillis Delius apud Athenaeum his verbis, p. 636. B. *ἐν οἷς γὰρ τοὺς ἰάμβους ᾖδον, ἰαμβύκας ἐκάλουν· ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέτροις, κλεψιάμβους.* Videndum, ne scripserit ille *παρακατελογίζοντο.* De sensu certe dubitationem eximit oppositum *ᾄδειν.*
— 331. *v. a fine v.* 2 oxordium *l.* exordium
— 344. §. 19. *v.* 16 *dele* non
— 348. *v.* 4 *exordiumque l. exodiumque*
— 366. §. 2. *v.* 3 cetalecticum *l.* catalecticum
— 369. *v.* 1 aliae *l.* alii
— 371. *v.* 9 Etiam cod. Palatinus, cuius lectiones, a Frommelio, socio seminarii philolog. Heidelbergensis, enotatas, a Creuzero impresso iam libro hoc accepi, in scholiis habet *ἰστία ἄγν'*. Codex ille vitiosissime scriptus est.
— 405. *v.* 3 Immo servandum est *ὡς*, crasi facta.
— 419. *v.* 10 pluraris *l.* pluralis
— 427. *v.* ult. 933. *l.* 533.
— 442. *v.* 10 Cod. Palat. *μάτοισαν*
— 448. *in Luciani loco v.* 87 *φλέγι l. φλέγει*
— 456. *v. ult. caput l. caput:*
— 457. *a fine v.* 10 quid. *l.* quid
— 465. §. 2. *v.* 3 *τρίβραχον l. τρίβραχυν*
— 488. *v.* 28. *τῆν l. τὴν*
— 503. *in antistr. β'. v.* 6 *εἰπεῖν l. εἶπεῖν;*
— 508. *v.* 10 *παραλάμβανουσιν l. παραλαμβάνουσιν*
— 1. *v.* 5. Cod. Pal. *ἐμὴ μέγαθε*

P. 521. *v.* 15. 16. 17 Cod. Pal. *εὐπράθομεν*, et *αἴδων*, et *πελέκεσσι*.

— 523. *a fine v.* 5 ab *l.* ob

— 527. *a fine v.* 4 Iocique *l.* locique

— 532. *v.* 20 Antistropha *l.* antistropha

— 546. *v.* 6 pro *τίς ὢν*, repone *τίς ὁ*. Vide p. 771.

— 573. *v. ult. σκιδναμένη l. σκιδναμένῃ*

— 575. *v.* 7 Cod. Pal. *ποδὶ ἄβρῇ*

— 597. *v.* 20 Cod. Pal. *τῶ τ' ὑῤῥακήω*

— 601. *a fine v.* 9 distinctinctione *l.* distinctione

— 602. *v.* 5 Cod. Pal. utrobique *ἐγὼ οὐ Λυδίαν*

— 633. *v.* 6 *caesorem l. caesorum*

— 642. *v.* 9 *adde:* Nam etiam a neutris deducta composita hanc terminationem habent: v. Etym. M. p. 399, 5. Caeterum cod. Pal. *μελιχόμειδε*, unde praestabit fortasse *μελλιχόμειδε* scribi.

— 646. v. penult. et ult. corrige ita, ut p. 771. scripti sunt.

— 665. *a fine v.* 4 spritus *l.* spiritus

— 676. §. 9. *v.* 1 logaoedis *l.* logaoedicis

— 678. *v.* 24 Notabile est, in cod. Pal. Hephaestionis p. 47. ed. Paw. legi *Φάπφοι τιτάν*, sed correctum est ab recentiore manu.

— 696. *in fine* §. 23. Non erat praetereundum singulare genus, quo Alcman usus est, quod non inepte *διοσόστροφον* appellaveris. Id dimidia parte strophas alias habebat, ita ut quasi ex duobus carminibus monostrophicis compositum esset. Hephaestio p. 74. (134) *ἔγραψε γὰρ ἐκεῖνος δεκατεσσάρων στροφῶν ἄσματα· ὧν τὸ μὲν ἥμισυ, τοῦ αὐτοῦ μέτρου ἐποίησεν ἑπτάστροφον, τὸ δὲ ἥμισυ, ἑτέρου.*

— 698. *v.* 8. Transitio a minoribus strophis ad maiores facta videtur per genus quoddam stropharum maximam partem ex numeris dactylicis compositarum, in quibus non rarus est numerus heroicus. Vestigia huius rei in Ibyci aliorumque lyricorum fragmentis supersunt. Quae ubi satis diligenter collecta, recteque tractata fuerint, plenius fortasse mutationes, quae in strophis paullatim factae sunt, explicari poterunt. In qua re considerare oportebit, quae in fragmento Censorini cap. 9. p. 140. indicata sunt, quem locum attigit Valesius Emend. IV. 14.

P. 740. *v.* 1 *οὐρειθρέπταν l. οὐριθρέπταν.* Non enim idonea caussa erat, quare vulgatam mutaret Porsonus: v. Etym. M. p. 461, 25. 630, 26.
— 742. *v.* 16 *δεσπότας l. δεσπόται*
— 745. *v.* 15 putabit *l.* putabit,
— 754. *v.* 11 videndum ne, *l.* videndum, ne
— 756. *v.* 22 *εὐτυχίας l. εὐτυχίαις*
— 757. *v.* 22 *νυμφευτήρια l. νυμφευτήρια.*
— 770. *v.* 12 *νυν μοῦ l. νύν μου*

---

Recusa quinque folia, quae stellula notata sunt, suis locis inserenda sunt, primum, continens pp. 23. 24. secundum 181. 182. tertium 209. 210. quartum 309. 310. quintum 425. 426.

---

LIPSIAE
IMPRESSIT BENEDICTVS GOTTHILF TEVBNER.

Sumtibus Gerh. Fleischeri iun. bibliopolae Lipsiensis hi quoque libri prodierunt.

---

Apollonii Rhodii Argonautica. Ex recens. et cum notis R. F. P. Brunckii. Edit. noua auct. et correctior. Accedunt scholia graec. ex Cod. biblioth. Parisinae nunc primum evulgata. 2 Vol. 8 maj. 1810 et 1812.
Charta impress. 6 thlr.
Charta script. 7 thlr. 12 gr.

Aristophanis Comoedia Plutus. Adiecta sunt scholia vetusta. Recognouit ad veteres membranas, variis lect. ac notis instruxit, et Scholiastas locupletauit Tiber. Hemsterhuis. Edit. noua emend. et append. notarum aucta. 8 mai. 1811.
Charta impress. 3 thlr. 8 gr.
Charta script. 4 thlr.

Aristotelis ars poëtica, cum commentariis God. Hermanni. 8 mai. 1802.
Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
Charta script. 1 thlr. 20 gr.

Ciceronis, M. T., de Officiis libri tres. Recensuit et Scholiis Iacobi Facciolati suisque animadversionibus instruxit A. G. Gernhard. 8 mai. 1811.
Charta impress. 2 thlr. 4 gr.
Charta script. 2 thlr. 12 gr.

Euripidis Tragoediae, edit. R. Porson. Tom. I. Editio in Germania altera correctior et auctior indicibusque locupletiss. instructa. 8 mai. 1807.
Charta impress. 2 thlr. 12 gr.
Charta script. 3 thlr.

— Hercules furens. Recensuit God. Hermannus. 8. 1810. 12 gr.

— Supplices. Recensuit God. Hermannus. 8. 1812. 12 gr.

— Tragoediae. Ad optim. librorum fidem recens. et brev. notis instrux. Aug. Seidler. Vol. I. Troades. Vol. II. Electra. Vol. III. Iphigenia in Tauris. 8. 1812—1813. 2 thlr.

Gerhardii, E., Lectiones Apollonianae. 8 mai. 1816. 1 thlr. 8 gr.

Gronouii, I. Fr., in F. Papinii Statii Siluarum libr. V. Diatribe. Noua editio ab ipso auctore curata. Accedunt Emerici Crucei Antidiatribe, Gronouii Elenchus Antidiatribes et Crucei Muscarium. Edidit et annotationes adiecit Ferd. Handius. 2 Vol. 8 mai. 1812.
Charta impress. 5 thlr.
Charta script. 6 thlr.

Hermanni, G., Obseruationes criticae in quosdam locos Aeschyli et Euripidis. 8 mai. 1793. 18 gr.

— de emendanda ratione Graecae Grammaticae Libri I. et II. Vol. I. Accedunt Herodiani aliorumque libelli nunc primum editi. 8 mai. 1801.
Charta impress. 2 thlr.
Charta script. 2 thlr. 8 gr.

Poppo, E. F., Obseruationes criticae in Thucydidem. 8 mai. 1815. 1 thlr. 12 gr.

Sophoclis Tragoediae septem ac deperditarum fragmenta. Emendauit, varietatem lectionis, Scholia notasque tum aliorum tum suas adiecit C. G. A. Erfurdt. Accedit Lexicon Sophocleum et Index verborum locupletissimus. Vol. I—VI. 8 mai. 1802—1811.

Charta impress. 14 thlr. 16 gr.
Charta script. 17 thlr. 20 gr.

— Tragoediae. Ad optimorum librorum fidem iterum recensuit et brevibus notis instruxit C. G. A. Erfurdt. Vol. I et II. 8. 1809—1811. 1 thlr. 12 gr.

Anonymi oeconomica, quae vulgo Aristotelis falso ferebantur. E libris scriptis et versione antiqua emend. et enarravit I. G. Schneider, Saxo. 8. 1815. 12 gr.

Plauti, M. Acci, Trinummus, recensuit et praefatus est God. Hermannus. 8 mai. 1800. 12 gr.

Plutarchi Agesilaus et Xenophontis encomium Agesilai. In scholarum vsum edidit, notis et indice instruxit D. C. G. Baumgarten-Crusius. 8 mai. 1812. 16 gr.

Persius, Aulus Flaccus. Uebersetzt und mit Anmerk. begl. v. Franz. Passow. 1r Bd. gr. 8. 1809. 2 thlr.

— Textum recensuit F. Passow. 8 mai. 1809. 6 gr.

Musäos. Urschrift, Uebersetzung, Einleitung und kritische Anmerkungen von Fr. Passow. 8. 1810. 1 thlr.

Iohannes Secundus Küsse. Aus d. Lat. übers. mit beigedrucktem Original von Fr. Passow. gr. 8. 1807. 10 gr.

Seidler, Aug., de Versibus dochmiacis Tragicorum graecorum. 2 Vol. 8 mai. 1811 et 1812. 2 thlr. 8 gr.

Ruhnkenii, David, Lud. Casp. Valckenaerii et aliorum ad Ioh. Aug. Ernesti Epistolae. Accedunt D. Ruhnkenii Observationes in Callimachum, L. C. Valckenaerii Adnotationes in Thomae Mag. Eclogas et Ioh. Aug. Ernesti Acroasis inedita. Ex Autographis edidit Ioh. Aug. Henr. Tittmann. 8 mai. 1812. 1 thlr. 8 gr.

Plüschke, M. I. G., das lateinische Verbum nach einer noch wenig bekannten, vollständigen, ganz naturgemäfsen und sehr faslichen Ordnung der Temporum ausgearbeitet und in 14 Tabellen für den Elementarunterricht in der latein. Sprache systematisch dargestellt. Fol. 1814. 1 thlr.

Ciceronis, M. Tullii, Opera omnia, deperditorumque librorum fragmenta. Textum accurate recognovit, potiorem lectionis diversitatem adnotavit, indices rerum et verborum copiosissimos adiecit Chr. Godofr. Schütz. Vol. I—XII. 8. 1814 et 1815. 11 thlr. 12 gr.

— Oratio Philippica secunda, übersetzt und mit einem nach Handschriften berichtigten Texte von M. G. G. Wernsdorf. gr. 8. 1815. 20 gr.

Valckenaerii, Ludw. Casp., Opuscula philologica, critica, oratoria, nunc primum conjunctim edita. Accedunt indices.

T. I et II. 8 mai. 1808 et 1809.
Charta impress. 5 thlr. 8 gr.
Charta script. 4 thlr.

Thiersch, Fr., Griechische Grammatik zum Gebrauch für Schulen. 8. 1815. 10 gr.

Aeschylos Agamemnon metrisch übersetzt von Wilh. von Humboldt. 4. 1816. 1 thlr.

Suetonii, C. Tranq. Opera, textu ad praestantissimas editiones recognito, continuo commentario illustravit, clavem Suetoniam adjecit Detlev. Carol. Guil. Baumgarten-Crusius. Vol. I et II. 8 mai. 1816.
Charta impress. 4 thlr. 12 gr.
Charta script. 5 thlr. 12 gr.

Propertii, Sex. Aurelii, Carmina emendavit ad codicum fidem et annotavit Carolus Lachmannus. 8 mai. 1816. 2 thlr. 8 gr.

Nicandri Colophonii Theriaca, id est de bestiarum venenis eorumque remediis carmen, cum Scholiis graecis auctioribus, Eutecnii metaphrasi graeca, editoris latina et carminum perditorum fragmentis, ad librorum scriptorum fidem recensuit, emendavit et brevi annotatione illustravit J. G. Schneider Saxo. 8 mai. 1816.
Charta impress. 3 thlr.
Charta script. 3 thlr. 16 gr.

5654478
12AG15